R. BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE V. E. II ROMA
8 - 47 D 14
M

Digitized by Google

Digitized by Google

FRANCISCI MARIÆ

EPISCOPI PORTVENSIS

CARDINALIS BRANCATII

Diſſertationes.

ROMAE M.DC.LXXII.

Ex Typographia Nicolai Angeli Tinaſſij.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Imprimatur.

Si videbitur Reuerendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici.

I. de Angelis Archiep. Vrbinaten. Viceſg.

Imprimatur.

Fr. Hyacinthus Libellus Sac. Palatij Apoſt. Mag.

ERVDITO LECTORI
FRANCISCVS GRISENDVS.

NObiliſſimæ quæque gemmarum, etiamſi ſoliuagæ, nullo ſcilicet vel æqualium conſortio, vel minorum ſatellitio circumſeptæ, incedant, natiui luminis maieſtate ſecuræ ſemper, aut admiratores, aut emptores, inuenient. Quapropter ipſarum pretioſiſſimas ideo ab Antiquis *Vniones* dictas crediderim, quòd, licèt vnicæ, ac ſingulæ ſeſe oculis offerant, pro theſauro, ac miraculo habeantur. Non negauerim tamen, earum quamlibet, ſi per aureum quoddam monile alijs pluribus amplexu mutuo ſocietur, dotem quodammodo augere ſuam : ſeu quòd ex æmulatione prouocatæ inſitum, arcanumque ſplendorem exerant magis; ſeu quòd ex amore ſolicitatæ, altera alteri ſtudeat ingenitum decus afflare, in reciprocum beneuolentiæ argumentum. Quælibet profectò vel minima EMINENTISSIMI CARDINALIS BRANCATII

Diſſer-

Diſſertatio ab ingenij ſuperfuſo ſplendore, à ſoliditate doctrinæ, atque ab eruditionis raritate grandis, & inclyta gemma eſt. Nullius igitur periculi metu permitti poterat, vt quæque illarum pro libitu ſoliuaga per manus excurreret, ſolo ſcilicet proprij vultus aſpectu dignitatem, ac pretium ſibi factura. Cenſui tamen, eruditiſſimi viri Dominici Magri inſiſtens veſtigijs, voluminis huius monili verè aureo illas ſimul alligare, affabrèque componere. Nam ita inuicem comparatæ, coniunctæque vel pugnaci quodammodò luce ſplendeſcent magis, vt Æmulæ; vel vt Sorores fœderata pulchritudine oculos rapient magis. Et meritò. Licet enim ſcriptiones iſtæ tractatum integrum, & longa meditatione conditum non expromant, ſed tantùm dubia quædam in dies, & ex caſu ſubnata diridubia quædam in dies, & ex caſu ſubnata diri-mant, id longè maioris in Eminentiſſimo Auctore doctrinæ argumentum eſt. Nam ſic ſolè clariùs patet, adeſſe illi, & ingenium ſemper in numerato, & facultatum omnium capax, & ad omnes difficultatum aſſultus depellendos verſatile, ac paratum. Fruere his, Lector, donis, quæ offero, & ſelegi inter plurima Eminentiſſimi Domini, aliàs in lucem proditura: & interim ex vngue metire non integrum certè Leonem, ſed vix illius partem.

DE PRIVILEGIIS, QVIBVS GAVDENT CARDINALES

In proprijs Cappellis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

DVbitanti aliquandò mihi, quibuſnam fruamur priuilegijs; aut quid nobis, ex Pontificum indulgentia, in noſtris domeſticis Sacellis, quidue in ijs ipſis, liceat Cappellanis noſtris: viſum fuit peropportunum, totam hanc materiam in quatuor diuidere quæſtiunculas, quæ diſſertationem complectantur vniuerſam, ne in poſterùm, quæ nobis, quæue illis concedantur, ignoraremus. *Mihi enim*, vt ait Auguſtinus, *non videtur errare quiſquam, cum aliquid neſcire ſe ſcit, ſed cum putat ſcire, quod neſcit.*

August. Ep. 80.

Antequàm ſingulas diſſoluam, præmittendum eſſe cenſui, vt certum, priuilegijs, quibus Epiſcopi diuerſis in rebus fruuntur, potiri etiam Cardinales, ijſque ſex præſertim, de quibus meminit Gloſſa, Manfredus, Villadiegus, Barbatius, Iacobatius, Layman, Diana, & Fagnanus.

Cardinales ijſdem fruuntur, quibus Epiſcopi, priuilegijs.

Gloſ. in cap. fin. de Priuil. in 6. in verbo indulgemus. *Manfred.* in Tract. de Card. dec. 214. *Villadieg.* de orig. Card. q. 13. nu. 63. *Barbat.* de præl. Card. q. 3. p. 1. nu. 6. *Iacobat.* de Concil. lib. 1. fol. 36. col. 2. *Layman* Theolog. Moral. lib. 1. tract. 5. p. 3. c. 2. nu. 1. *Diana* p. 5. tract. de poteſt. & priuil. Card. reſolut. 48. *Fagnan.* in c. Quod nonnullis à nu. 4. de priuil.

Imò in hac re noſtra, non ſolùm ijſdem, ac Epiſcopi, gaudent priuilegijs, ſed etiam amplioribus, cum in adminiſtratione maiores ſint

Digitized by Google

Concilium Lateranen. vlt: ſeſſ. 9. Card. *Turrecrem.* in Sum. lib. 1. cap. 81. *Villadieg.* de orig. Card. qu. 11. *Barbat.* de præſt. Card. q. 1 nu. 52. *Manfred.* d. tract. decil. 114. *Alban* de Card. q. 7. *Zerol.* in prax. par. 2. Verbo Epiſcopi.

Epiſcopis, vt firmant Concilium Lateranenſe, Turrecremata, Villadiegus, Barbatius, Manfredus, Albanus, & Zerola.

Felix IV. in Epiſtola ad omnes Orthodoxos, & habetur in c. ſicut non alij de Conſect. diſt. 1. *Minutius*, & *Arnobius* lib. 6. adu. Gēt. *Tertull.* ad Scapulam.

Conc. Laodicen. c. 58.

Conc. Pariſien. ſub Gregor. IV. cap. 47. *Conc. Trident. Synod.* Can. 1. ſeſſ. 22. de Sacrif. Miſſæ. *Barboſ.* in Collect. nu. 15.

Hinc quamuis, cogente ſolummodò neceſſitate, *Extra tabernacula diuinis precibus à Pontificibus delibuta*, vt ait Felix IV. (quod reddita Eccleſiæ pace, & poſt Cōſtantini tempora cœptum, vt ex Minutio, & Arnobio, & pariter ex Tertulliano colligi poteſt) & in domibus etiam Epiſcopis interdictum fuerit, vt in Concilio Laodiceno, & in Pariſienſi ſub Gregorio IV. & in Sacra Tridentina Synodo, & apud Barboſam, qui congerit ceteros; licèt ante Felicis Conſtitutionem, in domibus priuatis, & in carceribus, Miſſæ holocauſtum ex cauſa liberè oblatum fuiſſet, vt ex S. Auguſtino, & alijs latiùs infrà videbimus:

S. Auguſt. Collat. cū Donat. Coll. 3. c. 5. & contra eoſdem Donat: poſt Coll. cap. 14.

Nauarrus in manual. lat. c. 25. nu. 32. *Rodriq.* in Sum. p. 1. c. 242. num. 14.

Nihilominùs hodiè etiam poſt Tridentinum poſſunt Cardinales (non tamen, ſecundùm aliquorum ſententiam, Epiſcopi) ex Pontificum priuilegio extra locum ſacrum ſuper Altare portatile celebrare. Ita Nauarrus, & Rodriquez, qui ſcribit, *Ni el Papa lo concede a los Obiſpos, excepto à los Cardenales*, & alij.

Can. Concedimus de conſec. diſt. 1.

Gloſ. in d. c. fin. de priuil. Verbo indulgemus. *Nauarrus*, *Paludanus*, & Sotus diſt. 3. q. 2. *Henriq.* Sum. l. 9. c. 24. §. P. *Suar.* loc. inf. cit. ver: tertia exceptio. *Azor.* to. 1. lib. 10 c 25 q 5. *Sa* in Aphor. verb. Miſſa nu. 27. *Coninck.* de Sacram. q 83. ar. 2. dub. 4. n. 217. *Barb.* de off. Epiſc. par. 2. alleg. 23. num. 5.

Et quod olim indultum Sacerdotibus fuerat in Concilio Triburienſi, & habetur in Canone, vt ſcilicet, ſi in itinere deeſſet Eccleſia, *poſſint in tabula conſecrata* (ait) *ſacrificium offerre*, & deinceps ſolis Epiſcopis in itinere *etiam ante lucem permiſſum*. Ita Gloſſa, quam ſequuntur Nauarrus, Paludanus, & Sotus, quos refert, & amplectitur Henriquez, Suarez, Azorius, Sà, Coninck, & poſt alios Barboſa.

Hoc

Hoc Cardinalibus,etiam nõ iter facientibus, & antè lucẽ eſt permiſſum, vt concludit idem Hẽriquez ex Paludano,&Soto,& firmãt Scortia, Alzedus, & poſt hos Diana, (his poſtremis indiſtinctè loquentibus in itinere, vel extrà) & Tamburinus ea ratione, quia licèt conceſſionis cauſa itineratio,vt ità dicam,Epiſcoporum ſit; conceſſio tamen eſt abſoluta,& vniuerſalis,ita vt, vel ægritudinis, vel belli, vel peſtis, vel ex alia ſimili cauſa id poterunt. Sic Valerus,& alij apud Barboſam, & Syluestrũ ex eodẽ,Paludano(qui ait, *Cardinalibus Papã in hoc diſpenſare,quod celebrent antè Auroram*) taleque priuilegium Cardinalium eſſe mixtum,perſonale videlicet, & locale,optimè ad rem aduertit Valerus;cum ratione illorum perſonæ id quilibet locus nanciſcatur, quod infrà ſæpius nobis rememorandum ſit. Cumque duo ſint, quæ, vt vidimus, Epiſcopis, & Cardinalibus ſuprà leges concedantur, alterum, vt extrà Martyria, & Eccleſias ſuper portatili Altare, itineris occaſione, valeãt celebrare,vt expreſsè Bonifacius ſtatuit; alterũ, vt antè lucem, ex dicta Gloſſa, id facere poſſint: De vtroque peracturis ſupponere viſũ fuit (vt altiùs ſubſtruamus diſquiſitionis reſolutioni fundamentum) aliqua ex Eccleſiaſticis Hiſtorijs, & Concilijs eruta. Primò circà Sacrificij oblationis loca: deindè circà tempus, vt clariùs, quid Pontifices, quidue populorum vſus indulſerint, & faciliùs intelligatur.

Henriquez loc. cit. ex *Paludano*, & *Soto* in 4. diſt. 13. qu. 2. art. 2. *Scort.* de Sacrif. Miſſæ lib. 2. c. 15. n. 4. *Alzed.* de præſt. Epiſcop. p. 1. c. 13. nu. 13. *Diana* d. part. 5. reſolut. 77. *Tamburin.* de Sacrif. Miſſ. lib. 1. c. 4. §. 2. n. 9.

Valer. de diff. vtr. for. v. Miſſa Diff. 2. *Barboſ.* in Coll. d. c. 8. de Sacrif. Miſſæ num. 16. *Sylueſter* in Sum. verb. Miſſa 1. n. 6.

Valer. de diff. vtr. for. diff. 2. in Verbo Miſſa.

Bonifacius in d. c. fin.

Gloſ. in d. c. fin.

Cognoſcendum igitur erit, poſt Conſtantini Magni tẽmpora, vt diximus, & quartum ſalutis humanæ ſeculum (quo, Tyramnorum, &

De loco Sacrificij.

Gentilium furor iam deferbuerat, & templa impunè diuino Numini excitabantur, Chriſtianaque profeſſio palàm cæperat exerceri, adeòque è cryptis, & catacumbis oblationes Sancti holocauſti fidenter emerſerant) ceſſante Deuteronomij lege; *Caue, ne offeras holocauſtum tuum in omni loco, quem videris, ſed in loco, quem elegerit Dominus*, non tantùm in Martyrijs, Baſilicíſque Sacerdotes, ſed in priuatis etiam domibus, & ſic ſuper Altaria, quæ plerumque à Fidelibus ex tempore excitabantur, obtuliſſe: tum, vt ipſorum feruori fieret ſatis, tum etiam, vt arbitror, quia profundiùs fixæ conſuetudines repentè eradicari vix poſſunt, *&* *duris mentibus*, ait Gregorius, *ſimul omnia abſcindere impoſſibile eſſe, non dubium eſt*. Hinc in D. Ambroſij vita, à Paulino conſcripta, eumdem Sanctum in Tranſtyberinæ cuiuſdam domus oratorio, cum ad ſacrificium offerendum inuitatus fuiſſet, paralyticæ mulieri reddidiſſe ibidem ſanitatem habemus, vt ex eodem Paulino refert Card. Baronius; & Diuus Auguſtinus meminit ſacrificij in fundis Heſperij, & priuata domo peracti, ipſamque à ſpirituum infeſtationibus, quibus ſummoperè vexabatur, occaſione hac liberatã, & alibi ad Xantippũ *In fundo Strabontano Abundantium Ordinibus inſignitum* ait, quod pluriès in Sancti Gregorij Epiſtolarum Regiſtris confirmatum reperimus, (de quibus oratorijs copioſè non minùs, quàm doctè diſſeruit Nicolaus le Maiſtre) Idemque Sanctus Pontifex abſque publicis Miſſis hæc priuata conſecrari oratoria iuſſit, quod in Regum Palatijs

Cap. 12.

Gregorius ep. 71. lib. 9. in his terminis.

Bar. tom. 4. an. 377. *D. Auguſtinus* de Ciuitate Dei lib. 22. cap. 8.

Epiſt. 118.

Nicolaus le Maiſtr. in lib. 2. c. 5. de Bonis Eccleſiaſticis.

S Greg Epiſt 9. lib. 1 ind. 10. & alibi, & in *Epiſt* 5 ad Pipinum Regem apud *Gretſerum* pag. 38. impreſ. Ingolſtadien.

latijs per publicas Miſſas fieri ex Zacharia Papa nouimus. Immò in ijſdem domeſticis Sacroſanctam Euchariſtiam retentam fuiſſe à Sancta Gorgonia eius ſorore affirmat D. Gregorius Nanzianzenus, de quo nuper noſter Lupus pleniùs diſſerit.

Lup. in Not. ad Canon. 31. Synod. Trullan. par. 2. pagin. 916.

Adeò quòd licèt Iuſtinianus in priuatis domibus celebrari prohibuerit, contrarius nihilominùs vſus ſemper inualuit, & ſucceſſorum Imperatorum, & Mauritij præſertim, temporibus, vt ex eiuſdem Sancti Gregorij epiſtolis facilè conſpici poteſt, ac notat Baronius. Atque hinc conſequentibus ſeculis ſæpius, & præſertim in Synodo Regia Ticinenſi, non permiſſus tantùm, ſed, vti laudabilis, vſus iniunctus eſt, & declaratum, quibus Sacerdotibus vti deberent, ibi; *Docendi ſunt ſeculares viri, vt ſi in domibus ſuis myſteria diuina iugiter exerceri debeant, quod laudabile eſt, ab ijs tantùm tractentur, qui ab Epiſcopis examinati fuerint, &c.* Videndus etiam eſt Hincmarus Rhemenſis; licèt noſtris hiſce temporibus cum Ambianate queri non iniuria poſſimus, Eccleſias publicas in oratoria domeſtica conuerſas, adeò quòd vix ad ſolemnitates in templis occurſationes Nobilium conſpiciantur.

Iuſtin. Nouell. 131.

S. Gregor. Epiſt. 42. ad Venan. Epiſt. 43. ad Ioan. Epiſcop. Syracuſan. lib. 5. Ind. 14. *Baron.* Tom. 8. ann. 596. & To. 9. ann. 835.

Hinc. Rhem. lib. 5. c. 8.

Ambian. in Tertull. Rediu. Obſer. 1. c. 39.

Cur autem aræ huiuſmodi portatiles, vel ſacræ tabulæ eccleſiarum vicem, prærogatiuamque induerint, alia afferri ratio non poſſe videtur, quàm quia cum nunquam eccleſiæ conſtruerentur, vel in Dei cultum commutarentur, quin illius, in cuius honorem erigebantur, vel alterius Sancti illic collocarentur

Reli-

S. Greg. in d. Epiſt. 71. lib. 9.

Baron. ann. 560.

Reliquiæ, (vt habetur ex S. Gregorio, & notant omnes cum Baronio, qui de Theodomiro Galleciæ Rege mentionem habet) & altaria hæc, de quibus agimus, conſecrari non permittantur ſine Sanctorum Reliquijs, templorum loco rectè haberi quidem, & adhiberi poterunt.

De tempore Sacrificij.

Ex quibus omnibus deduci facilè poterit, ſi de Epiſcopis præſertim, & Cardinalibus loquamur, vix priuilegium, aut legis laxationem dici poſſe, tàm ſi iter habeant, quàm ſi domi permaneant, vt in proprijs palatiorum ſacellis ara portatili huiuſmodi celebrari licuerit ante Tridentinæ Synodus decretum. Quo cum nihil Epiſcopis Cardinalibus demptum voluerint Ampliſſimi Patres illi, vt notauimus, non eſt cur aliquem ijs ſcrupulum inijciamus, tàm ſi ipſimet ſacrificium offerant, quàm ſi coràm ipſis offerre faciant, & in itinere, & domi, vt pleniùs infrà diſcutiemus. Et hæc quoad locum.

Quo ad tempus autem, & horam, ſupereſt nunc aliquid ſimili methodo conſiderandum, quidue ab Eccleſiæ naſcentis exordio, varijſque in regionibus ſeruatum comperiatur. Et diuerſimodè quidem vſus obtinuit: vt enim tempori Fideles, & neceſſitati parerent vrgente perſecutione, ait Baronius, ſummo mane, ſeu nocturno tempore, conuenientes ſecretò ad ſacram Synaxim, diuinam Euchariſtiam communicabant, itemque ſerò offerebant, vt habemus ex D. Cypriano, & ex Georgio, qui mentionem facit Sancti Antiochi Anachoretæ,

Baron. To. 2. ann. 257. n. 31.

Cypr. Ep. 63. ad Cæcilium, ſiue 3. lib. 2. in antiq Codic. & *apud Sur.* die 22. April. To. 2. *Georg* in Act. S. Theod Siceotæ.

tæ, ac tandem ex eodem Baronio. Et id, quod de Theleſphoro habemus in eius Actis, ibi: *Hic fecit, vt in Natali Domini Noſtri Ieſu Chriſti noctu Miſſæ celebrarentur*, cum omni alio tempore ante horæ tertiæ curſum nullus præſumeret Miſſas celebrare, quia ea hora Dominus Noſter Ieſus Chriſtus aſcendit in Crucem; optimè ab eodem Baronio declaratur, accipiendum ſcilicet eſſe de ijs, quæ frequentiori vſu in Eccleſia ſeruarentur; *Cum alioquin* (ait ipſe) *multis conſtet exemplis, in ſacris vigilijs noctu ſacrificium offerri conſueuiſſe*: & Amalarius Fortunatus, cum huiuſce Theleſphori conſtitutionis meminiſſet, *Vidi Leonem Apoſtolicum* (inquit) *diluculò intrare ad Miſſam, neſcio vtrùm cauſa neceſſitatis intercedente hoc ageret, an ſola poteſtate*. Hæcque Amalarius, admiratus forſan, quia in Homilia, iuſſu eiuſdem Leonis, ab Epiſcopis ſuis ſubditis recitanda, & à Baronio relata, vetitum reperiretur, ibi. *Nullus Miſſam cantet ſolus, nullus antè Solis ortum, niſi in Natiuitate Domini*, & ſic videri poterat, hoc contrà ſuammet prohibitionem feciſſe.

Bar. To. 8. an. 597.

Bar. To. 2. an. 154. nu. 2.

Amal. Fort. De Eccleſ. Offic. cap. 42. lib. 3.

Bar. To. 10. an. 855.

Huicque rei fauent ſequentium Pontificum exempla, horæ anticipationem huiuſmodi Principibus, vt priuilegium, concedentium. Vrbanus IV. Marchioni Miſnenſi anno 1264. ex Raynaldi relatione, concedit, *Vt aliqua ex neceſſitate poſſit coram ſe rem diuinam celebrari facere circa vltimam noctis horam*. Bonifacius VIII. Catherinæ Imperatrici Cõſtantinopolitanæ, apud eumdem Raynaldum, indulſit, *Vt antè lucem, & quòd dies illuceſceret* (*prouiſo tamen, quòd parcè* con-

Raynal. To. 14. Annal. Eccl.

Raynal. To. 14. an. 1301.

conceſſione huiuſmodi vtaris) Verba ſunt eiuſdem Pontificis, *quia, cum in altaris officio immolatur Dominus Dei filius Ieſus Chriſtus, qui candor eſt lucis æternæ, congruit, illud non in noctis fieri tenebris, ſed in luce*. Clemens inſuper V. Philippo Principi Tarentino ampliori iuris laxamento conceſſit, vt ait idem Raynaldus, *A media nocte ad horam nonam coràm ſe celebrari diuina iubere poſſe, quo tamen parcè priuilegio vteretur*. Ioannes XXII. tandem, vt cetera prætermittamus, Philippo Franciæ Regi, *Antequam dies eluceſceret coram ſe, & eius familia*, id fieri permiſit, vt idem refert Raynaldus.

Reynal, To.15.an.1312.n.48.

Reynal. an. 1316. nu. 18.

Et hæc ſatis ſint exemplorum inductiones: hinc enim erui facilè potuit non minùs rigor Eccleſiaſticæ diſciplinæ, quàm integer ſacrorum rituum vſus aliquandò ex indulgentia remiſſus.

His, tàm ex iure, quàm ex Eccleſiaſticis hiſtorijs, ſtabilitis fundamentis; primà erit ex quæſtionibus excitanda, quamnam horam exigat priuilegium, tàm Cardinalibus, quàm eorum ſacerdotibus in ſuorum palatiorum Cappellis deſeruientibus indultum: & quomodo ly *Antè auroram, vel antè lucem* ſint intelligenda, quæue temporis dimenſio fauori aptanda ſit. Non enim immoramur longiùs in inquiſitione: an idem, quod Cardinalibus permiſſum, eorum Cappellanis itidem ſit. Communis enim ſententia Scribentium eſt, tàm in *Cap. fin. de Priuil. in 6.* quàm alibi: & illam tenuere Suarez, Diaz, Rodriquez, Naldus, Tamburinus, & ceteri, qui omnes affirmant, poſſe,

Suar. in 3. par. to. 3. q. 83. art. 2. ſect. 4. verſ. tertia exceptio. *Diaz* in prax. crim. can. c. 47 num. 3. *Rodriq*. in Sum. c. 243. *Nald*. in Sum. verb. Miſſa nu. 29 *Tamb*. de Sacr. Miſſ. l. 1. c. 4. §. 1. nu. 8.

poſſe Epiſcopos, & per conſequens Cardinales cum ſuis Cappellanis in hoc diſpenſare, vt cum Dominis conformentur.

Et quidem regulariter initium auroræ terminus eſt, antè quam non licet Miſſam celebrare, ex D. Thoma, Suarez, Scortia, Fr. Ioanne à Cruz, Bonacina, & alijs innumeris, quos colligit Barboſa.

D. Tho. in 3. par. q. 83. ar. 2. ad 4. *Suar.* loc. cit. *Scort.* de Sacrif. Miſ. d. c. 15. num. 2. *Io. A Cruz* de Stat. Relig. l. 2. c. 5. dub. 6. *Bonac.* de Sacr. Euch. to. 1. diſp. 4. q. vlt. pun. 9. nu. 5. *Barboſ.* in Collec. Conc. ſeſſ. 22. de obſeruandis. &c. num. 29.

Vt autem clariùs ſe ſe prodat reſponſio, diſſerendum nobis erit primò circà eos, qui nullo vtuntur priuilegio, quid hoc caſu, auroræ initium importet: deindè quid pro ijs, qui fauoribus, gratijſque conceſſis fruuntur. Et quidem S. Thomas conſtituit auroræ initium inter mediam noctem, & Solis ortum, quando ſcilicet ſubſtantia Solis ſuper terram apparet; auroramque incipere, quando claritas radiorum Solis, non Sol, in cœlo conſpicitur: tunc enim quodammodo dicitur Sol ortus; & ſignatè auroræ initium eſſe per horam, & quartam horæ partem, ante Solis apparitionem, affirmant Sotus, & Gabriel; & Polancus ex Aſtronomis firmat lineam crepuſculi, in qua Sol, cum ſit ſub Horizonte in parte Orientali, facit principium auroræ, tuncque diſtat ab eodem Horizonte per gradus 18, in quibus aſcendens conſumit horam integram cum quinta horæ parte, & tali tempore quilibet ſacerdos ſine alia diſpenſatione celebrare poterit. Bonacina verò horam cum dimidio crepuſculis aſſignat ex communi Theologorum, & Aſtronomorum ſententia: licèt rectiori ſententia diuersè aſſerendum erit in menſe

S. Tho. d. q. 83. art. 2. ad 4.

Sot. in 4. diſt. 13. q. 2. art. 1. *Gabr.* in lec. 14. in Can. *Polan.* in 1. aphor. de ſac. cærem. à num. 7.

Bonac. de Sacr. Euch. to. 1. diſp. 4. q. vlt. pun. 9. n. 5.

Martio, & Iunio; in primo enim crepuſcula per horam, & quadrantem durant; in ſecundo duas integras horas excedunt, quod exactiſſimè (vt infrà etiam videbimus, cum de tempore pomeridiano agendum erit) obſeruatum apparet à Marcello Francolino, adeò quòd nihil ſuperſit deſiderandum, cum animaduerſionibus tamen, quas infrà perpendemus.

Francol. in Trac. de temp. horar. Can. in fine.

Aſſerendum igitur videretur quoad eos, qui nullo fruuntur priuilegio, poſſe per duas ferè horas antè Solis manifeſtationem ſacrificium offerre: ſufficit enim, quòd terminetur per horam cum quadrante ante Solis ortum; ita ex Suares, Hieronymo Rodriquez, Scortia, Roſello, Azorio, Rodriquez, & alijs, quos colligit Diana, qui vt probabiliorem exiſtimat aſſerentium opinionem, per horam cum dimidio ante Solis ortum id licere. Adeò quòd, exempli gratia, in menſe Ianuario, à principio vſque ad medietatem, iuxtà communem poli altitudinem Italicam, plùs, minuſue, à gradu 39. ad 43. (quæ latitudo comprehendit omnem ferè Italiam, & nonnulla alia loca) celebrationem inchoare potuerint hora horologij communis duodecima cum dimidio circiter. Et, vt ſcrupulis occurratur, iuxta ſententiam doctiſſimi Suarij, & aliorum, non inſiſtendum ſuper illo quadrante vltrà horam, cum in re morali per mathematicam menſuram non ſit procedendum, & ſic poſſe per ſeſquihoram agere: & illum ſequuntur Victorius, Layman, & communiter alij.

Suar. loc. cit. verſ. tertia exceptio. *Hier. Rodr.* in comp. QQ. Reg. reſol. 25. de celeb. Miſſ. *Scor.* loc. cit. c. 25. num. 3. *Roſel.* in verb. Miſſ. nu. 2. *Azor.* d. l. 10. c. 25. qu. 5. *Rodriq.* tom. 1. QQ. Regul. q. 43. art. 3. *Dianæ* par. 2. trac. 14. de celeb. Miſſ. reſol. 33.

Suar. loc. cit. verſ. 2.

Victor. in Sum. 47. *Laym.* trac. 5. de Sacrif. Miſſ. c. 4. num. 2.

Quid autem pro ijs, qui priuilegijs vtuntur, dicen-

dicendum erit? & quidem, ſi de ipſis conſtat, conceſſionum verba ſectanda ſunt, & ad illorum amuſſim peragendum. Quoad Cardinales verò (quorum priuilegia apud Doctores, & vſum, traditionemque reperiuntur, & quod eſt ampliùs, ſcientia Summorum Pontificum, eorumque tolerantia nituntur) equidem cenſerem, amplianda vſque ad lineam Regularibus conceſſorum, & præſertim S. Dominici, & S. Franciſci, quibus indultum, quòd per tres horas ante Solis ortum poſſint celebrare, vt inquiunt Suarez, Miranda, & Hieronymus Rodriquez. Et ſaltem ex ſupradictis certum erit, quòd ſi ſimplex ſacerdos, præciſo quocumque priuilegio, Miſſam inchoare poterit per mediam horam antè initium crepuſculi, & hoc, quia ſufficit, quòd terminetur circà auroræ initium; certè Cardinalibus, eorumque Cappellanis dimidium horæ antè hoc tempus concedendum erit fauore huius Eminentiſſimæ Dignitatis; & ſic per duas horas cum tribus quadrantibus anticipare, vt Miſſæ ſacrificium deſinat per duas horas cum quadrante ante Solis ortum, cum ferè ſpatio ſemihoræ perfici ſoleat. Siquidem ex communi ſententia licet hoc priuilegiatis per duas horas cum quadrante alterius ante Solis ortum, vt vidimus, & notat Scortia.

Suar. loc. cit. *Miran.* in Man. prauat. q. 40. art. 10. concl. 2. p. 1. *Hier. Rodriq.* loc. cit.

Scor. de Sacr. Miſſ. l. 2. c. 19. num. 4.

Quid autem? An poſt meridiem, ſicut & antè auroram, & per quod temporis interuallum hoc priuilegium temperandum erit? Et quidem, vt vidimus, aliquandò etiam ad veſpertinum dilatum eſt Sacrificium, vt ex Suario de

ſancto Antiocho diximus: & apud Græcos in Quadrageſima, & Vigilijs ad vigeſimam primam horam noſtri communis horologij, & eorum Monachi ad Solis vſque produxerunt occaſum; contrà id, quod Innocentius IV. pro ijs, ne vltrà horam nonam Sacrificium differrent, conſtituerat.

Nunc verò ſeruanda erit Pij V. conſtitutio, quæ incipit *Sanctiſſimus*, qua omnes facultates celebrandi, aut celebrare faciendi veſpertinò tempore Miſſas reuocantur ſub pœnis ibidem expreſſis, de quo Scortia diſſerit. Inter iſtos igitur duos terminos, (auroram ſcilicet, & meridiem) cum poteſtas hæc ſit coercenda, & de tempore antelucano viderimus, incipiendum erit de meridiei confinibus; quid iuxtà probabilem ſententiam, cuicumque Sacerdoti, priuilegijs non munito, permiſſum erit? Per totum enim ſpatium, vſque ad meridiem incluſiuè, celebrare fas erit, iuxtà communem omnium aſſertionem, & Rubricas: Poſt illud aſſerunt aliqui, paulò à meridie delapſa, operari incipere poſſe, cum non ſit, vt diximus, tempus mathematica, ſed lance morali expendendum. Ita Ioannes Andreas, Fernandez, Vaſquez apud Dianam, Ioannes Præpoſitus, & communiter alij.

Scort. in epit. Bull. ſel. theor. 104.

Io. Andr. in cap. 1. de celeb. miſſ. *Dian.* p. 2. tract. 14. reſol. 34. & p. 4. trac. 4. reſol. 104. *Io. Præpoſ.* in 3. p. q. 83. art. 2. dub. 4. nu. 143.

Hanc menſuram temporis poſt meridiem aliqui ſignanter affirmant, antè tertiam horæ lapſæ partem Sacrificium incipiendum eſſe, aliàs peccati mortalis labes incurreretur. Ita Azorius. Alij non excedunt mediam horam, vt Layman, & Homobonus. Alij trium qua-

Azor. p. 1. l. 10. c. 25. q. 6.

Laym. l. 4. trac. 5. c. 4. nu. 4. *Homob.* in Exam. p. 1. trac. 4. c. 14. q. 114.

quadrantium effluxum inducere peccatum mortale in celebrante: Sic Bonacina. Alij per horam non integram id licere abſque peccati lethalis incurſu: Ita Syluius, & Hieronymus Rodriquez. Alij permittunt infrà totam horam poſt meridiem exordiri Sacrum poſſe. Ita Cardinalis de Lugo, quem refert Diana, & Philippus de la Cruz: vndè ſi poſt horam initium darent, labem mortalem contraherent, vt inquiunt Tamburinus, Opatou, Franciſcus de Nigro, Ruiz, & Garçia. Et alij communiter concedunt, ſacrificium abſque ſcrupulo incipi poſſe hora integra poſt meridiem, vt firmant Leandrus, & Martinus de S. Ioſeph, qui aſſerunt conſuetudine iam id vſurpari, vt videre eſt apud eumdem Dianam.

Sylu. tu 3. p. qu. 83 art. 2. *Hier. Rotr* in Comp. Quæſt. Reg. reſol. 25. de celeb. Miſ. num. 2.

Card. de Lugo de Sacr. Euch. diſp. 20. ſect. 1. num. 37. *Dian.* p. 5. tr. 5 reſ. 58. *Phil. de la Cruz* in Nor. de Conſc. tr. 10 §. 5. corol. 2.

Tamb. de Sacr. Miſ. l. 1. c. 6. § 4. n. 122. *Opat.* de Sacr. tr. de Euch diſp. 11. q 2. nu. 2. *Fran de Nig.* in Add. Cæremo. *Ruyz* p. 6. animad. 2 q. 10. *Garc* in Sum. tr. 3. diff. 8. dub. 1. pun. 1. nu. 72. *Lean.* de Sacr. to. 2. tr. 8. diſp. 6. q 11. *Mart: de S. Ioſeph* in monit. Conf. ſ. 10. 1. l. 1. 11. 14. Euch. monit. 13. *Dian.* p. 10. tr. 12. reſol. 22.

In hoc opinionum cõflictu, vt verum fatear, parum puto in ſubtili quadrantium dimenſione morandum, dummodò poſt à meridie exactam horam ſacrificio initium detur. Cum enim ex dictis, in materia hac, moraliter potiùs, quàm mathematicè ſit ratiocinandum, cogitare debemus, quòd non omnes, non dicam oppida, & municipia, ſed ciuitates etiam horologijs vtuntur, quibus hora per quadrantium ſectionem ſignificetur. Vndè vix, quamuis peritus, & prudens ſacerdos agnoſcere poterit, ſi duo, vel tres ſint elapſi, & quot ex quatuor horæ interuallis præterierint, ita vt vetitum ſibi inſtare tempus agnoſcat; nec clepſydra, aut potius Α'μμαμίζω vti facilè poterit: hincque horam integram prudenter concedi poſſe exiſtimarem, ne ſcrupulos potiùs timoratis conſcientijs

inijce-

inijcere videamur, cum de lethali agatur culpa.

Hæc tamen regula ſic firmata ſuas habet reſtrictiones pro ijs etiam, qui nullo vti legis poſſunt laxamento.

Si, exempli gratia, Miſſa, in qua Ordinationes generales habentur, in cantu peragatur; multotiès enim ob ordinandorum numerum ad aliquas poſt meridiem horas protrahi facilè continget; vel ſi intrà Miſſarum ſolemnia conciones ex præſcripto ſint habendæ. Itidem in Miſſa funebri, vel ſi ſacerdos celebraturus poſt meridiem in locum, vbi populus ex præcepto feſti ad ſacram Synaxim conuenerit, perueniat in aliorum defectu. Inſuper, ad dandum infirmo periclitanti Viaticum, aliqui permittunt ſacerdoti ieiuno per tres horas poſt meridiem conficere poſſe. Ita Vaſquez, & poſt eum Auerſa, & Diana; & in alijs ſimilibus prout de ſacerdote in itinere impedito ſcribūt Enriquez, Miranda, Suarez apud Laymanū, & Philippus dè la Cruz apud eumdem Dianam, Caſtropalaus, & alij.

Auerſ. de Sacr. Euch. q. 11. ſect. 15. *Dian.* d. p. 10. tr. 12. reſol. 26. & p. 5. tr. 13. reſ. 7.

Laym. l. 4. tr. 4. c. 4. nu. 4. *Phil. de la Cruz* loc. cit. *Dian.* d. reſol. 7. tr. 13. p. 5. *Caſtrop.* tom. 4. tr. 22. pun. 7. num. 14.

Et ratio eſt, quia ſufficit initum ſacrificium fuiſſe tempore permiſſo, cœptum ſiquidem relinqui nefas erit, pro integritate illius iure diuino omninò ſeruanda, quod præualet alteri poſitiuo de hora.

Hæcque pro ijs, qui nulla iuris diſpenſatione, aut Pontificum beneficio ſunt donati. Supereſt igitur nunc aliquid dicendum de ijs, qui priuilegijs fulciuntur.

Et, vt de antelucano tempore ratiocinati fuimus, ita & in hoc conſequenter affirmandum generaliter erit (vt priuilegium aliquod gratiæ

affe-

afferat ſuper communem regulam *ad textum in cap. in his de priuil. & cap. ſi Papa eod. tit. in 6.*) quòd poſſint poſt meridiem operari per horam ſaltem cum dimidio ex vi priuilegij, cum ex magis communi opinione, vt vidimus, hora poſt meridiem ipſam concedatur ijs, qui tantùm iure ordinario nituntur. Addendum igitur erit ſaltem illius dimidium. Quamuis non deſint, qui & horam integram permittant, ita vt duæ videantur horæ conceſſæ; nihilominùs iudicio meo non erit adeò res dilatanda, iuxtà tabulas extenſas à Francolino ad vſum diuerſarum poli altitudinum, ex quo deſumpſit Tamburinus Societatis Ieſu quidquid hac de re breuiter ediſſerit.

Francol. in calce tract. de temp. horar. Can. *Tambur.* de Sacrif. Miſ. l. 1. c. 6. §. 4. à num. 16.

Ceterùm inſpicienda erunt priuilegia, cum iuxtà eorum tenorem indulgenda ſint temporis ſpatia. Aliqui enim ex Regularibus conceſſum ſibi aiunt, vt vſque ad nonam, & ad tres poſt meridiem horas, ijs ipſis operari ſit liberum. Ita Ioannes de la Cruz apud Dianam, quos nuper refert Auendanus, addens etiam Dicaſtillum.

Io: de la Cruz in Direc. conſc. p. 2. de Sacrif. Miſ. q. 1. dub. 1. concl. 4. *Dian.* d. reſ. 34. *Auen.* in Theſ. Ind. tr. 12. c. 10. nu. 240. & nu. 48. tr. 5. diſp. 4.

Sed magna quidem mea admiratione. Siquidem per Tridentini Concilij decretum *De Sacrificio Miſſæ* iniunctum fuit Ordinarijs, vti Sedis Apoſtolicæ Delegatis, quòd, non obſtantibus quibuſcumque priuilegijs, exemptionibus, &c. non permittant, ſacerdotes, alijs quàm debitis horis, celebrare, &c. hancque Concilij conſtitutionem Regulares etiam comprehendere aduertit Barboſa; & firmant alii, quos refert Diana.

Barboſ. in Collect. nu. 32. *Dian.* d. p. 10. tr. 12. reſ. 25. §. ſed quidquid ſit de hoc

Et

inijcere videamur, cum de lethali agatur culpa.

Hæc tamen regula ſic firmata ſuas habet reſtrictiones pro ijs etiam, qui nullo vti legis poſſunt laxamento.

Si, exempli gratia, Miſſa, in qua Ordinationes generales habentur, in cantu peragatur; multotiès enim ob ordinandorum numerum ad aliquas poſt meridiem horas protrahi facilè continget; vel ſi intrà Miſſarum ſolemnia conciones ex præſcripto ſint habendæ. Itidem in Miſſa funebri, vel ſi ſacerdos celebraturus poſt meridiem in locum, vbi populus ex præcepto feſti ad ſacram Synaxim conuenerit, perueniat in aliorum defectu. Inſuper, ad dandum infirmo periclitanti Viaticum, aliqui permittunt ſacerdoti ieiuno per tres horas poſt meridiem conficere poſſe. Ita Vaſquez, & poſt eum Auerſa, & Diana; & in alijs ſimilibus prout de ſacerdote in itinere impedito ſcribũt Enriquez, Miranda, Suarez apud Laymanũ, & Philippus dè la Cruz apud eumdem Dianam, Caſtropalaus, & alij.

Auerſ. de Sacr. Euch. q. 11. ſect. 15. *Dian.* d. p. 10. tr. 12. reſol. 26. & p. 5. tr. 13. reſ. 7.

Laym. l. 4. tr. 4. c. 4. nu. 4. *Phil. de la Cruz* loc. cit. *Dian.* d. reſol. 7. tr. 13. p. 5. *Caſtrop.* tom. 4. tr. 22. pun. 7. num. 14.

Et ratio eſt, quia ſufficit initum ſacrificium fuiſſe tempore permiſſo, cœptum ſiquidem relinqui nefas erit, pro integritate illius iure diuino omninò ſeruanda, quod præualet alteri poſitiuo de hora.

Hæcque pro ijs, qui nulla iuris diſpenſatione, aut Pontificum beneficio ſunt donati. Supereſt igitur nunc aliquid dicendum de ijs, qui priuilegijs fulciuntur.

Et, vt de antelucano tempore ratiocinati fuimus, ita & in hoc conſequenter affirmandum generaliter erit (vt priuilegium aliquod gratiæ

affe-

afferat ſuper communem regulam *ad textum in cap. in his de priuil. & cap. ſi Papa eod. tit. in 6.*) quòd poſſint poſt meridiem operari per horam ſaltem cum dimidio ex vi priuilegij, cum ex magis communi opinione, vt vidimus, hora poſt meridiem ipſam concedatur ijs, qui tantùm iure ordinario nituntur. Addendum igitur erit ſaltem illius dimidium. Quamuis non deſint, qui & horam integram permittant, ita vt duæ videantur horæ conceſſæ; nihilominùs iudicio meo non erit adeò res dilatanda, iuxtà tabulas extenſas à Francolino ad vſum diuerſarum poli altitudinum, ex quo deſumpſit Tamburinus Societatis Ieſu quidquid hac de re breuiter ediſſerit.

Francol. in calce tract. de temp. horar. Can. *Tambur.* de Sacrif. Miſ. l. 5. c. 6. §. 4. à num. 26.

Ceterùm inſpicienda erunt priuilegia, cum iuxtà eorum tenorem indulgenda ſint temporis ſpatia. Aliqui enim ex Regularibus conceſſum ſibi aiunt, vt vſque ad nonam, & ad tres poſt meridiem horas, ijs ipſis operari ſit liberum. Ita Ioannes de la Cruz apud Dianam, quos nuper refert Auendanus, addens etiam Dicaſtillum.

Io. de la Cruz in Direc. conſc. p. 2. de Sacrif. Miſ. q. 2. dub. 3. concl. 4. *Dian.* d. reſ. 34. *Auen.* in Theſ. Ind. tr. 12. c. 10. nu. 140. & nu. 48. tr. 5. diſp. 4.

Sed magna quidem mea admiratione. Siquidem per Tridentini Concilij decretum *De Sacrificio Miſſæ* iniunctum fuit Ordinarijs, vti Sedis Apoſtolicæ Delegatis, quòd, non obſtantibus quibuſcumque priuilegijs, exemptionibus, &c. non permittant, ſacerdotes, alijs quàm debitis horis, celebrare, &c. hancque Concilij conſtitutionem Regulares etiam comprehendere aduertit Barboſa; & firmant alii, quos refert Diana.

Barboſ. in Collect. nu. 32. *Dian.* d. p. 10. tr. 12. reſ. 25. §. ſed quidquid ſit de hoc

Et

Et certò etiam ſcio, omnia huiuſmodi ferè priuilegia, poſt Concilium à Sancta Sede indulta, vel confirmata, hanc clauſulam inſitam habere: *Dummodò ſint in vſu, & non aduerſentur Sacri Concilij Tridentini decretis*; quod etiam aduertit Pellizarius, & alii poſt eum. Addo inſuper, quòd priuilegia, Regularibus conceſſa, in quibus pleraque contrà Sacri Concilii decreta continebantur, à S. M. Pio V. in Bulla, quæ incipit, *Etſi Mendicantium, &c.* contenta paulò poſt à S. M. Gregorio XIII. per aliam ſimilem, incipientem *In tanta rerum, &c.* expreſsè reuocata fuerint, & in omnibus Concilii Tridentini decretorum iniuncta ſit exequutio, ac ſi tales Pii V. litteræ nunquam emanaſſent. Quæ reuocationis conſtitutio, vſu recepta in omnibus, & ab omnibus fuit, vt teſtantur Cherubinus, Quaranta, Piaſecius, Emanuel Rodriques, Baſſeus, Machada penes Dianam, qui reſpondens huic clauſulæ, *Dummodo, &c.* diſtinctionem, ſua peritia indignam, protulit: quòd ſcilicet Pontifices per hanc clauſulam, *Dummodo, &c.* non intendãt reuocare, vel modificare, niſi ea priuilegia, quibus ſacrum Concilium expreſsè derogauit; non autem ea, quæ dicto ſacro Concilio quoquè modo aduerſentur. Sufficeret enim negare illud eius *Notandum*: etenim legis explicatio ad legiſlatorem ſpectat, neque illi manifeſtum fuit, mentem Pontificis talem eſſe, qualem is gratis exponit, & quidem diuinat, cum non afferat aliquod legale documentum. Falſum inſuper eſt ab eodem allatum exemplum de priuilegio Regularibus conceſſo, quòd poſ-

ſint

Pelliz. in Man. Reg. to. 1. tr. 8. c. 1. ſect. 4. nu. 81.

Cherub. in Comp. Bull. ſum. 2. conſt. 9. Greg. XIII. ſchol. 1. *Quar.* ad eamd. Bull. *Piaſec.* in Prax. p. 1. c. 5. art. 6. nu. 8. *Em. Rod.* to. 3. q. 74. art. 16. *Baſſ.* in flor. verb. priuileg. 4. nu. 8. *Machad.* tom. 2. l. 4. p. 6. tr. 10. docum. 11. nu. 4. *Dian.* p. 11. tr. 2. reſol. 6.

ſint] extra tempora à iure ſtatuta, & contra diſpoſitionem Concilij, Ordines ſacros ſuſcipere.

Seſſ. 23. cap. 8.

Hoc enim priuilegio iterùm donati ſunt poſt Concilium à Clemente VIII. & Paulo V. abſque prædicta clauſula *Dummodo, &c.* vt aduertit idem Barboſa, quemadmodum etiam à Gregorio XIII. Patres Societatis Ieſu; aliàs in vim priuilegiorum, ante Concilium obtentorum, ordinari nequirent, vt inquiunt Miranda, Riccius, & Lezana. Vndè hodiè Epiſcopus ordinans diſpenſat cum Regularibus ob cauſas, ab eorumdem Superioribus allatas, vt nuper Auda exponit in Diaconatu, & Diana, qui alios refert, & Nouarius.

Barboſ. in Collec. d. c. 8. n. 5.

Miran. in Man. to. 1. q. 38. art. 4. *Ricc.* p. 4. prax. reſol. 93. nu. 6. aliàs p. 4. reſ. 213. in prax. Interſtit. *Lezan.* in Sum. c. 14. nu. 1.

Aud. in Theat. Regul. verb. Ordo. *Dianam* p. 3. tr. 2. reſol. 32. *Nouar.* in Lucer. Reg. verb. Ordo.

Et ratio eſt aperta: nam idem eſt, quòd Concilium aliquod fieri prohibeat per ſimplicem diſpoſitionem contrariam, ac per derogationem priuilegiorum expreſſam, quoad hoc vt clauſula illa locum ſibi vindicet. Semper enim verum eſt, quòd ſi à Concilio contrarium quocumque modo diſponitur, conciliaris conſtitutio à clauſula conditionali, vel modali præſeruetur, adeoque priuilegium excludatur. Sicut etiam videmus, ab eodem Concilio aliquos ex ſacris Canonibus per ſimplex decretum contrarium correctos, abſque expreſſa illorum derogatione: & nemo dixerit ad correctionem prædictam Concilium deuenire debuiſſe per expreſſam abrogationem; exempli gratia, cum ſtatuit, minores Ordines conferendos per temporum interſtitia, & tamen ex Decreto Alexandri Tertii licebat Epiſcopo eadem die il-

Seſſ. 23. cap. Ordines Minores.

Cap. de eo De tempor. Ordinat.

los conferre, vt aduertunt Gloſſa, & Riccius.

Gloſſ. in cap. de eo, verb. Ad minores De temp. Ord. *Ricc.* deciſ. 175. p. 3.

Solertiori difficultatem hanc eludere niſus eſt effugio P. Auendanus, dum affirmat, Concilium in dicto decreto de Miſſis, comprehendere Regulares in prohibitione celebrandi extra Eccleſiam, non autem circa horam celebrationis: in hac enim de hora nulla de Regularibus mentio. At meo iudicio fallitur; licèt enim diuerſos diuerſis Religionibus ritus permittat, etiam poſt Concilium, Eccleſia, (vt ipſe conſiderat) non inde ſequitur idem eſſe dicendum de hora: hæc ſiquidem in Rubricis Miſſalis correctio poſt Concilium expreſsè ſtatuta videtur ab aurora ad meridiem: at ritus diuerſi manifeſtè, vel indulti, vel tolerati palàm ſunt ab Eccleſia. Vnde ad priuilegiorum amuſſim, vel coercenda, vel laxanda erit horarũ praxis, & vſus; & inde, ſi priuilegia non aderunt, Regulares erunt etiam quoad horam, non tantùm quoad locum, conciliari diſpoſitione deuincti. Nec ſuperſtitionis conſideratio eſt cauſa principalis, & ſola, conciliaris conſtitutionis, vt ex eodem textu deduci facilè poteſt. Tandem vrget contrà eruditum P. Auendanum declaratio Sacræ Congregationis apud Bellarminum, & Barboſam, quam ipſe refert, videlicet; *Ante diem, & horis indebitis nulli liceat celebrare etiam vi priuilegij ante Tridentinum conceſſi*, vt per Barboſam, & Lezanam; quam declarationem is euitare conatur communi illa reſponſione, non ſcilicet conſtare de ipſa legitimè ad formam decreti Vrbani VIII. &c.

Auend. in Theſ. Ind. tit. 12. c. 10. num. 241.

Auend. d. loc. cit. num. 242.

Barboſ. in Coll. Apoſt. Dec. coll. 476. num. 5. *Lez.* Sum. to. 1. c. 11. num. 2.

Si

Si qui verò ex Regularibus poſt Concilium priuilegia, vt docebam, à Summis Pontificibus abſque illa clauſula *Dummodo* obtinuerit, nō abnuerim liberè vti poſſe, etiam ſi contrarium à Concilio ſtatutum fuerit. Communis ſiquidem opinio, & praxis noſtra ferunt, ad derogationem Tridentinæ Synodus diſpoſitionis, ſufficere contraria Pontificis, abſque eo quòd de hoc Concilio mentio in illa habeatur, vt poſt ceteros firmat Barboſa.

Barb in Collec. Conc. ſeſſ. 1. num. 2. in decreto de inchoan. Concilio.

Sed quoniam in hac eadem primæ quæſtionis theſi dubitare aliquis poterit: num, quod Cardinalibus licet, eorum permittatur Cappellanis, tam quoad horam, quàm quoad ritum; operæ pretium viſum fuit dubitationi huic pleniùs, quàm ſuprà, facere ſatis. Et quidem, quòd ij poſſint eorum Dominis in officio vniformari, voluerunt Villadiegus ex *Clem. 2. de celebr. Miſſar.* vbi hoc apertè in Concilio Viennenſi diſpoſitū habetur, & ibidem Doctores. Ita pariter firmant Alzedus, Gauantes, qui refert ſacræ Rituum Congregationis declarationem, & Neuſer, Portellus, Emanuel Rodriquez, Leander, & alij. At certum eſt, Miſſam præcipuam partem eſſe diuini officij iuxta Gloſſam, Ferrum, & Francolinum. Ergo non tantùm quoad ritum, ſed etiam quoad tempus ſequi Dominorū exēplum rectè valebunt, ſicut in ſimili & eorumdem priuilegio liberi ſunt à reſidentia in Curato Beneficio, iuxtà ſentētiam Albani, & ante eū Laudēſis, & Barbatij, (quidquid ſit de huiuſmodi opinionis veritate,) & in caſu noſtro quoad horā celebrādi affirmant Filiucius, & idem Al-

An, quod Cardinalibus, idem liceat eorum Cappellanis.

Villad de Card. orig. n. 63 q 13. fol. 59. in Tract. 1. 13. p 2.

Alzed. de præſtan. Epiſc p. 1. c. 5. num. 118 *Gauan* in Man. Epiſc. verb. Horæ Canon. num. 5. *Neuſ.* de Hor: Can. q 2. num 19. diſp. 3. & q. 5. num. 22. *Portel.* in Dub. Reg. verb. Horæ Can. *Em. Rodr.* in Sum. to 4. c 68. n. 10. Leander. q 16. tr. 8. diſput. 3. to. 6. *Gloſſ.* in d. Clem. de celeb. Miſſ. verb. Canonicus, & in Clem. Vnica de Reliq. & venerat. Sanct. circa fin. *Ferr.* de Hor. Can. num. 26. *Franc.* de Temp. hor. Can. c. 29. num. 2.

Filiuc. to. 1. tr. 5. c. 4. n. 113. *Alzed.* loc. cit. p. 1. c. 13. n. 12.

zedus, qui ceteros etiam, & multos cumulat.

Et hoc eò fortiùs affirmandum erit, ſiquidem abſque vrgenti cauſa nunquam, aut rarò in Cardinalium ædibus id contingere poteſt, vt experientia docet. Quis enim ante Solis ortum per horam; & quadrantem (tempus omnibus ſaltem permiſſum, vt vidimus) Cappellam aperit ad celebrandum? niſi, exempli gratia, Vrbe Cardinali diſceſſuro aliquod aliud peragendum negotium, vel ipſe, vel Cappellanus operari cogantur, quæ iuſtum præbebunt fundamentum ad tempus omnibus commune præueniendum. Quòd ſi Regularibus pleriſque hoc indultum vidimus, præſertim quoad tempus, rationi valdè conſonum erit, id Cardinalibus non denegandum ex Pontificum ſaltem tolerantia (de qua infrà iterùm agendum erit) qui, cum Cardinales fuerint, cognitum habent, quid in iſtis caſibus ipſimet fecerint, & ſilent.

Animaduertendum tamen pro huiuſce Diſputationis coronide aſſertiones ſuprà firmatas locum ſibi regulariter vindicare poſſe in regionibus & populis, qui Chriſtianam amplexi Religionem nobis magis cogniti ſunt, vt Italia, Gallia, Hiſpania, Germania, Græcia, omneſque aliæ regiones, quæ intrà ſexageſimum tertium gradum poli altitudinem obtinent; ad quam vſque, cum dies totius anni lõgiſſimus, ſit ſemper minor viginti horis, & conſequenter nox breuiſſima ſit maior quatuor horis, etiamſi Miſſa celebretur duabus horis ante Solis ortum, id tamen ſemper continget fieri citra me-

diam

diam noctem. Hacque regula comprehenditur Suetia, & magna pars Noruegiæ, cuius celeberrimum emporium, *Berges* nomine habet polum eleuatum Gr. 61. Non ita dicendum puto de vlterioribus partibus Septemtrionis, locisque maiori poli altitudini ſubiectis, quos videre eſt apud Ricciolũ; in aliquibus enim dies æſtate longiſſimus eſt 21. 22. 23. 24. horarum, & talis hyeme nox, dictis diebus correſpondens, vt contingit in locis Islandiæ: in alijs dies (pro die intellige ſpatiũ, quo Sol cõtinuatè conſpicitur) durat per menſes (plùs, minùſue pro altitudine poli, cui ſubſunt) & tantundem durat nox hyeme, vt experiuntur incolæ in noua Zembla, intra gradum 70 & 80 latitudinis comprehenſa, alijque populi ſimili, aut maiori latitudine gaudentes.

Ricciol. L. 9. Geograph.

In regionibus igitur, quæ huiuſmodi ſubeunt vices dierum, & noctium, dubitatum eſt apud Gauantem, qui refert, iuſſu S. M. Vrbani VIII. de hac re actum in Congregatione particulari ex peritioribus tam Theologis, quam Mathematicis, & præſertim Theodoro Rubeo coacta, & in eam communiter itum ſententiam, quòd vbi aurora Phyſicè non conſpiciatur, vt apud noſtras, & ſimiles regiones, attendatur ea, quam moralis, & politicus vſus exponit, quando ſcilicet ibi terminari ſolet hominum quies, & labores inchoari, iuxtà regionis conſuetudinem probatam. De hoc meminit etiam noſter Magrus. Vberiori tamen calamo diſſertiſſimè apud me P. Honoratus Fabri de eadem ratiocinatur materia, cuius viri labor ne

Gauan. in Rub. Miſ. vlt. impreſſ. tit. 15. de hora celebrat. Miſſ.

Magr. in Notit. vocabul. Eccleſ. vocab. Miſſa.

parte

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

parte aliqua intercidat, hìc adnectendum, vt iacet, operæpretium exiſtimaui.

Duo ſunt rei Eccleſiaſticæ capita, quæ ad certam diei horam, ſeù certum circuli diurni punctum accomodari, per ſacros Canones ſtatuitur; nimirùm ſacri ieiunij ritus, & Miſſarum celebratio: nempè ieiunij Eccleſiaſtici lege cautum eſt, ne quid cibi ſumatur, niſi ex priuilegio, à media nocte ad meridiem, nec inde ad mediam noctem poſt ſolitam cœnulam; celebratio verò Miſſæ ad ortum Solis, & meridiem habitudinem dicit; cum nec diù ante ortum Solis, nec diù poſt meridiem, niſi ex priuilegio, ſacrum fieri debeat.

Cum autem pro diuerſa locorum latitudine, ſeù poli eleuatione, ſeù declinatione Solis, ortus Solis pluribus, vel paucioribus horis meridiem antecedat; immo in ijs terrarum tractibus, qui verſùs polos mundi propriùs excurrunt, Sol per aliquot hebdomadas, aut etiam menſes non occidat æſtiuo tempore; quia ſuprà Horizontem extat; nec per brumam oriatur, quia ſub Horizonte latet; iuſſus dicere, quid ſentiam de hac quæſtione, paucis aſſertionibus rem iſtam breuiter expedio.

Dico primò. Quiuis terræ tractus, quantumuis Borealis, citrà punctum poli Geometricum, ſuum habet meridiem, item punctum oppoſitum, quod apud nos, idem eſt cum puncto mediæ noctis; aſpectus autem ad Boream, aut meridiem, magneticæ acus opera, facilè deprehenditur. Vnde, Sole per aliquot dies, ideſt circulos diurnos integros, ſupra Horizontem extan-

tante, facilè cognoſcitur, quando nam ille ſit in meridiei puncto, ſeù meridiani ſemicirculo Auſtrali: item quando ſit in puncto mediæ noctis, ſeù ſemicirculo Boreali eiuſdem meridiani; ſeù, propriè loquendo, in principio diei naturalis Eccleſiaſtici, qui à mediæ noctis puncto, ſeù ſectionis circuli diurni, cum ſemicirculo Boreali meridiani incipit: Sole verò per aliquot dies infra Horizontem latente, nimirùm, quando eſt in ſignis Auſtralibus reſpectu tractus Borealis; cum habeantur ſigna Borealia Auſtralibus oppoſita, haud dubiè, quando ſignum oppoſitum eſt in ſemicirculo meridiani Boreali, Sol eſt in puncto meridiei; quando verò ſignum prædictum eſt in ſemicirculo Auſtrali meridiani, Sol eſt in puncto mediæ noctis; vnde quoad puncta meridiei, & mediæ noctis, nulla penitùs eſt difficultas.

Dico ſecundò: Dies naturalis, propriè loquendo, illud tempus eſt, quo Sol integrum circulum diurnum, ſeù paralellum decurrit; tempus, inquam, 24. horarum, ducto ſcilicet initio numerandi horas à puncto mediæ noctis, nimirùm quoad prædictos Eccleſiaſticos ritus. Vnde quoad ieiunium, non eſt difficultas; cum facilè definiatur, & deſignetur tempus excurrens à mediæ noctis puncto ad meridiem, & hinc ad mediam noctem ſequentem.

Dico tertiò. Cum initium diei Eccleſiaſtici à mediæ noctis puncto ducatur, & diù poſt meridiem Miſſa celebrari non poſſit, haud dubiò totis ferè duodecim horis celebrari non debet, nimirùm à meridie ad mediam noctem ſequentem,

tem, in ijs ſcilicet terris, in quibus Sol per multos dies, vel extat ſuprà, vel latet infra Horizontem, vt ex dictis manifeſtè ſequitur.

Dico quartò. Toto illo tempore, quo Sol extat ſuprà Horizontem, idque per multos dies, poſt mediā noctem ſtatim Miſſa celebrari poteſt, nihil enim vetat; ibi enim, ideſt in puncto mediæ noctis eſt principium, non quidem arcus diurni, ſed integri circuli diurni, & principium diei, vt ſuprà dictum eſt: Demus enim vnam tantùm vigeſimam quartam circuli partem diurni infrà Horizontem latere, Sol oritur vna ſemihora poſt mediam noctem; igitur ſemihora poſt mediam noctem Miſſa celebrari poteſt, nimirùm ad ortum Solis, item vno quadrante horæ, ſi vna quadrageſima octaua pars circuli diurni latet infrà Horizontem, atque ita deinceps octo, quatuor, duobus deinceps minutis poſt mediam noctem; igitur, circulo diurno integro ſuprà Horizontem extante, ſtatim à media nocte Miſſa celebrari poteſt.

Dico quintò. Toto illo tempore, quo Sol latet infrà Horizontem, idque per multos dies, Miſſa celebrari poteſt, licèt Sol non oriatur; ibi enim Miſſam non celebrari grauiſſimum eſſet, & contrà Eccleſiæ, & Chriſti mentem. Qua verò tandem hora? Aliquot certè ante meridiem; ſed quot? An fortè tribus, aut quatuor? Cum enim non procul à nobis, puta in Belgio &c. Sol hyeme tribus tantùm horis ante meridiem oriatur, ac proinde ibidem, immo & in Gallia, Germania &c. tribus, aut quatuor horis ante ortum Solis Miſſæ celebrentur teſte

Lean-

Leandro, qui citat Nauarrum, Ægidium, Fagundez, Philibertum Narbonenſem, longè potiori iure tribus, aut quatuor horis celebrari poſſunt ante meridiem.

Leand. p. 2. tr. 8. diſput 16. q. 16.

Dico ſextò. Probabiliſſimum eſt toto illo tempore Miſſam celebrari poſſe in dictis regionibus ſex horis ante meridiem; cum enim ab ortu Solis illa hora determinari non poſſit, nulla enim hora Sol oritur, toto illo tempore, aliunde certè determinari non poteſt, quam à Meridiano ſextæ horæ, à quo ſemicirculus ortiuus, & occiduus circuli diurni, ſeù cuiuslibet parallelli æqualiter diuiditur. Cum enim ſtatim à media nocte Miſſa celebrari non poſſit, toto illo tempore, vt patet, nullum aliud reſtat determinatiuum, niſi à dicto ſextæ horæ puncto petatur.

Dico ſeptimò. Priuilegia celebrandi Miſſam poſt meridiem habent etiam locum in prædictis regionibus, non tamen celebrandi duabus horis ante alios, cum nè vno quidem momento ante mediam noctem celebrari poſſit, nimirum Sole extante per multos dies ſupra Horizontem per æſtatem; at verò per brumam Sole latente, cum alij citra priuilegium celebrare poſſent, vt dixi, ſex horis ante meridiem, ij certè, qui dictis priuilegiis gaudent, octo horis ante meridiem, & quatuor poſt mediam noctem celebrare poſſunt.

Hæc ſunt, quæ de hoc argumento mihi dicenda occurrunt, de quo apud Antiquos nihil ferè legitur, quia fortè Ritus Catholici versùs Borealem tractum ad circulum polarem, qui

ſupremam Noruegiæ oram ſecat, nunquam peruenerunt. Vnde ij populi, qui Religionem Catholicam ſuſceperunt, aliquot ſuper ortus Solis punctum habuerunt, quod celebrandi horam determinaret, & hæc ſaluo ſemper &c. *Vtram igitur ex his, qui viam ingrediatur, iudicio meo à tuta non aberrabit.*

An vnica, vel plures Miſſæ poſsint celebrari.

Diſcuſſis autem his, quæ ad primum totius huiuſce diſſertationis articulum pertinere, illique lumen afferre potuerunt, ſupereſt ſecundus eiuſdem nodus exoluendus: An ſcilicet tantùm vnica, vel plures in eadem Cappella à diuerſis ſacerdotibus Miſſæ celebrari valeant.

Turrian. de Pœnit. diſp. 23. dub. 3. Ad *Præpoſ.* in 3. par. *D.Tho.* q. 8. de approbat. miniſt. dub. 7. num. 53. *Lauden.* de priu. Card. q. 17. & in alio tract. de eod. q. 13. *Alban.* de Card. q. 42 priuil. 25. *Nald.* in Sum. verb. Cardinales num. 8. *Sot.* in 4. diſt. 17. q. 4. art. 2. verſ. Cardinales verò. *Azor.* to. 2. l. 4. c. 3. verſ. 6. quæritur. *Suar.* in 3. p. to. 4. diſp. 25. ſect. 2. In Exceptionibus nu. 12. *Tanner.* to. 4. diſp. 6. q. 9. dub. 3. num. 58. *Dian.* p. 5. reſol. 10. tr. 2. *Conc. Later.* ſeſſ. 9. de Cardd.

Ad quod prænotandum erit, Cardinales, reſpectu familiæ propriæ, Paſtoris officio perfungi. Ita Turrianus, & Præpoſitus, & ante illos Laudenſis, Albanus, Naldus, Sotus, Azorius, Suarez, qui ait, *Cardinales eſſe proprios Sacerdotes, & veluti ſuæ familiæ Parochos, & erga illam poſſe per ſe, vel per alios, hoc exercere munus*; Tannerius, & Diana poſt alios, quos cumulat: & colligitur ex Concilio Lateranenſi vltimo ſub Leone X. ibi; *Ordinamus, vt quilibet Cardinalis ſe domus, & familiæ ſuæ optimum Rectorem, Præfectumque oſtendat eſſe &c.* Vnde eſt, quòd in eodem oratorio Domeſtici præcepto Concilii Lateranenſis, quod habetur in *cap. Omnibus vtriuſque ſexus de pœnit. & remiſ.* ſatisfaciant, nec aliam in hoc agnoſcant eccleſiam Parochialem. Cum igitur propriæ familiæ cura apud Cardinales ſit, & per alium etiam, quæ ad animarum ſalutem ſpectant, dirigere poſſunt, nil mirum, ſi ad eoſdem pertinebit, licentiam dare, vt præce-

ceptum in eadem Cappella (quæ veluti Parochialis eccleſia eſt, vt diximus) quoties opus fuerit, impleant; ad quod vide Tamburinum.

Tambur. de Sacr. Miſ. l. 1. c. 4. §. 2.

Dixi à diuerſis ſacerdotibus. Siquidem poſt conſtitutionem Alexandri II. de qua in *Can. ſufficit de Conſecr. diſt.* 1. nemini ius fuit pluriès celebrandi (niſi in Natiuitate Domini) quemadmodum antea ſolebant, ita vt Leonem III. Pontificem aliquandò ſeptiès, nouiès aliquandò eadem die celebraſſe notat poſt Durandum Scortia: & de Sancto Vdalrico pluribus vicibus eodem mane ſacrificium obtuliſſe ſcripſit Baronius, & ex Concilio Salegustadienſi exſcripſit, *Ne ampliùs, quàm tres Miſſas offerre ſacerdotibus ſit permiſſum in die*. Vide eumdem Baronium, & Pamelium ex Vvalafrido, & Scortiam, qui ad ornatum huius argumenti plura, & plures eruditè cumulat, ac tandem Loaſam.

Scor. de Sacr. Miſ. l. 2. c. 16.

Baron. to. 10. ann. 940. & to. 11. ann. 1022. *Concil. Salegust.* c. 5.

Bar. to. 11. d. ann. 1022. *Pamel.* tom. 1. lyturg. pag. 569. *Vualaf.* c. 21. *Scor.* loc. cit. c. 16. *Loas.* in addit. ad Conc. xij. Toletan. cap. 5.

Et, vt ad eamdem redeamus controuerſiam, affirmatiuè reſpondendum cenſeo, poſſe videlicet pluriès in eadem Cappella, vt in Parochiali eccleſia, eodem die celebrari.

Ad quorum robur animaduertendum eſt eadem ex ratione; in Vrbe has Cappellas à D. Vicegerente non viſitari, prout ceteræ, quæ in aliorum ædibus ſunt, inuiſuntur. Incumbit enim eiſdem Cardinalibus, decoris, ſplendoriſque in ijſdem cura, ex prædicto Concilio Lateranenſi vltimo, ibi. *Sint omnes vigiles, Miſſarumque celebrationi intenti, habeantque Cappellas ſuas in loco honeſto, pro vt facere conſueuerunt*; & hinc ijſdem in

Conc. Lateran. d. ſeſſ. 9.

Quadrageſima Pontifices pro familiaribus indulgentias elargiuntur, quibus Stationales fruũtur eccleſiæ.

Secundò confirmatur à ſimili Societatis Ieſu priuilegio, quod ſcilicet in eorum priuato ſacello valeant celebrare abſque alia Ordinarij licentia, & approbatione, quod ijdem Patres, vt notum eſt, Doctiſſimi, non vnicum tantùm ſacrificium, ſed plura & inſuper ab exteris ſacerdotibus offerantur, permittere ſunt interpretati; ſcientibus in Vrbe Summis Pontificibus, & permittentibus, vt obſeruat Scortia: & hoc ea ratione, ait Suarez, quia eſt priuilegium non tantùm perſonis, ſed loco conceſſum, quod, ſupra loquentes de Cardinalibus, eorumque Cappellanis, firmauimus.

Scor. de Sacr. Miſſ. lib. 2. c. 23. nu. 3. *Suar.* d. tom. 3. diſp. 81. ſect. 3. in fine.

Tertiò roboratur: ſiquidem non eſt maior ratio, cur vnicus tantùm Cappellanus ibidem eadem die Sacris operari poſſit, & nequeant alij Domeſtici; tum quia ad ſupra firmata conſequenter ſe habeat: tum quia id prohibitum non reperiatur, vt è contra expreſsè limitatum videmus in alijs licentijs, quæ à Summis Pontificibus conceduntur; quòd ſcilicet vnica tantùm Miſſa in dictis oratorijs dici poſſit in die: non enim locum habet ad præſens prohibitio Concilij Antiſiodorenſis ſub Gregorio Primo, *Vt non liceat ſuper vno altari in vna die duas Miſſas celebrare*. Cum igitur noſtrum priuilegium hanc non habeat reſtrictionem, aut interpretationem; non eſt cur meritò plures Miſſæ prohibitæ videantur. Imò ſummoperè decere exiſtimarẽ, vt plures Cardinalium Cappellani fre-

Conc. Antiſiod. can. 11.

frequenter in eiuſmodi Sacellis operentur Sacris; cum enim ex probatis veluti Parochialis eccleſiæ loco habeantur, congruum videtur, vt Domeſtici, varijs diſtenti curis, & muneribus, in diuerſis horis ſacrificijs adeſſe poſſint, nec tanta fraudentur ſpirituali conſolatione, & vtilitate.

An exteri, vel tantum Domeſtici ſatisfaciant.

Dubitari tertiò poterit: An exteri, & Cardinalium non familiares Eccleſiæ ſatisfacere poſſint præcepto; ſi huiuſmodi Miſſis aſſiſtant; quod crebrò accidere poteſt, cum ad Cardinales, Pontificiam Cappellam adituros, Nobiles, & Amici ſe conferant (vt eſt conſuetum) ad obſequium ijs præſtandum, (quod vulgò *Corteggiare* dicitur) tunc enim ferè omnes ſacrificio interſunt in Cardinalis Cappella, hicque caſus ſemper in ſolemnioribus, & de præcepto, vt vocant, feſtis occurrit.

Et quidem affirmatiuè reſpondendum puto, tum quia, vt firmauimus, Cappella Cardinalis eſt ad inſtar eccleſiæ, in qua omnes admitti debent, vt Sacris interſint, exemplo Epiſcoporum in ſua reſidentia permanentium.

Tum & ſecundò, quia hoc prohibitum non reperitur, & cum non ſit de natura prohibitorum, quia mala, videtur conceſſum. *Cap.* 1. *de Procur. in* 6. *l.* 1. *ff. eod. l. Quod non* §. *quod eis ff. quib. cau. maior.* cum ſimilibus, in quibus conceſſum intelligitur, quod expreſsè non prohibetur. *Cap. ſi non licet* 23. *q.* 5. *cap. Inter corporalia de Translat. Epiſc.* vbi Gloſſa in verbo *Nō inueniuntur*: & è contra, quando Pontifex id vetitum voluit, expreſſit, vt in conceſſionibus pro priuatis

uatis Oratorijs, in quibus apertè cauetur, vt tantùm pro Domeſticis deſeruiant, neque exteri ibidem ſe præcepto Eccleſiæ exoluere poſſint,

Quaran. in Bull. verb. Miſſa

ſi aderunt, vt ait Quaranta. Sicut etiam in certis ſolemnioribus feſtiuitatibus id pariter eſt interdictum, (quod, vt obiter dicam, deſumitur ex Concilio Agatenſi, & habetur in *cap. ſi quis etiam de conſecr. diſt.* 1. quem ornatè ponderat idem diſertus admodùm Nicolaus le Maiſtre) vt firmat Tamburinus, ſingillatim expendens huiuſmodi conceſſionum clauſulas contra Pellizarium, & Homobonum, qui ratione vtuntur tam infirma, vt diuinatores potiùs ſint dicendi, quàm ratiocinatores, & gratis aſſerunt, illam ſcilicet clauſulam reſtrictiuam poni potiùs ex ſtylo Curiæ, quàm vt effectum limitationis inducat, ac ſi ſtylus ipſe perperam verba interpretari permittat, & eluſorius ſit contra expreſſam verborum ſignificationem, & energiam, & ſic non obligare. Et quidem in Sacra Congregatione, in qua de huiuſmodi oratoriorũ conceſſione agitur, nunquã talis opinio fuit admiſſa, cum ſit diuinatiua, & apertiſſimè falſa. Nec ſuffragatur ratio, quia iam non ſunt ampliùs cogendi Fideles ad illam in Parochia audiendam, & ſic vbicumque celebretur, validè ſatisfaciunt; nam in caſu noſtro, vt optimè aduertit Tamburinus, priuatum illud oratorium, quoad non Domeſticos, eſt locus prohibitus ad ſacrificium ex Summi Pontificis interdictione, dum *Tantùm* pro familiaribus indulget.

Nic. le Maiſ. in d. ſuo tract. de Patrim. ſac. l. 2. cap. 5. *Tambur.* de ſacrif. Miſ. l. 1. c. 3 §. 4. num. 34. *Pelliz.* in Man. Reg. to. 2. tr. 8. c. 2. qu. 4.

Tambur. loc. cit.

At, quòd Cardinalibus id permittatur, facit eorum ſumma dignitas in Hyerarchico Ordine,

ne, (quoad officium, inquam) qua nulla maior, excepto Pontifice, in terris conſiderari poteſt, vt ait Eugenius IV. & poſt Zabarellam,& Probum notat Loterius. Vnde non videntur exteri ab huiuſmodi priuilegij prærogatiua expellendi, vt praxis obtinuit; nunquam enim vidimus,à doctis, & timoratæ conſcientiæ confeſſarijs illos obligari ad Miſſam in eccleſia iterum audiendam, ſi dixerint illi, interfuiſſe in Cardinalium Sacello in feſtis de præcepto: vt prætercam Pontificum interpretatiuam conceſſionem, qui Cardinales cum fuerint, hoc admiſerunt,nec illud prohibuere Pontifices creati.

Eug. IV in Bull. Non mediocri to. 1. Bullar. *Zabarel & Prob.* ad Monachum. *Loter.* de re benef. l. 1. q. 8. nu. 33. & ſeq.

Huic fauet ſententiæ præcipua animaduerſio, ſcilicet conſtitutionem Eccleſiaſticam de Miſſa audienda in feſtis de præcepto, (ex diſpoſitione *cap. ſi quis etiam de Conſecr. diſt.* 1. *Can. omnes Fideles, & c. Miſſas ead. diſt. c. Conqueſtus de ferijs*, & in Actis Martyrum Africæ,de quibus Baronius) non arctare Fideles,vt in tali, vel tali loco illi aſſiſtant, (ſi expreſsè contrarium non diſponatur, de quo ſupra contra Pellizarium diſſeruimus)vt aduertunt Azorius,& Molfeſius cum alijs, ſed ſimpliciter, vbi ritè celebratur ſiue in Parochiali, ſiue in eccleſia Regularium, ſiue in oratorio priuato, vt vidimus, dummodò locus ſit ſacer,& ad id legitimè deſtinatus,prout ſcribit Suarez ex *Can. nullus de conſecr. diſt.* 1. quamuis olim in ſolis Parochijs id licebat, de quo Fileſacius, Azorius, Barboſa, Toletus, & alij ab ijſdem relati.

Bar. an. 303. nu. 48.

Azor. p. 1. l. 7. c. 6. verſ. quartò quæritur. *Molfeſ.* in Sum. p. 1. tr. 3. c. 17. n. 32.

Suar. in 3. p. tom. 3. q. 83. diſp 81. art. 3. sect. 13. *Fileſac* de orig. parœc. c. 6. in ſuis varijs opuſculis. *Azor.* p 1. l. 7. c. 6. verſ. quartò quæritur. *Barboſ.* de Paroch. p. 1. c. 11. nu. 18. & 19. *Toler.* in Sum. l. 16. c. 7. n. 1.

Vnde Sacra Congregatio Concilij die 22. Septembris 1640. reſpondit, quod intereſſentes

tes

tes ſacrificio Miſſæ in priuato Epiſcopi ſacello ſatisfaciant pręcepto Eccleſiaſtico,tam in Diœceſi, quam extrà. Quamobrem nihil ampliùs ſuper hoc hæſitandum erit,ſi de Cappellis Cardinalium loquamur, ex ſupra abundè probatis.

Diſquiri pariter poteſt hìc; An Cardinalis poſſit in propria Cappella Epiſcopũ ſtatis cæremonijs conſecrare? Hanc quæſtionem eruditè valde tetigit, poſt primam huius diſſertationis impreſſionem, Diana, qui ſequutus eſt affirmatiuam ſententiam: nam locus non eſt de eſſentia conſecrationis. Peccare autem ait, Epiſcopum conſecrantem, culpamque contrahere venialem, quia in re leui communi ritui ſit aduerſatus. Cui opinioni ſubſcriberem, ſi leue iudicarem, in tam ſolemni celebritate, quæ ſingulis recurrit annis, ab ijs ritibus, & inſtitutis, quæ cæremoniæ poſtulant, ſi non quoad rem, attamen quoad locum, aberrare.

Dian. p. 12: tr. de conſecr. Epiſc. reſol. 80.

An tandẽ Sacerdotes exteri poſſint in huiuſmodi Cardinalium Cappellis ad celebrandum admitti, quamuis non ſit pro ſeruitio Cardinalium, vel eius familiæ? Et quidem, ſi à ſimili de priuilegijs, Soc. Ieſu Patribus elargitis, argui licebit, æquè cenſerem, id permittendum ex Suarez, & Naldo: quia huiuſmodi priuilegium reſpicit locum, vt diximus, & in caſu, de quo agimus, Cappellæ inſtar Parochialium eccleſiarum habentur.

Suar. loc. cit. *Nald.* in Sum. verb. Miſſa nu. 33.

Soluenda eſt poſtremò dubitatio: An, dum Cardinalis abeſt, poſſit, eius abſentia durante, in ſui palatij Cappella ab eiuſdem Cappellanis Sacrificium offerri.

Et

Et quidem dicendum exiſtimarem poſſe, ſi domicilium Cardinalis non dimittat, ſed eòdem ſit reuerſurus, præſertim, ſi pro familiæ, quæ remanſerat, commoditate, vel etiam pro eorundem Sacellariorum deuotione, Sacris ibidem operentur, ex ſupra firmata ſæpius concluſione, *Cappellam hanc eſſe veluti Parochialem Eccleſiam propriæ familiæ*: quare ſemper illi patere debet, etiam ſi Cardinales extra Vrbem verſentur; nulla enim maior ratio reddi poteſt, cur liceat celebrari, ſi interſit, vel ſi non aderit, Dominus.

Quod à ſimili probabilius redditur aſſertione. Siquidem eſt communiter apud Doctores exceptum, quòd Epiſcopi palatium, & ſic Cardinalis, etiam ſi ab illo ſit abſens, & extra Vrbem, (dummodo alteri non locetur) eadem gaudeat Eccleſiaſtica immunitate, ac quando Dominus aderit iuxta Marium Italiam addentem, etiamſi Epiſcopus obijſſet, & loquentem expreſsè de Cardinalium palatijs, eumque ſequitur Barboſa, & Nouarius; Et ratio eſt, quia, cum ſit in eamdem domum Dominus reuerſurus, non ceſſat eſſe, dicique domus Epiſcopi, vel Cardinalis: & ſic etiam Cappella non debet ſua amittere priuilegia, quæ cum ſint mixta, vt probauimus, propria etiam Cappellæ dici poterunt. Accedit regula iuxta Gloſſam, quòd dicitur inhabitare domum is, qui pro æquali anni parte habitat in ea.

Mar. Ital de Immun. Eccleſ. l. 1. c. 4. §. 9. num. 4.

Barboſ. in Collect. decret. to. 4. cap. conſticuimus 17 q 4. num. 1. *Nouar.* in Sum. Bull. de Immun. Eccleſ. n. 10.

Gloſ. in cap. Dilectus if: de Reſcript. verb. Domicilium.

Hincque licet fructus, & obuentiones, quæ Cardinalibus, in Curia præſentibus, ratione, vt dicimus, Pilei, debentur loco diſtributionum

quotidianarum, niſi à præſentibus, recipi nequeant, vt notat Anaſtaſius Germonius: nihilominùs, ſi per ſex menſes, & non vltra abfuerint à Curia, illas lucrantur, hac tantummodo ratione, quia non videntur abeſſe citò reuerſuri. Itidem, quamuis Cardinalis conſenſus non requiratur in prouiſione Beneficij vacantis per obitum ſui familiaris, ſi longo temporis ſpatio abſens à Curia fuerit; hoc nihilominùs fallit, iuxta Gomeſium, ſi per modicum aliquod menſium interuallum id contingat.

Anaſt. Germ. de Indult. Card. § ibi, quoad vixerit num. 22. & 23.

Gomeſ. in reg. de impet. benef. vac. per obitum q. 17. num. 8.

Quamobrem rectè hinc inferri poteſt, concluſionem affirmatiuam ſolidis niti fundamentis iuxta propoſitam deductionem.

An autem in his terminis, Cardinalibus extra Vrbem commorantibus, valeant eorum Cappellani priuilegio frui celebrandi ante auroram, & poſt meridiem, vt ijs licet, ex ſupra firmatis concluſionibus, ipſis præſentibus? Controuerſi quidem iuris eſſe poteſt, in quo tamen negatiuæ adhærerem ſententiæ. Etenim priuilegium hoc temporis, non eſt ex Pontificio Bonifacij indulto, ſed ex Gloſſa, & communi Doctorum ſententia deſumitur, vt vidimus, qui cum non loquantur de caſu noſtro, non auderem ad alium eamdem ampliare ſententiam. Ideoque ceſſante hoc fundamento, conſequens itidem erit, vt, Cardinalibus ipſis taliter abſentibus, nequeant eorum gaudere priuilegio.

Gloſ. in d. c. fin.

DE

DE OPTIONE SEX EPISCOPATVVM S. R. E. CARDINALIVM.

CVM, defuncto optimo Principe Carolo Cardinali Mediceo Sacri Noſtri Senatus Decano, & Epiſcopo Oſtienſi, in controuerſiam vocari intellexerim: An mihi, qui Prior Preſbyterorum eram, & Viterbienſem Eccleſiam obtinebam, alterius ex Suburbicis ſex Epiſcopatibus optio concedi poſſet; vt quod legibus, quod more, inſtitutiſque Maiorum permittatur, mihi ipſi proponerem; hanc diſceptationem ad ſedandum non minùs animum, quàm diſcendi ardorem, veritatemque inueſtigandam expendere non alienum exiſtimaui, & vt alij ſaltem ad ſententiam mea meliorem proferendam faciliùs excitentur. Cumque non tam quod vſu receptum ſit, quàm quibus id rationibus ſit inductum, præſtet cognoſcere, vt quod apud Scriptores repererim, clariùs promatur, & validiùs, nonnulla præmittenda duxi, quæ facilitatem concilient, & ſimul vberiorem exhibeant apparatum.

Romana igitur Eccleſia pubeſcente, & res Chriſtiana cum maiora in dies exciperet incrementa; in ipſa Vrbe, vt cura animarum exactiùs adminiſtraretur, diuiſæ fuerunt à Summo Pontifice Euariſto initio ſecundi ſeculi, tot ve-

luti Diœceſes, nonnullæ Eccleſiæ iuxta commodum, numerumque Fidelium; ipſiſque intitulati vel incardinati, vt (1) aiebant, tot Presbyteri, quot neceſſitas exigebat, cenſuſque patiebatur. Cumque his alij in adiutorium Presbyteri, & Diaconi ſub Fabiano, Hyginio, & Marcello Summis Pontificibus iuncti exinde fuiſſent, vnus præ ceteris præſtantior, Cardinalis nomine cenſebatur (qui Primates Eccleſiæ apud (2) Anaſtaſium, & Baronium meo iudicio dicuntur) cuique veluti cardini regimen incumbebat Eccleſię, Chriſtianorumque Synaxeos, niſi opulentiores Tituli eſſent, qui plures admitterent Cardinales, vt notant Panuinius (3) & Caſalius, licet ijs Bellarminus aduerſetur: & hi omnes Romano Pontifici operanti in Eccleſijs aſſiſtebant.

Interim cum eadem Romana Eccleſia liberiori cœpiſſet vti rerum adminiſtratione, & Orientis Imperatorum interna hæreſis, Barbarorumque externus incurſus, & Italicorum militum diſciplina, veluti poſtliminio reſtituta, vim pro libidine dominandi retudiſſent, adeo vt per Exarchos, Vrbiſque Præfectos otium ijs non fuerit ad Romanos Pontifices (prout iam fecerant) obruendos; emerſit paulatim ſplendor Eccleſiaſticus, & Pontifici ſua dignitas vindicata, auctuſque cultus, omniaque decora, quibus Imperij dignitas eminet, populi venerationem conciliabant. Lapſis namque Romana, Rauennatique ditione Græcis Imperatori-

tori-

(1) *Leo IV.* in c. qui plures relat. 21. q. 1. & c. SS. Can6. diſt. 70. ex Concilio Placent. Vide etiam *Oſtien.* in c. cotam 35 de elect. n. 1. *Azor.* p. 2. l. 4. cap. 1. in princ. *Mancler* in Monarc. p. 2. l. 4. c. 11. p. 560.

(2) *Anaſtaſ.* in Seuerino, & *Baron.* ann. 630.

(3) *Panuin.* in interpr. voc. obſc. verbo Tituli. *Fileſaci* de orig. Paræc. cap. 4. *Caſal.* de Veter. ſac. Chriſtianor. Ric. c. 82. *Cerda* in Aduerſ. c. 86. n. 4. *P. Lupus* in Schol. Can. 6. Concil. Calced. p. 1. pag. 537.

At *Em. Bellar.* lib. 1. de Cler. c. 16. contrariam ſectatus eſt ſententiam. Nomenclaturam videlicet non à præcellentia, & Proedria ſuper ceteros oriri conſacerdotes; ſed loco, & Eccleſiæ prius tributam, ab hac ad Presbyteros, qui loco deſeruiebant, tranſijſſe, quod clarè euinci poteſt ex *Bulla Ioannis III.* an. 560 apud *Torrig.* de Crypt. Vatic. p. 2 pag. 313. & *Martinel.* in ſua Roma Sac. in Eccl. SS. Apoſt. pag. 70. ibi: *hanc etiam (Baſilicā SS. Apoſt.) & in Natali Apoſt. Philippi & Iacobi, quod eſt in Kal. Maij, ad honorem omnium Apoſt. decenter dedicatam Tit. Cardinalatus illā conſtituimus, necnon vt Parochiā ſicuti ceteri Tituli Vrbis habent &c.* Vnde apparet Titulum ab Eccleſia emanaſſe. Epigraphes Bullæ prædictæ dirigitur ſiquidem *Dilectis Filijs Cardinalibus, & Clericis Eccleſ. Apoſt.* Pro contrariam tamē amplectētibus ſentētiā plures S. Greg. epiſtolæ faciunt, & præſertim lib 2. ep. 13. ad Epiſc. Fundanum, in quibus Epiſcopi deſtinātur Cardd. in aliquibus Cathedralibus, quæ verè Cardinales dici nequeunt, vnde neq; Epiſcopis nomē illud præſtare valerent. Vtraq; tamen conciliari poteſt aſſertio ex multiplici ſcilicet harum vocū *Cardinalis, & incardinationis* ſignificatione. In Titulis enim Vrbis præcipui animarum Curatoris loco habebantur huiuſmodi Cardinales, & mutuò nomen indebant, & accipiebant, vt Parochus à Parochia, & hæc à Parocho: ita & *Cardinalis* ab Eccleſia Curata, & hæc a *Cardinali.* In Cathedralibus autem, vt verus, & proprius Epiſcopus ab illarum regimine ſortiebatur nomē *cardinis*, & primi Rectoris. De quibus tamē cōſule doctiſſimā *Eminentiſſ. viri non minus dignitate, quam doctrina, Card. Albitij* diſſertationem: Dominum etiam *Suareſij* in ſuo Præneſt. lib. 2. cap. 10. & Addentes ad *Ciacc.* in vita Gelaſij I. *Mich. Monac.* in ſuo Sanctuar. Capuan. pag. 578. in Not. verb. *Cardinatia* in Bull. S. Stephani Epiſc. Vide etiam ſub Sergio Papa ann. 692. n. 34. & ann. 701. ſub Ioanne VI. n. 10. apud *Baronium.*

toribus, & Longobardis Regibus Italico Regno depulſis, integrum primò fuit Romano Antiſtiti libertatem Religioni aſſerere. *Et Roma*, vt ait (4) Sigonius, *Romanuſque Ducatus à Græcis ad Romanum Pontificem propter neſandam eorum hæreſim, impietatemque peruenit*. Reſpublica ſiquidem Romana tunc à Ducibus, ablegatis ab Imperatoribus, (5) regebatur, vt (6) Baronius notat, idemque ait: *Chriſtianæ Religionis Summus Pontificatus adeo inſigniter externis quoque ſplendoribus illuſtris euaſit*.

Hancque ob cauſam, ni fallor, Presbyteris Cardinalibus adaucti finitimi fuerunt Epiſcopi, qui celebranti Pontifici iuxta ritum, quem in Ordine Romano conſpicimus, deſeruirent; Ijque Epiſcopi Lateranenſis Eccleſiæ (7) Cardinales *titulo hactenus inaudito*, inquit Baronius anno 1057 appellabantur: & addit Petrus Damianus *lib. 2. ep. 1.* (& ipſe Cardinalis, & Epiſcopus Oſtienſis) *Quibus ſolis poſt Apoſtolicum ſacroſanctum illud Altare licet accedere, ac diuini cultus myſteria celebrare*. Et antiquus Romanæ Eccleſiæ Ritualis apud Baroniū loc. cit. *Vt omni Dominico die à Septem Epiſcopis Cardinalibus Hebdomadarijs, qui in Eccleſia Saluatoris obſeruant, Miſſarum ſolemnia ſuper Altare B. Petri celebraretur, & Gloria in excelſis Deo diceretur*. Miniſterij autem modus, & tempus apud diuerſos Sacrorum Rituum deſcriptores adnotantur. (8)

In ho-

(4) *Sigon.* de Regno Ital. lib. 3. ann. 727. *Mancl.* l. cit. lib. 4. cap. 12.

(5) Quorum poſtremus fuit Baſilius, vt aduertit idem *Baron.* ſub Greg. II. & Leone Iconoclaſta ann. 726. nu. 34. Inde ad Conſules iterum deuentum, quod munus ab eodem Gregorio Carolo Martello oblatum eſt, vt in Append. ad *Gregor. Turonen.* cap. 110.

(6) *Baron.* ann. 711. num. 11. & ann. 567.

(7) Imo ſimpliciter Lateranen. Epiſc. dicti quandoque fuere, vt apud *eruditiſſimum Kircher*, in ſua hiſt. S. Euſtachij Inſcriptio confirmat p. 170. *Anno Dominicæ Incarnationis 1138 Precibus D. Odonis Comiti, & Ioannis Ep. Archipresbyteri huius Eccleſiæ (S. Stephani) & aliquorum Fidelium Domini; D. Guido Card. Epiſcopus Lateranen. & S. Tyburtina Eccleſia in 11. die menſis Martij Eccleſiam iſtam &c. conſecrauit*. Ex quo etiam obiter nota ex Ciaccon. quod tunc tēporis Tiburtin. forſan erat inter ſeptem Epiſcopatus ſub Innocentio II. videlicet. Non enim audeo affirmare ſimpliciter, ſiquidē ſub ſucceſſoribus Pontificibus tantùm ſex leguntur Epiſcopi, neque inter illos Tiburtinus. Idem & συλλειτουργοὶ, aut Cooperatores, vt infra & Collaterales Epiſcopi apud *Em. D. meum Card. Raſponum* in ſua Baſilica Lateranen. lib. 1. c. 3. ibi. *Cum celebrat D. Papa* (ex Ioanne Diacono in hiſt. de rebus Lateran.) *debent ei aſſiſtere Collaterales ſui, videlicet vij. Epiſcopi cum xxviij. Card.* & ex eodem Archiu. Diploma Anaſtaſij IV. An. 1154. protulit, vbi modus eorum ſeruitij adnotatur, & ab eodem Pontifice nominantur *ſui Cooperatores, & Vicarij in d. Baſilica*. Aliquando etiam Romani Epiſcopi ſimpliciter vocati, ſicut ex Chronic. Caſſinen l. 30. c. 30. & ibi *Abb. de Nuce* n. 2397. & forſan eodem fungebatur munere ij, qui Conſtantinop. habebant Patriarchæ, quoſque *Pet. Greg. Toloſ.* l. 15. c. 9. ſyntag. iur. *Eutellos* appellat [illegible], iden, *pinnatos*, & *Quieſcentes*, vel *Aſtantes*, q: Diœceſim aliquam non regebant: quamuis *Gretſ.* l. 1. c. 2. num. 7. Comm. in c. 1. *Codini* de Offic. magnæ Eccleſ. Conſtant. aſſertionem hanc falſam agnoſcat, *Et ex cerebro eximij illius I. C.* (ait *Gretſer.*) *prognatam*.

(8) In fragm. de Rit. E. R. apud *Vvolf. Laz.* Antuerp. 1560. pag. 269. & ſeq. quæ videntur Auctoris ix. ſeculi. In Rituali M. S. *Cencij Camer.* circa an. 1190. *in Luitprando* in vita Stephani IV. (ſi is eſt, qui Vitas Pontificum ſcripſit, quod non probatur *D. Holſtenio noſtro* in ſuis nuperis adnot. ad Geogr. Caroli à S. Paulo pag. 1. & *Correctori* eiuſd. Luitprandi Moguntij impreſſi) & in alijs huiuſmodi Scriptoribus, ex quibus notabis Antiquiorē iſtorū *Priorem Epiſcoporum* vocatum ex *Cenc. Camer.* eoſque Pluuialibus ſemper indutos. Vide etiam *Mandoſ.* in gloſ. facult. Regent. §. conſiderantes. *Cohell.* in notit. Card. c. 5. *Hurtad.* de reſid. 10. 1. lib. 2. reſ. 7. n. 1. *Carol. a S. Paulo* in ſua Geogr. Sac. Ital. lib. 2. n. 8. p. 35. *Abb. Cast.* in vita Gelaſij II. pag. 14.

In horum ſeptem Epiſcoporum Cardinalium mentionem primò incidimus ſub Stephano IV. anno 769. apud Anaſtaſium in eius vita, & Baronium anno prædicto. Licèt Petrus de Natalibus in ſuo *Catalogo Sanctorum* ad Simplicium Pontificem anno 468. & Caſalius ad Honorium II. anno 1125. per longam temporum intercapedinem contrarij, initium perperàm rèferant, quibus aiunt, cœptũ hoc Cardinalium fuiſſe miniſterium; ſed communis ſententia ſub Stephano, vt diximus, aſſignat. Antelationem autem ceteris Epiſcopis hos Cardinales Epiſcopos habuiſſe poſt Gregorium VII. & Vrbanum Secundum notat Panuinius, & poſt eum Morinus.

Petr. de Natal. lib. 11. c. 5. de Simplicio: ſed iudicio meo deceptus fuit ex ordinat. 28 Presbyterorum Cardd. à præd. Pontifice pro Pœnitentiæ, & Baptiſmatis Sacramentis per Titulos diſtributorum nullum autem adſciuerat Epiſcopum Card. ſibi cooperatorem, neque ex Pontificũ Biographis id aſſeruiſſe quempiam meminimus; non rectè etiam *Caſal.* de Veter. Sacr. Chriſt. Rit. c. 81. ad Honorij II. retulit Pontificatum nulli nixus Authori.

Panuin. de Epiſc. & Titul. Cardd. pag. mihi 66. *Morin.* de Sacr. Ordin. p. 3. exerc. 16. c. 3. nu. 19. cum ſeqq.

Sed à Caliſto II. vſque ad hæc tempora ſex tantùm numerantur Cardinales Epiſcopi poſt SS. Rufinæ, & Secundæ Cathedræ ſuppreſſionem; hic enim Portuenſi illam vniuit Eccleſiam, vt ex Illeſca, & Panuinio, & ceteris Scriptoribus omnibus compertum eſt; ſcilicet Oſtienſis, Portuenſis, Sabinus, Albanus, Præneſtinus, Tuſculanus. Non tamen vt ignotum me fugit, quòd aliquando inter ſeptem Tiburtinus, Nepeſinus, Sutrinus, Labicanus, & Hortanus fuerint adſciti: & ſupra de Tiburtino diximus. Ignoro nihilominùs, quo hauſerit fonte Amicus olim noſter D. Conſtantinus Caetanus, dum aſſeruit, Romanos Pontifices ex varijs Italiæ Epiſcopatibus hos Epiſcopos Comminiſtros euocaſſe, vt ſibi deſeruirent operantibus, & Archiepiſcopum Piſanum, Epiſcopos Papienſem, & Mutinenſem in hoc

Illeſc. in hiſt. Pontif. in Eugenio II. *Panuin.*

Vt in Chron. *Caſſ.* l. 4. c. 37. notat *Abb. Ang. de Nuce* n. 1728. & *Vghell.* tom. 1. Ital. Sacr. in Epiſc. Portuen & in Epiſc. Hortan. in Epiſc. Rodulpho.

Caetanus in d. Comment. in vitam Gelaſij II. num. 19. *Azor.* l. 4. p. 2. c. 1. §. Sextò quæritur.

hoc albo deſcripſit. Rarò, aut nuſquā ſiquidem legimus vſque ad Paſchalis II. & Innocentij II. tempora Epiſcopos ad Cardinalium munus euectos, & ſeculis aliquot poſterioribus euectos Eccleſias, quibus præerant, non dimiſiſſe, (1) illæ etenim ſtatim vacabant: Et licèt idem annuiſſe videtur (2) Panuinius, dum ob diuerſas cauſas hoc eueniſſe affirmat, omiſit has explicare, & multæ aderant; cum tunc Romana Eccleſia fuerit per quinquaginta ferè annos ſub Henricis IV. & V. Imperatoribus, ita ſæuis, luctuoſiſque agitata procellis, & ſchiſmatibus lacerata, vt loco vix conſiſtere liceret Romanis Pontificibus; vnde nil mirum, ſi alij in illud adſciti fuerint miniſterium, nunquam tamen vt Cardinales Epiſcopi Lateranenſes, ſed vt hodie Epiſcopi, qui Aſſiſtentes nuncupantur. Ipſi enim Epiſcopi Cardinales ſemper ſub prædictis Pontificibus creati inueniuntur apud Ciacconium in eorum Vitis, & ſemper ex ijs, qui proximioribus Vrbis Epiſcopatibus præerant, &, vt idem Panuinius (3) ait, *Ex circumuicinis Ciuitatibus aſſignati*. Caetanum errantem ſequutus nuper fuit noſter Suareſius Epiſcopus Vaſionenſis accuratiſſimus in ſua Præneſti.

(1) Vide *Carem. Rom*, lib. 1. c. de ſecundo Conſiſt. & forma pronunc. Card. ibi *N. Epiſcopum Firmanum abſoluimus a vinculo, quo tenebatur Eccleſiæ ſuæ &c. ipſum aſſumimus in S. R. E. Presbyterum Cardinalem*. Vide etiam *Zerol*. in Praxi verbo Epiſcopi q. 15. p. 1. & *Santar*. Var. q. 2. n. 5. & 11. qui ceteros referunt, pronantes, tum non fuiſſe conſuetum; quòd Epiſcopi eligerentur Cardinales tum quod haberentur hæc duo velut incompatibilia: quibus adde *D. Fagnan* in c. Bonæ memoriæ de poſtulat. Prælat. fusè, & erud te.

(2) *Panuin* de Epiſcop Tit. & Diaconijs Cardinalium p. 67

(3) *Panuin*. loc. cit. pag. 57.

Suar. in Præneſt. lib. 2. c. 10. pag. mihi 191.

Hæc hiſtoricè dicta ſunto. Cum autem ad controuerſa, & polemica deueniendum ſit, duabus vtemur inſpectionibus. Prima, in quā de Presbyteris Cardinalibus res erit, qui Titulis tantùm Cardinalitijs contenti, Dignitatis tamen prioritate vnam ex VI. Eccleſijs Epiſcopalibus, iure optionis (vt hodiè fit) adipiſcuntur: An ſcilicet id ritè, iurèque poſſint, nulla adhibita Pontificis diſpenſatione. Sc-

Secunda, in qua de ijs Cardinalibus ſermo verſabitur, qui aliam Cathedralem iam ſibi deſponderant, ſed prioritatis prærogatiua vnam ex ijs VI. ſuperinducere cupiunt: An his liceat, & quibus fundamentis antiqua, recentiaque de hoc nitantur exempla.

Primam controuerſiam faciliores excipiunt obiectiones; vt autem illam hiſtoricis magis reddamus comptam ornamentis, difficultatem excitabimus ex primogenia Titulorum in Vrbe natura. Vulgata quippe eſt Anaſtaſij Cardinalis S. Marcelli à Leone IV. cum Romana Synodo priuatio (de qua inter Decretales eſt *c.2. de cleric. non reſid.*) adeo ſiquidem obſtricti illorum vinculo detinebantur Cardinales, vt per modicum tantùm temporis ab ijs abeſſe permittebantur. Hincque conijci ratio poteſt, cur Sedis Apoſtolicæ Apocriſarij ad Imperatores munus Diaconibus tantùm Cardinalibus, & Palatinis, non Regionarijs, imponebatur, niſi operis aliquid, non ad Diaconatus Ordinem ſpectans, exequendum imponeretur, vt à Conſtantino Papa ad Epiſcopos, vi adactos ad hæreſim, Eccleſiæ reconciliandos, ad quod Michaelem Presbyterum Cardinalem Apocriſarium deſtinauit anno 713. ex Theophane, & Baronio in dicto anno. Ne ſcilicet proprios (ſi Presbyteri fuiſſent Cardinales) relinquerent Titulos adeo hoc religiosè colebant: & hoc modo verba Hincmari Rhemenſis ſunt intelligenda. Is enim cum de origine Apocriſariorum coniecturam expoſuiſſet, exordiumque illorum Conſtantini temporibus conſignaſ-

Baron. tom. 7. an. 583. ſub Pelagij anno ſexto.

Hinc. Rhemen. epiſt. ad Procer. Regni nu. 13. & 14.

ſignaſſet; ex quo, ait, *Locum & Sedem ſuam*, vrbem ſcilicet Romanam, Papæ Syluestro, edicto Priuilegij tradidiſſet &c. ſubdit. *Aliquando per Epiſcopos, aliquando verò per Diaconos Apoſtolica Sedes hoc officio fungebatur.*

Cumque ante Alexandri V. & Gregorij XII. tempora, & ſchiſma tam diuturnum & lugubre, Titulos non licuiſſet mutare, ſicut neque Cardinales (1) poterant Epiſcopatus; nil mirum, ſi in caſu propoſito, prima facie permittendum non videbatur, Titulum dimittere, & ad Epiſcopale coniugium conuolare. At Morinus (2) obſeruat ex Ciacconio ab anno 1400. ſub Bonifacio IX. id innouatum fuiſſe.

Attamen nulla Eccleſiarum polygamia hic agnoſci poteſt, cum Titulum, & Epiſcopatum non coniungebant. Hincque prima noſtræ diſceptationis inſpectio pede inoffeſo procedit, & in facto eã amplecti poſſumus, ſicut ex D. Gregorio, (3) aliorumq; Pontificũ epiſtolis confirmatur, & hodie nulla difficultate experimur.

Nodus tamen in hac Theſi difficilior nobis expediendus ſupereſt, cum inde à naſcentis huius Lateranenſium Cardinalium ad VII. has Eccleſias deſtinationis exordio animaduertere facilè poſſimus, ipſos dimiſſis Titulis, nihilominus nunquam ferè præſentes illas coluiſſe Eccleſias, quibus deſpondebantur.

Expendamus, ſi placet, nunc tantùm Oſtienſium Epiſcoporum exempla, & certè ex eorum vitis arguere facilè, certòque poterimus, ferè ſemper à proprijs Diœceſibus abfuiſſe.

Siquidem horum aliqui fuerũt Vicarii Papæ

F in

(1) *Panuin.* in Epiſc. Sabinen. pag. 8. ann. 1409. *Contil.* in ſuo Elencho pag. 150, & 173 de Petro Card. S. Angeli. Vnde *Vghell.* to. 1. Ital Sac. in Epiſc. Sabinen. in Iordano Card. Vrſino Epiſc. ſſ. illum, ait, ſub Eugenio IV. dimiſſo Albanen. Epiſcopatu conuolaſſe ad Sabinen. ann. 1431. *peſſimo exemplo, cum non adhuc Sena ut mores admiſiſſent, vt qui ſemel vnus è ſex, qui perſiſtunt Pōtifici. fuiſſet eiſdem, ad alium Epiſcopatum tranſiret: ex eo autem vſu receptum eſt, vt qui priores veniſſent ad purpuram, ſibi illud munus Epiſcopatus deligerent, quod in alicuius deceſſu contigiſſet vacare.* Hæc ille; hincque videtur agnoſcere initium opționis noſtræ.

(2) *Morin.* de Sac. Ordin. p. 3. exerc. 16. de Archid. cap 3. nu. 22. *Ciacc.* in Alex. V.

(3) Huic fauet argumento praxis S. Gregor. quæ à Ioan. Diac. in eius vita lib. 7. c. 3. depromitur. *Is enim, ſi quando neceſſitas ordinandi Sacerdotes obrepſit* (idest Epiſcopos) *neque Cardinales Eccleſia ſua, neque Monachos Monaſterij ſui penitus excuſauit, quo minus illis Eccleſiam regendam committeret.* Multaque refert ex regiſtro Epiſcoporum exempla, qui, relictis Titulis proprijs, Cathedralibus perpetuò hærebant. Idque ſubſequentibus ſeruatum ſeculis, vt dignoſci poteſt, ex epiſt. *Friderici I. ad Adrianum IV.* quam refert *Goldaſt.* tom. 3. Conſtit. Imper. an. 1159. pro filio Comitis Blandraten. vt ad Eccleſiam Rauennatem ex Presbytero S. R. E. Titulo relicto, promoueretur. Et prius idem legimus vſu receptum ſub *Innoc. II.* in *F. Balduino*, & *Rodulpho* Cardinalibus ad Piſanam, & Hortanam Eccleſias euectis, & alias frequenter.

Digitized by Google

in Vrbe, vt Conradus Cardinalis (fuit tamen hic Sabinenſis) & S.R.E. Bibliothecarii, Sũmi Pontificis Viceccancellarii, Vrbis Moderatores &c. Idemque in aliorum VI. Epiſcoporum ſerie cōſpicitur apud eumdem V.ghellium, & Panuinium. Præter tempora, quibus Summi Pontifices Auenione commorabãtur: tunc enim & harum Eccleſiarum Cardinales Epiſcopi deligebantur, & nunquam in iis permanebant, ex quibus de eorum conſiſtentia in propriis Eccleſiis nulla poteſt erui coniectura.

Hoc inſuper robur mutuari poteſt à duabus S. M. Vrbani VIII. Conſtitutionibus: prima, quæ eſt LX. in ordine, qua ſtatuit, Cardinalibus, indulto conferendi Beneficia, vti non licere, niſi in Eccleſia, quam (dimiſſa alia) poſtremò adoptauerant: Excepit autem hos VI. Epiſcopos Cardinales. Hi enim licèt horum vnum cum priori retineant Epiſcopatum, in vtroque tamen hac frui poterunt libertate conferendi, nec alia talis conceſſionis ratio reddi poterit, niſi quia preſsè, & propriè vt Cathedrales de per ſe exiſtentes non agnoſcantur.

Secunda eſt in ordine 139. *ſuper reſid. Epiſcop.* §. 17. In quo eximuntur hi VI. Epiſcopi à decreto, & obligatione reſidendi; iubeturque, vt ſi aliam habeant, in illa, non in Suburbica Eccleſia morari debeant; aliàs iiſdem ſubiaceant pœnis, quibus ſi non reſiderent, deuincirentur. En manifeſtè hinc deprehendi valet, Eccleſias haſce non exigere ſibi hærentes Epiſcopos.

Ceterum ſi animum ad communem Scriben-

bentium opinionem vertamus, ſi ad Sacræ
Tridentinæ Synodus decretum nulli dubium
eſſe poteſt, quin Epiſcopi, ceterique anima-
rum Curatores ex præcepto diuino propria-
rum vultus ouium agnoſcendi, illaſque ver-
bo, & exemplo, quibus præſunt, iuuandi,
corrigendi, excitandi arctiſſimo vinculo te-
neantur obſtricti, quod expreſsè Cardinalibus
ibidem iniunctum legimus ab eodem ſacro
Concilio. Vnde rationes inueſtigare ſupereſt,
quibus, & conſuetudo perpetuæ abſentiæ, &
Pontificia nitatur indulgentia, præter Sacra-
rum Conſtitutionum fundamentum.

Seſſ. 23. cap. 1.

Dicet forſan aliquis, hos noſtros Epiſcopos
nomine tantùm perfrui, non Epiſcopali obſtrin-
gi munere; ex hiſtorijs ſiquidem Eccleſiaſticis,
vt antiquiſſimum habemus inſtitutum, Epiſco-
pos aliquando electos fuiſſe, vt dignitate à cete-
ris Presbyteris ſeiungerentur, & cum occaſio
tandem tuliſſet, tunc manus mittebant ad ara-
trum. Hincque munus ab exercitio ſecerni
poſſe videtur; ſic à Romanæ Eccleſiæ incuna-
bulis, vt Sancto Epiphanio placuit: *Linus, &
Cletus Epiſcopi inſtituti à D. Petro, cum ipſe prædi-
candi cum Paulo Euangelij cauſa in alias regiones, &
vrbes profectionem ſuſciperet. Carere namque Epi-
ſcopo Roma non poterat*: quod & Petauius, &
Sauſſay, & ante eos Torres ab eodem exſcrip-
ſerunt authore; & in actis S. Iacobi Apoſtoli,
quæ legit Eccleſia, habemus in Hiſpania plures
ad Chriſti fidem conuertiſſe, ex quorum nume-
ro S. Petrus ſeptem ordinauit, direxitque pri-
mos in Prouinciam illam Epiſcopos. Et tamen,

Epiphan. l. 1. adu. hæreſ. to. 2. hæreſ. 27.

Petau. de Eccleſ. Hierar. l. 1. c. 10. nn. 1. & 2. *Sauſ.* in Panopl. Epiſc. l. 5. pag. 348. *Torres* de Commendat. p. 3. impreſ. Venet. 1562.

Baron. in Not. ad Martyr. rol. die 25. Iulij.

vt aduertit Baronius, S. Iacobus ſuis tantùm contribulibus Euangelium tunc prædicauerat, non autem Gentibus, nec aliquam in illa Prouincia fundauerat Eccleſiam. Sic à Gregorio II. S. Bonifacius ad Francos miſſus tali ornatus dignitate, & poſt multos annos Moguntinæ Eccleſiæ deſponſatus, de quo vide (1) Albonum Floriacenſem, & noſtrum P. Lupum. De qua etiam re noſtri meminerunt Theologi (2) Vaſquez, Suarez, Gerondius, Azorius, Diana, Fileſacius, & (3) Canoniſtæ pariter, Oſtienſis, Abbas, & Dartes eruditè. Sic tandem (4) Sozomenus inquit: *Creabantur Epiſcopi non vrbis alicuius, ſed honoris cauſa*, ita vt & ἀπολύ dici poſſint, & nulli certæ ſedi addicti.

(1) *Alb. Floria.* in Greg. II. *Lupus* in Not. ad Chalced. Synod. p. 1. pag. 539.

(2) *Vaſq.* in 3. p. to. 3. diſp. 241. c. 1. nu. 8. *Suar.* tom. 3. de Relig. l. 1. c. 16. nu. 9. late de legib. l. 4. c. 4. à nu. 21. *Geron.* de Epiſc. l. 1. diſp 1. c. 8. *Azor.* to. 2. l. 3. c. 29. qu. 3. *Dian.* p. 12. reſ. 76. *Fileſ.* de ſac. Epiſc. auth. §. 3. c. 10.

(3) *Oſtien.* & *Abb.* in cap. Inter corporalia de tranſ. Epiſc. *Dart.* in ſuo opere Canon. cap. de Stat. Eccl. tempor. Apoſtol. c. 13. & 18 & in alio de Ordin. & Dignit. Eccleſ. l. 1. c. 12. vbi multa congerit in rem noſtram.

(4) *Sozom.* l. 6. c. 34. de Monachis Prouinciæ Oſrhoenæ.

At quis non videt, quòd licèt hi non actu, & eodem tempore, quo promouebantur, certæ deſtinabantur Eccleſiæ, aut populo, mox tamen ijs imponendi erant. Noſtri verò iam habent deſignatam, & traditam ſponſam, cum qua habitare cogendi eſſent, & nihilominùs ad id non adiguntur.

Hinc multò minùs dici potuerunt Titulares Epiſcopi (non loquor de ijs, quos Synodus Cabilonenſis ſub Carolo Magno (5) *Scotos* vocat, & Fileſacius *Errones*) ſed de ijs, (6) qui ad certam ſedem eliguntur, pergere tamen nequeunt, quia vel Gentilium, vel Turcarum furor, & odium inde illos deturbarent, depellerentque. Hos autem Noſtros, nec inſidiæ inimicorum, nec viarum longinquitas arcent ab officio, vel deterrent. Vnde cum Titulo munus, & Paſtoralem præſentiam iungendo non excuſantur.

(5) *Synod. Cabilon.* cap. 37. *Fileſac.* de Orig. Paræc. c. 3.

(6) Vide de iſtis Titulo tenus Epiſcopis *Eminentiſſimum Pallauic.* in ſua hiſtor. Conc. Trid. lib. 20. c. 16. à nu. 10. *Ricciul.* in lucubrat. Eccl. lib. 2. c. 5. *Dian.* p. 12. reſ. 76.

Pro

Pro ſolutione igitur difficultatis oppoſitæ, cur ſcilicet non reſideant vnquam; communis DD. aſſertio affirmat, id eueniſſe ob harum Eccleſiarum ad Romanam Vrbem, Baſilicamque Lateranenſem proximitatem. Ita (1) Rodulphus Cupers in lucubratione, quam Alexandro Cardinali Farneſio, Epiſcopo Oſtienſi, & ſimul S.R.E. Vicecancellario nuncupauit, licèt poſtea alias referat cauſas, non tamen ſolidas, vt videbimus, & firmis innixas fundamentis. (2) Ita Azorius (3) Santarellus (4) Gerunda, & alij communiter (5)

Alij penes (6) Hurtadum opinantur, quòd hi ſex Epiſcopi habent iuriſdictionem tantùm delegatam à Papa, & is Ordinariam in prędictis Eccleſijs, & inde ille cenſetur reſidere; quamobrem cum Cardinales Vicarijs proprijs delegatam eorum iuriſdictionem ſubdelegent, nil mirum, ſi à reſidentiæ excuſentur prœcepto. Cui fauere videntur verba Decreti S. M. Vrbani VIII. (quod in calce addendum duximus) quibus curam harum ſex Eccleſiarum Summi Pontificis Vicario, abſentibus eorum Epiſcopis, aſſerit commendatam. Hæc tamen non illi arridet ſententia, propriamq; exponens ait, hoc ex vſu, & Romani Pontificis fluere diſpenſatione, quia ſunt Papæ Aſſiſtentes, & velati ſeptem oculi ſuper lapidem vnum, vt dixit S. Petrus Damianus loc. cit. quare priuilegium, vel immemorialis conſuetudo perſonaliter non reſidendi hiſce aſſiſtit Cardinalibus. Declararunt ſiquidem facto ipſo antiquiores Pontifices horum Cardinalium Epiſcoporum in Romana

Curia

(1) *Rod. Cupers* in relect. cap. Oportebat. 79 diſt. art. 2. ſub tit. *Epiſcopi Cardinales quomodo &c.* à nu. 41. & 42. & pag. 268. nu. 32.

(2) *Azor.* tom. 2. lib. 4 c. 1. & lib. 7. & c. 3 ver. 7 *quaeritur*, vbi aſſerit, *quod Epiſcopi ipſi cum Vrbi finitimi eſſent, ob negotia Rom Curiam frequentare conſueuerant, & ſoli pracæteris tamquam Summo Pontifici, & Vrbis Archiepiſcopo ſubiecti, & ſuffraganei. Vnde factum eſt, vt Card. Epiſc. ante Leonis IX. tempora cæperint nominari, hoc eſt principales, & primarij Epiſcopi.* Ita ille, & vt *Baron.* in d. anno 769 circa finem litt. E. loquitur. *Quę proximos Vrbie habentes Epiſcopatus, aſſiſterent Pontifici eidem S. R. E. annexi Cardini.*

(3) *Santarell.* var. q. 2. n. 5. vbi tamen ait, Cardd prædictos non excuſari a reſidentia ob hanc cauſam, ſed benè ex illa deſumi poſſe fundamentum a Pontifice diſpenſandi, & ſic hanc diſpenſationem præxequiri.

(4) *Gerunda* de Epiſc. tom. 2. lib. 7. diſp. 12. c. 1. nu. 3.

(5) *Lotter.* de re benef. lib. 2. q. 35 nu. 17 ibi. *Sunt enim omnes prædicti Epiſcopat Cardin. intra quadrageſimum lapidem ab Vrbe.*

(6) *Hurtad.* de Reſid. tr. 1. l. 2. ſel. 7. num. 19.

Curia aſſiſtentiam eſſe in euidentem Eccleſiæ Lateranenſis (quæ eſt Mater , & vertex omnium Eccleſiarum) vtilitatem, *vtpote ad eius eximiam grauitatem expedienter repræſentandam* ; Ita ipſe . Vnde videtur aſſerere, in caſu noſtro vnam militare ex cauſis diſpenſandi à Sacro Concilio Tridentino ibi expreſſam , euidentem ſcilicet Eccleſiæ vtilitatem . Imo ad euincendum, quòd non tantùm facto , ſed inſuper eorum decretis per centum , & ampliùs annos Romani Pontifices huic addidere conſuetudini robur,refert ibidem n. 5. Paulum III. die 18. Februarij 1547. Pium V. anno 1568. per oraculum , Cardinali Alexandro Farneſio (qui vt vidimus erat S. R. E. Vicecancellarius , & Oſtienſis Epiſcopus) declaraſſe,iſtos ſex Epiſcopatus , qui prope Vrbem, & Suburbani ſunt, non inducere reſidendi neceſſitatem,imo neque incompatibilitatem cum alijs .

Seſſ. 23. cap. 1.

Addendum inſuper eſt Clementis VIII. reſponſum ad quartam glorioſæ memoriæ Cardinalis Bellarmini dubitationem (quod habetur inter huius epiſtolas nuper impreſſas in fine, & in eiuſdem Vita à P. Fuligatto euulgata) quo aſſerit, aliàs de hoc dubitatum poſt Concilij Tridentini decretum, ſed nihil innouatum, neque ipſum ait innouare voluiſſe, iuſtas ſupponendo rationes adeſſe. Et tandem Vrbani VIII. S.M. die 28. Nouembris 1633. quæ omnia oracula, & decreta, ad maiorem rei euidentiam, in calce huius diſſertationis exſcripta reperientur.

Cupers loc. cit. nu. 41.

Alij , & idem Cupers aiunt ceſſare difficulta-

cultatem; huiuſmodi enim Epiſcopatus habentur vt vniti, & incorporati Cardinalatibus, ad quos gradatim illi Cardinales aſcendunt, qui Papæ diuturniori tempore in Presbyterali Ordine ſeruierunt. Cauſas autem vnionis tres aſſignant, videlicet ex Canonum Decretis, ex temporum perturbatione, ex Eccleſiarum paupertate, & proximitate; & ideo concludunt, potuiſſe Pontifices vnire Cathedralem Canonicatui vniuerſalis Eccleſiæ, vt eſt Cardinalatus: quamobrem ipſius vnionis ratione Cardinalis Epiſcopus debet loco inſigniori reſidere, qui eſt Baſilica Lateranenſis.

Alij tandem cum Caietano (cuius infra latiùs examinanda erit doctrina) deſumunt hanc praxim non reſidendi ex conditione perſonæ, cum tales ſint hi Cardinales, quòd meliùs, vel ſaltem æquè bene gregem paſcere (licèt abſentes) valeant. Et ob hanc cauſam, ait ipſe, *ſex Epiſcopi vicini Romanæ Eccleſiæ habent Romæ reſidentiam, & ſunt Epiſcopatus Cardinales.* Caiet. 2. 2. q. 185. ar. 5.

Inter diuerſas huiuſmodi ſententias, vt meam proferam, (quæ communi hæret, vicinitatis ſcilicet, & Cathedralium proximitatis) pro ſolidiori fundamento mihi aliqua haurienda erunt ex fontibus Theologicis.

Et primò in materia Paſtoralis reſidentiæ duplicem conſiderari poſſe præſentiam. Phyſicam, ſeu corporalem vnam: moralem, & interpretatiuam alteram. Per primam præſens ille propriè dicitur, cuius eſſentia ſenſui præſentatur, & ſic præſens eſt præſentibus, vt optimè tradit D. Thomas & iuxta hanc exceptionem D. Tho. p. 1. qu. 8. ar. 3. in corp. & ad 2.

nem Epiſcopus dicitur præſens, & reſidens in loco illo, vbi conſpicitur, ſiue ſit Ciuitas ipſa, ſiue aliquod ſuæ Diœceſis Oppidum; debet enim diſcurrere, quod eſt propriè ἐπισκοπεῖν, ideſt *inſpicere*. Secundùm alteram moralem, Epiſcopus dicitur præſens etiam illi Diœceſis parti, cui tunc temporis actu non inſiſtit, &, vt loquitur D. Thomas, dicitur præſens intellectui, non ſenſui ſuarum ouium; *Sicut Rex*, ait ipſe, *licèt non ſit niſi in vno loco, dicitur tamen eſſe in toto Regno per ſuam potentiam; & in aliqua domo dicuntur eſſe præſentia aliqua alicui, qui tamen non eſt ſecundùm ſubſtantiam in aliqua parte domus*. Quod eleganter exprimit S. Leo ad Anaſtaſium Epiſcopum Theſſalonicenſem; quando ait: *Et longinquis à Nobis Prouincijs præſentiam quodammodo Noſtræ viſitationis impenderes*. Hic enim vices Romani Pontificis per Illyricum, & Epirum ſuſtinebat; & ille per hunc præſens ferè adeſſe videbatur. Et hoc modo intelligendus eſt S. Hieronymus, quòd ſcilicet Sanctus Ioannes Euangeliſta totas Aſiæ fundauit, rexitque Eccleſias, per præſentiam videlicet moralem reſpectu illarum, quibus non aderat.

S. Hieron. l. 1. con. Iouin. & Comm. in cap. 20. Matth.

Secundò præintelligendæ ſunt magiſtrales doctrinæ, & diſtinctiones Caietani, quòd ſcilicet reſidentiæ præceptum, quia affirmatiuum, vt ſic, ſemper, ſed non ad ſemper obliget; attamen cùm ſit alligatum debito vigilandi ſuper gregem, illumque paſcendi, ex frequentia iſtorum actuum, & præparatione ad illos continuam exigeret applicationem, & ſic reſidentiam; nihilominùs ex eo, quod, vt diximus, eſt affir-

Caiet. loc. cit. 2. 2 qu. 185. ar. 5. & in eius trac. de Reſid. impreſ. cum alijs eiuſdem argumẽti Venetijs 1562

affirmatiuum, reſpectu loci habet materiã mutabilitati ſubiectam, & ideò contingere, vt abſque violatione præcepti Epiſcopus aliquando non reſideat. Scio, hanc theoricam Caietani à Catharino derideri, quaſi contradicentem ſibi, quòd videlicet præceptum hoc obliget ſemper, & non obliget ſemper; tamen vt ſolidam, & rectè explicabilem libenter amplectimur.

Cathar. In fine ſui Opuſculi de Reſid.

Nec tandem prætermittendam duximus communem Scribentium aſſertionem, quòd ſcilicet, vt Epiſcopi tuta non reſideant conſcientia vltra permiſſum tempus à Concilio, duo prærequirantur, & diſpenſatio Summi Pontificis, & cauſa ad diſpenſandum (quæ à Tridentino exprimitur loc. cit.) ſicut duplex etiam eſt vinculum, quo ligantur, & præcepti diuini, vt diximus, & iuris poſitiui, quo Epiſcopi non reſidentes pœna impoſita plectuntur.

His autem præcognitis: Dico primo; Sex Epiſcopos Cardinales abſque aliquo ſcrupulo poſſe in Vrbe, & pro Summi Pontificis ſeruitio commorari.

Secundò. Non tamen adeò ſuarum Eccleſiarum oblitos, quin per ſeipſos teneantur, ex Sacrorum Canonum, & Tridentini Conſtitutionum præſcripto, ſuarum ouium aliquando neceſſitates audire, vultuſque cognoſcere, & ij, qui Suffraganeos non habent, propria dignitatis Epiſcopalis, Ordinis ſcilicet, & Confirmationis, Sacramenta miniſtrare.

Primum Aſſertionis enunciatum eſt commune, ſicut, & ratio communiter aſſigna-

G tur

tur proximitatis ad Vrbem; vt enim ex primo ſuppoſito deduci poteſt, ſunt Eccleſiæ prædictæ intrà ſphæram moralis reſidentiæ, & actiuitatis iuxta exempla ab Angelico Doctore conſiderata, quæ etiam ſufficientem præſtitiſſe Romanis Pontificibus cauſam videntur cum dictis Epiſcopis Cardinalibus diſpenſandi. Ad quod notabilis eſt epiſtola 603. Honorii Tertii apud Vghellum ad Nicolaum de Claromonte. *Etſi de vniuerſis fratribus, & Coepiſcopis noſtris curam, & ſollicitudinem gerere teneamur, & eorum commoda, quantum commodè poſſimus, releuare ſpiritualiter, tamen circa illos, qui locum in Eccleſia Romana ſortiti, Nobiſcũ ſuſcipere ſollicitudinis onera iugiter patiuntur, exuberare debet Noſtræ charitatis affectus, quatenus ſentientes honorem ex onere, ac ad exemplar Ordinum Supernorum quantò viciniùs Nobis aſſiſtere meruerunt, tantò ampliùs in noſtra mutuò ferueant charitate. Hinc eſt, Venerabilis Frater, quod cum Tuſculanus Epiſcopatus habitaculum in Vrbe non habuerit hactenus opportunum; Nos volẽtes tam tuis, quam Succeſſorum tuorum incommoditatibus, quæ ex hoc prouenire poterunt, obuiare, Eccleſiam S. Mariæ in Monaſterio, de conſilio Fratrum noſtrorum Epiſcopatui tuo iure concedimus: authoritate præſentium ſtatuentes, vt Eccleſiam ſupradictam cum perſonis, & omnibus bonis ſuis Tibi, ac Succeſſoribus tuis ea lege ſubiaceat; qua alijs fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus ſuæ noſcuntur Eccleſiæ ſubiacere, &c. Datum Viterbij 13. Kal. Decembris, &c.* Ex qua non tantùm Pontificiæ in hoc diſpenſationis antiquum percipimus exemplum; ſed ipſius cauſam iuſtam agnoſcimus, & commorãdi in Vrbe exhibitam opportunitatẽ.

Vghell. to. 1. Ital. Sac. in Epiſc. Tuſc. num. 16.

Pro

Pro cuius confirmatione mecum ipſe reputabam, quòd cum in Sacra Tridentina Synodo hæc reſidentiæ materia exactiſſimè agitata fuerit inter doctiſſimos Patres (vt Eminentiſſimus Dominus Cardinalis Pallauicinus, noſtri decus Collegij, nuper expoſuit) & Cardinalibus præſertim iniuncta, nihil de ſex hiſce Cardinalibus Epiſcopis innouatum, aut in poſterùm coercita diſpenſatio fuerit; vt optimè aduertit Sanctiſſimus Pontifex Clemens VIII. in quarto, vt diximus, reſponſo ad dubia piæ memoriæ Cardinalis Bellarmini. Neque ſimile vero videtur, tot Pontifices zelo Eccleſiaſticæ diſciplinæ repletos, ſimulque ſapientia, doctrinaque excultos per tot ſecula, quibus locum hic vſus obtinuit; id permiſiſſe, quod Sacris Conſtitutionibus, & diuino, eò fortiùs, contrairet præcepto.

Card. Pallau. in Hiſt. Conc. Trid. lib. 21. cap. 11.

Secundum noſtræ Aſſertionis membrum non fuit ab alijs, quos viderim ſaltem explicitè ponderatum. Innuitur ſolum à Torres. ibi: *Sex Epiſcopos Cardinales ſemper excipio, qui propter vicinitatem Eccleſiarum in miniſterio Cardinalatus perpetuò eſſe poſſunt ſimul, & ab Eccleſijs ſuis non abeſſe.* Innuitur etiam à Santarello, & quamuis ſimpliciter loquatur de cunctis Cardinalibus, qui proximas, & ſuburbicas habent Diœceſes: tamen ratio, cui nititur, etiam hos noſtros ſex Epiſcopos fortiùs comprehendit, ibi: *Et crebrò viſitare eas poſſunt, & ſic excuſantur, ſi Romæ commorentur.*

Torres in tract. de Commendat. perpet. in princ. §. præterea.

Santar. loc. cit. num. 5.

Quod mihi neceſſarium ſanè videtur ad ſedandas conſcientias, eò fortiùs, quia benè coniungi poteſt cum Pontificis obſequio, & ſerui-

tio Lateranenſis Eccleſiæ, ob ſæpius memoratam proximitatẽ & propriarum cultum Diœceſum; & quæ in Præcognoſcendis diximus, apprimè id confirmant. Sicut enim & Paterfamilias, & Rex non laudandi erunt, nec excuſandi, ſi & corporaliter ille domeſticas officinas, hic aliquando Regni Prouincias etiam remotiores non inuiſant, licet moraliter, ſicut aduertebamus, vt præſentes habeantur; quomodo Epiſcopus immunis ab hoc exiſtimandus, qui frequenter, quantùm fieri poterit, oneri à Domino ſibi credito non ſatisfaciat? & rectè Sotus admonet cum dicat: *Si quis Diœceſim proximam haberet Romæ, quam crebrò viſitare poſſet, forſitan ſuam poſſet excuſare abſentiam; hac namq; ratione, vt aiunt, permittuntur ſex Epiſcopatus Romæ circumiacentes Cardinalibus eſſe mancipati*. Quod etiam inculcat Torres.

Sot. in d. art. 5. de Reſiden.

Torr. d. tract. de Commẽd. perpet. circà principium; & pag. mihi 108. impreſ. Venet. 1562.

Neque idcircò audiendi ſunt Oſtienſis & Martinus Laudenſis, dum aſſerunt, iſtos ſex Epiſcopos, ex eo, quòd aſſiſtunt Pontifici, & quilibet eorum habeat ſuum Vicarium, ſiue Vicedominum in ſua Eccleſia reſidentem cum adminiſtratione ſpiritualium, & temporalium, à prædicta obligatione excuſari. Loquuntur enim iuxta illorum temporum corruptelam, in quibus Eccleſiarum cura, perſonaliſque inſiſtentia magnopere contemnebatur: cui præſertim malo Sacrum Concilium Tridentinum remedium adhibere coactum fuit. Nimis enim vrgent SS. Patrum, Conciliorumque doctrinæ, & Conſtitutiones, vt vidimus in ſecundo ſuppoſito, quæ laqueum, ſolutu difficilem, animabus

Oſtien. in cap. Examinata de confirm. vtil. vel inut. *Mart. Lauden.* de Cardinal. q. 88.

bus iniiciunt eorum, qui Paſtores, non mercenarij, verè fuerint, & dici voluerint; vt enim cum Synodo Romana ſub Leone Quarto loquar, *Abſentia Epiſcopi plerumque fit calamitas plebis*, quæ ſaltèm leniri valde viſitatione poterit.

Cap. 6. apud *Luitprand.* in eius vita, vbi de Concil Sardicen. diſpoſitione. *Baron.* to. 10. ann. ſeptimo d. Leonis, & *Anaſtaſ.* in Vita eiuſdem Leonis IV.

Idque multò magis hiſce temporibus locum ſibi vindicare debet, cum functiones, vt vocant, Eccleſiaſticæ Summorum Pontificum, quibus ſex Epiſcopi Cardinales adeſſe tenentur, rariores admodùm ſint, & à vicinis Diœceſibus regreſſuris non multùm afferre incommodi poterit hoc, cum reuertuntur.

Poſt hæc ſcripta S. D. N. Alexander VII. ſpiritu afflatus diuino in Conſiſtorio V. Id. Octobris, in quo ad Optionem admiſſi fuimus, Decreto ſanxit, vt omnes ſex Epiſcopi viſitare teneantur proprias ſuas Diœceſes, ad præſcriptum Sacrorum Canonum, & Concilij Tridentini: vnde iam legem habemus, nec aliter opinandi libertatem.

Hinc neque obſtare noſtræ Concluſioni videntur illæ, quæ ab alijs ſuprà allatis, rationes, aut potiùs effugia conſiderantur. Videlicet vnionis Epiſcopatuum ad Cardinalatum, & ex hoc nexu tutos eſſe, ſi in munere Cardinalatus Romæ commorentur: ex hac enim ratione potiùs hi ſex Cardinales Epiſcopi ſuis Cathedralibus adeſſe cogerentur, vtpote maioris Dignitatis, & Officij, quàm ſit Cardinalatus in his terminis Paſtoralis curæ; pro vt dicunt Doctores in eo qui obtinet Curatum beneficium cum Canonicatu, quòd debeat ſcilicet reſidere in Curato, quia animarum procuratio cete-

Gonzal. gloſs. 6. nu. 70. in reg. Canc. *Garz.* de benef. p. 12. cap. 2. nu. 40. vbi S. Cong. Concilij Declarationem refert. *Caſtropal.* p. 2. tr. 13. diſp. 5. punct. 2. n. 3. qui cæteros adducunt.

Digitized by Google

ceteris quibuſcunque Eccleſiaſticis muneribus, & officijs eſt præferenda, ex communi Scribentium ſententia.

Vel Iuriſdictionis à Summo Pontifice ſuper dictos Epiſcopatus, velut proprias Papæ Diœceſis partes, delegatio, vt apud Hurtadum remanente apud Summum Pontificem ordinaria. Nam certè nullum apparuit vnquam huius delegationis veſtigium in Bullis Pontificijs dictarum Eccleſiarum, aut apud Scriptores, & S. R. E. Chartophilacia.

Hurtad. loc. cit. rel. 7. n. 10.

Vel tandem eiuſdem Hurtadi aſſertionis ob euidentem ſcilicet Eccleſiæ Lateranenſis (quæ mater & vertex eſt omnium Eccleſiarum) vtilitatem; aliunde enim aſciſci poterat Dignitas huic Proto-Baſilicæ, abſque eo, quòd ceteris Cathedralibus præiudicium inferatur.

Vnde explicato primæ difficultatis nodo iuxta vtramque inſpectionem, ſupereſt de ſecunda deliberatio. In qua maiores mihi fiunt obuiæ reſolutionis anguſtiæ, adeò vt, dum illam euoluerem, accuratiùs, in ſalebra, vt aiunt, hæſerim factus mihimetipſi grauis. Non enim ſatis intelligebam, quomodò permittendum ſit Epiſcopis, primam habentibus ſponſam, alteram ex ſex iſtis (dignitatis tantùm antiquitate) ſuperinducere, licèt cum Pontificis diſpenſatione, cui ſuppetere, vt diximus, cauſæ debent, quibus, & concedentes, & obtinentes à formidine exſoluantur erroris. Hanc enim Eccleſiarum monogamiam cognitum ſatis eſt, ex Apoſtolica fluere traditione, vt Irenæus docet, ſancitamque varijs Conciliorum Conſtitu-

Iren. lib. 3 c. 3.

Vide *Petau.* de Eccleſiaſt. Hierarch. lib. 1. in ſua Theol. Dogm.

Nicen. 1. c 8. & 15. quod clariùs euincitur in eius edit. Arabica Chalced. cap. 6. vbi multa congerit *P. Lupus noster* tom. 1. ſuarum Notarum Conc. Cabilonen. ſub Vitaliano anno 665.

ſtitutionibus, & SS. PP. ſententijs, & demum Tridentinæ Synodus Decreto *ſeſſ. 7. c. 2.* ibi: *Cum valdè felix ſit ille cenſendus, cui vnam Eccleſiam benè, ac fructuosè, & cum animarum ſibi commiſſarum ſalute regere contigerit.*

Ambr. lib. de dignit. Sacerd. c. 5. tom. 4. in verba Apoſt. *Oportet Epiſcopum eſſe vnius vxoris virum* ait. *Si ad ſuperficiem tantum litera reſpiciamus prohibet bigamum Epiſcopum ordinari; ſi vero ad altiorem ſenſum conſcendimus, inhibet Epiſcopum duas vſurpare Eccleſias.* Idem dicit *Chriſoſt.* hom. 2. in epiſt. ad Tit. *Auguſtin.* de bono coniug. c. 18. *S. Leo* epiſt. 88. ad Afroſ. aliaque Patrũ teſtimonia congerit *Gratianus* cauſa 21. q. 1. & 2.

Ex aduerſo autem non tantùm antiquiora, & veluti rubigine obducta afferri poſſunt exempla, à XII. videlicet ſeculo vſque ad XV. ex hiſtorijs Eccleſiaſticis, ſed recentiora, & nuperrima etiam poſt Tridentinum Concilium. Vidimus hoc ſupra in Guidone SS. Lateranenſis, & Tiburtinæ Eccleſiarum Epiſcopo, ſi tanquam Lateranenſem vnam ex ſeptem tunc Eccleſiis Cathedralibus obtineret, & ſimul Tiburtinam ſub Innocentio II. ann. 1138. Itidem Alexander III. anno 1177. Abſaloni Epiſcopo Roſchildenſi alteram Lundenſem regendam impoſuit, & prius anno 1163. Conrado Cardinali Sabinenſi, quem (vt poſt alios nuper aduertit Donius) *Tribus ſimul raro, & inaudito hactenus exemplo*, inquit ille, *præfecit Eccleſijs*, *fortaſſe*, ait, *ex pia cauſa*: & circa annum 1185. ſub Lucio III. Guilielmus Archiepiſcopus Rhemenſis creatur Cardinalis Epiſcopus Prænestinus, vt Ciacconius notat (licet Morinus illum corrigat; Innocentius ſiquidem III. poſt Lucium Pontifex, illum vocat *Cardinalem Sanctæ Sabinæ*) Idemque, & liberaliùs in ſubſequentibus ſeruatum ſeculis, & ſub Leone X. cum Ioanne Cardinali Lotharingio, qui nouem obtinebat Epiſcopatus, vt inquiunt Frinzonius, & Donius: & per conſequentes Pontificatus multa ſuppeterent exempla.

Apud *Baron.* tom. 11. ann. 1177.

Donius in florib. hiſt. Cardd. p. 1. in eiuſd. Conradi nu. 3.

Ciaccon. in Lucio. *Morin.* de Sac. Ordin. p. 3. exerc. 16. c. 3. nu. 20. *Innoc. III.* in multis epiſtolis Decretal. l. 2. circa annum 1198.

Frinzon. in Gallia Purpur. lib. 4. ann. 1518. *Don.* loc. cit. num. 3.

Imò

Imò ſi antiquiſſima expetamus, præſtò erunt Epiſcopi Thracicæ Dioceſeos in ſexta Prouincia, pro quibus exaratum reperitur Decretum in calce *Synodus Epheſinæ*, & apud *P. Lupum* in ſuis ad ipſam notis p. 1. Hi enim, dum in Concilio affirmaſſent, quòd vetus mos vigeret in Prouincijs Europæ, quòd ſinguli Epiſcopi duos vel tres haberent ſub ſe Epiſcopatus, Synodus reſpondit: *Quòd honeſta petitio eſſet ex eo, quòd vetus conſuetudo vim legis obtineret*; eoſque in hac conſuetudine reliquit.

In quinto pariter, & ſexto Seculo multas proferet Regiſtrum S. Gregorij Magni itidem comprobationes: perſæpe enim idem Summus Pontifex alterius Cathedralis regimen vni commendauit Epiſcopo, & plerumque perpetuo vinculo, & *incardinatione*, vt ipſe loquitur. Quandocumque enim Barbarorum incurſione ferè dirutis Ciuitatibus, greges populorum abſque Paſtoribus errabant, nec ſpes ſupererat illas reædificandi; adeò vt nihil ab hodiernis differre videantur *Commendationibus*, licèt recentes ſint perpetuæ, tunc tamen non ijſdem formulis, vt hodie in ijs incardinabantur, ſed ſimilibus; omneſque vno intuitu conſpici poterunt apud Ioannem Diaconum.

Io. Diac. in Vita S. Gregor. Magni cap. 15.

Exempliſque demùm hiſce robur validiſſimum addent varia, vt diximus, Summorum Pontificum Decreta, & Oracula vſque ad noſtra hæc tempora, quæ in fine huius diſceptationis adijciuntur, quæque omnia conſuetudinem hanc tutam in praxi reddere tandem videntur: multòque magis animaduerſio illa,

quod

quòd cùm diſquiſitio Paſtoralis reſidentiæ in Sacra, & Oecumenica Tridentina Synodo adeò vt ita dicam, acri conatu,contentioneque aduerſis animis fuerit exagitata,&Cardinalibus ijſdem iniuncta: nuſquam tamen de his noſtris ſex Epiſcopis Cardinalibus acta, aut ijſdem impoſita fuerit. Imò ijdem Authores, qui præſentes fuerunt, quoſque ſupra retulimus, ſemper illos ſex Epiſcopos exceperunt.

Hæcque ſunt, quæ pro vtraque huius hypotheſis parte in aciem educi poſſe intelleximus. Cùm autem æquè libratis rationibus, cuinam victoria ſit concedenda, non facile apud me ſit iudicare, fœdere diſtinctionis potiùs concordare ſtuduimus. Aut enim Cardinalis,cui ſecundæ ex his Eccleſijs imponenda per optionem eſt cura,primam obtinet adeò huic proximam, vt moraliter cum antiquiori continuata dici valeat, & non multùm diſtans: & tunc ſecundam ſuperinducere tutè poſſe arbitramur; vtriuſque ſiquidem cuſtodiæ, vt finitimæ,inuigilare haud poterit difficulter; ſicut videre eſt in omnibus Sancti Gregorij Commendationibus, quas ſupra innuimus.

Aut valdè diſtractæ ſunt Eccleſiæ, ita vt pro vtraque inuiſenda magnam pati debeat Epiſcopus difficultatem, & tunc ſecùs dicimus.

Prima diſtinctionis pars ijſdem ferè ſuadetur argumentis, quibus firmatum iam fuit, licuiſſe, licereque hodie, antiquiſſimam ſequi conſuetudinem, qua per nongentos ferè annos, hos Epiſcopos Cardinales, de quibus eſt ſermo, in Vrbe,nullo iniecto conſcientiæ ſcrupulo, commo-

ratos fuiſſe, & à propria Diœceſi abſentes vidimus ex hiſtorijs; idque, vt fert communis opinio, ex ſola harum Suburbicarum Eccleſiarum ad Vrbem propinquitate.

Hier. epiſt. 11. ad Ageruchiam.

In ſecunda ſincerè dicam cum D. Hieronymo, *Quòd nobis de portu egredientibus quaſi quidam ſcopulus opponitur, ne poſſimus ad pelagi tuta decurrere.* Non enim audeo Cardinali Archiepiſcopo Hiſpalenſi, aut Cardinali Epiſcopo Malacitano (quod nuper vidimus) vtramque hanc Sponſam permittere. Quomodo ſiquidem ouium voces audire, aut vultus agnoſcere poterunt, quæ tam longè diſſitæ ſunt? quomodo quę abiecta ſunt, reducere, quæque confracta ſunt, alligare? Ipſi videant; & verbis vtar S. M. Vrbani VIII. in ſuo Decreto Conſiſtoriali 28. Nouembris 1633. *Inualuiſſe ſcilicet quidem hūc morem optandi: illum tamen à ſe non laudari, nec improbari; commendari verò Cardinales aliarum Eccleſiarum Epiſcopos, vtpote Cardinalem Borromeum piæ mem. & alios, qui optione huiuſmodi abſtinuerunt.* Sed neque hanc forſan amplecterer ἀδιαφορίαν, atque indifferentiam.

Ciaccon. in vita Ioannis de S. Paulo Ep. Sabinen. *Huic Epiſcopo Sabinen. creato Innocentius III. reſtituit iura Eccleſiæ eius, quæ Conradi Prædeceſſoris longa abſentia labefactata erant.* hi ſunt quidem abſentiæ fructus.

Omnia tamen hęc effata cuilibet rectiùs ſentienti ſupponimus, & ſummoperè gauderemus hiſce laboribus, id nanciſci potuiſſe, vt chriſtiana charitate, in quibus errauimus, corrigamur. Hìc etiam aſſuendum fore non abs re iudicarem Statum Eccleſiæ Romanæ circà Cardinales Epiſcopos, quem ex ſcripto Vaticano codice ita protulit Baronius.

Baron. to. 11. ann. 1057.

Sunt in Eccleſia Romana, Romæ ſcilicet, quinque Eccleſiæ Patriarchales. Prima eſt Eccleſia Lateranenſis,

quæ

quæ & Cõſtantiniana, & Baſilica Saluatoris diuerſo nomine nuncupatur. Hæc habet ſeptem Cardinales Epiſcopos, hoſque dictos Epiſcopos Collaterales, *itemq; &* Hebdomadarios, *eo quòd ſingulis hebdomadibus per vices expleant munus Põtificis, Epiſcopi Cardinales erãt hi, Epiſcopus Oſtienſis, Epiſcopus Portuenſis, Epiſcopus Sanctæ Rufinæ, ſiue Siluæ candidæ, Epiſcopus Albanenſis, Epiſcopus Sabinenſis, Epiſcopus Tuſculanus, Epiſcopus Præneſtinus.*

Alia Patriarchalis eſt Sanctæ Mariæ, Maior *dicta, in qua habet ſeptem Cardinales Presbyteros, ſcilicet Cardinalem Sanctorum Apoſtolorum Philippi, & Iacobi, Sancti Cyriaci in Thermis, Sancti Euſebij, Sanctæ Pudentianæ, Sancti Vitalis, Sanctorum Petri, & Marcellini, & Sancti Clementis.*

Alia Patriarchalis Eccleſia Sancti Petri, in qua item ſeptem ſunt Presbyteri Cardinales, ſcilicet Sanctæ Mariæ trans Tiberim, Sancti Chryſogoni, Sanctæ Cæciliæ, Sanctæ Anaſtaſiæ, Sancti Laurentij in Damaſo, Sancti Marci, Sanctorum Martini, & Siluestri.

Alia Eccleſia Patriarchalis eſt Baſilica Sancti Pauli, in quo ſunt Cardinales Sanctæ Sabinæ, Sanctæ Priſcæ, Sanctæ Balbinæ, Sanctorum Nerei, & Achillei, Sancti Sixti, Sancti Marcelli, Sanctæ Suſannæ.

Quinta Patriarchalis erat Sanctus Laurentius extra muros, in qua ſunt hi Cardinales, Sanctæ Praxedis, Sancti Petri ad Vincula, Sancti Laurentij in Lucina, Sanctorum Ioannis, & Pauli, Sanctorum Quatuor Coronatorum, Sancti Stephani in Monte Cælio, Sancti Quirici.

His autem Patriarchalibus Eccleſijs præfecti erant hi: Lateranenſi primus Epiſcopus Collateralis; Sanctæ Mariæ Maiori Archipresbyter Cardinalis; Sancto Petro Archipresbyter Cardinalis; Eccleſiæ Sancti Pauli Ab-

bas Cardinalis; Eccleſiæ S. Laurentij Abbas Cardinalis.

Sunt præter titulos Diaconiæ, ijſque præfecti Diaconi Cardinales, dicti Regionarij, *ijdemque numero duodecim. Diaconijs Regionarijs præfecti item Diaconi Palatini ſex: hi præſunt Diaconijs, quæ ſunt Sancta Maria in Dominica, cui præeſt Archidiaconus; Sancta Lucia ad ſeptem Solia, Sancta Maria Noua, Sancti Coſma, & Damianus, Sanctus Hadrianus, Sancti Sergius, & Bacchus, Sanctus Theodorus, Sanctus Georgius, Sancta Maria in Schola Græca, Sancta Maria in Porticu, Sanctus Nicolaus in Carcere, Sanctus Angelus in Foro piſcario, Sanctus Euſtachius, Sancta Maria in Aquiro, Sancta Maria in Via lata, Sancta Agatha in Equo marmoreo, Sancta Lucia in capite Suburræ, Sancti Viti in Macello. Eſt munus Diaconorum Regionariorum cantare Euangelium in Stationibus: Palatini cantant Euangelium in Eccleſia Lateranenſi.*

Subdiaconi ſunt omnes numero viginti, & vnus; ſeptem Regionarij, qui Epiſtolas, & Lectiones cantant in Stationibus; ſeptem Palatini, qui idem munus præſtant in Eccleſia Lateranenſi; ſeptem alij, qui dicuntur Schola Cantorum, qui cantant tantummodo, quando Summus Pontifex celebrare conſueuit.

Hæc nomenclatura, præter quam, quod eſt manca, differt etiam in titulis Abbatiarum ab illa, quam refert *Panuinius* De Sept. Vrb. Eccl. qui S. Mariæ in Auentino, ac S. Sabini Epiſcopi, ſicut & S. Sabæ, & S. Tiburtij vnicas agnoſcit Abbatias. Inſuper addit aliam S. Pancratij prætermiſſam in m. ſ. à Baronio relato, in quo cum hoc additamento eſſent viginti duæ Abbatiæ. Denique nulla repetitur Abbatia S. Baſilij apud Scriptores, ſed potius S. Blaſij.

Sunt in Vrbe Abbatiæ viginti duæ; videlicet, Sancti Cæſarij in Palatio, Sancti Gregorij in cliuo Scauri, Sanctæ Mariæ in Auentino, Sancti Sabini Epiſcopi, Sanctorum Alexij, & Bonifacij, Sanctorum Priſcæ, & Aquilæ, Sancti Sabbæ, Sancti Tiburtij, Sanctorum Coſmæ & Damiani in Vico aureo; Sancti Silueſtri inter duos hortos, Sanctæ Mariæ in Capitolio, Sancti Baſilij iuxta Palatium, Sanctæ Agathæ, Sancti Laurentij in Paneperna, Sancti Thomæ iuxta Torum Claudij, Sancti Blasij inter Tiberim, & portam Sancti Petri, Sanctæ

Tri-

Trinitatis Scotorum, Sancti Valentini iuxta Pontem, Sanctæ Mariæ in Capite aureo, Sanctæ Mariæ in Pallaria, Sanctæ Mariæ iuxta Sanctum Petrum ad Vincula.

Inſuper præter ſeptem Collaterales Epiſcopos erant alij Epiſcopi, qui dicuntur Suffraganei Romani Pontificis, nulli alij Primati, vel Archiepiſcopo ſubiecti, qui frequenter ad Synodos vocarentur. In Campania, Tiburtinus, Anagninus, Signinus, Ferentinus, Alatrinus, Verulanus, Soranus, Fundanus, Caietanus, Tarracinus. In Marſis ſunt hi: Furconenſis, Marſicanus, Valuenſis, Theatinus, Pennenſis, Aprutinus. In Tuſcia ſunt hi: Nepeſinus, Sutrinus, Ciuitenſis, Hortanus, Balneoregienſis, Vrbeuetanus, Viterbienſis, Caſtrenſis, Suanenſis, Cluſinus, Peruſinus, Caſtellanus, Aricinus, Groſſetanus, Volaterranus, Senenſis, Lucanus, Piſtorienſis, Florentinus, Feſulanus, Lunenſis. In Vmbria, & Marchia: Spoletum, Aſſiſium, Fulginas, Nucerinus, Eugubinus, Reatinus, Tudertinus, Amerinus, Narnienſis, Interamnenſis, Eſculanus, Firmanus, Camerinenſis, Auximanus, Humanus, Anconitanus, Eſinus, Senogallienſis, Fanenſis, Piſaurenſis, Foroſempronienſis, Callienſis, Vrbinas, Ariminenſis, Ferentanus.

Hic erat totius Eccleſiarum Romæ conſpectus, ſed credo paulò poſterioris temporis, quàm à Baronio conſignatur, vti coniicio ex Viterbienſis Epiſcopi adnumeratione, cùm dubium ſit, an Eccleſiæ illius erectio ſequuta fuerit in Cathedralē eo anno, quē refert Baronius.

Demùm cùm nobis per optionem Eccleſia Sabinenſis obtigerit, vt qui hanc legendi diſſertationem habuerit otium, ſimul noſcere valeat aliqua de antedicta Diœceſi, & Cathedrali ſcitu digna, annectere libuit Epiſtolam diſſertiſſimi vi-

mi viri Domlnici Magri Viterbienſis noſtræ Eccleſiæ Canonici Theologi hac de re eleganter, & accuratè conſcriptam.

DECRETA
CONSISTORIALIA

Die 18. *Februarij* 1549.

PAVLI III.

SAnctitas Sua, quæ iam plurIbus menſibus elapſis intra ſe propoſuit, & decreuit, Cathedralibus, & Metropolitanis pro tempore vacantibus de perſonis Cardinalium, qui alteri Cathedrali, ſeu Metropolitanæ Eccleſiæ tunc præeſſent, aut illam in adminiſtrationem, aut aliàs quouis modo concedere, vel committere, & propoſitum, & decretum ſuum huiuſmodi ab indè citra firmiter obſeruata,etiam nominationes Sanctitati Suæ, per habentes ius nominandi factas, reijciendo, & admittere denegando; volens in præmiſſis, & circa præmiſſa pleniùs prouidere; eadem Sanctitate Sua proponente, de Fratrum conſilio ſtatuit, decreuit, & ordinauit, quòd omnes, & ſinguli Cardinales, tam in Romana Curia præſentes, quàm extra eam, vbiuis locorum, etiam de licentia, aut mandato Sanctitatis Suæ exiſtentes vnica Metropolitana, aut alia Cathedrali Eccleſia, cui, vt Archiepiſcopi, vel Epiſcopi præſint, vel quam

Digitized by Google

quam in adminiſtrationem, aut commendam, aut aliàs quomodolibet obtineant,contenti ſint, & eſſe debeant, & qui ex eis, pluribus Metropolitanis, aut Cathedralibus Eccleſijs (ſex, quæ pro titulo Cardinalatus concedi conſueuerunt, dumtaxat exceptis) præſunt, aut eas in adminiſtrationem, aut aliàs obtinent; omnes eaſdem Eccleſias,præter vnam,quam maluerint in Sanctitatis Suæ, aut Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, manibus, infra ſex menſes, ſi ad liberam diſpoſitionem eiuſdem Sanctitatis Suæ pertinuerint, ſi verò de Iurepatronatus fuerint, aut ad eas nominandi ius alicui competat, infra annum realiter, & cum effectu dimittere, & earum regimen,& adminiſtrationem cedere teneantur, & debeant, alioquin, ſex menſibus, & anno prædictis elapſis, omnes Eccleſiæ, per ſingulos Cardinales obtentæ, ea, cuius regimen & adminiſtrationem vltimò aſſecuti fuerunt, dumtaxat excepta, eo ipſo vacent, & vacare cenſeantur, poſſitque eiſdem ſic vacantibus Eccleſijs per Sanctitatem Suam, & Sedem Apoſtolicam de perſona idonea liberè prouideri, ac tempus ad præmiſſa adimplendum, præſentibus, ex nunc, abſentibus verò, ſi citra montes, menſis, ſi verò vltrà montes fuerint, duorum menſium terminum, vt veriſimiliter ignorantiam prætendere non valeant, ſimilitèr ſtatuit, & præfixit. Propterea cùm ad Cardinales præcipuè ſpectet Sanctitati Suæ, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti in regimine Vniuerſalis Eccleſiæ aſſiſtere; Sanctitas Sua, ea proponente, de Fratrum conſilio ſtatuit, ordi-

nauit,

nauit, atque decreuit, quòd omnes, & ſinguli moderni, & pro tempore exiſtentes S. R. E. Cardinales, & in Romana Curia, & apud Sedem Apoſtolicam reſidere omninò debeant, & teneantur, quod ſi non fecerint, niſi de expreſſa licentia Sanctitatis Suæ, aut Succeſſorum ſuorum apud Eccleſiam Metropolitanam, ſeu Cathedralem, cui pro tempore præfuerint, ſeu quam in adminiſtrationem, aut aliàs obtinuerint, reſederint, omnibus, & ſingulis priuilegijs, immunitatibus, & indultis, quibus alii S. R. E. Cardinales gaudent, & gaudere poſſunt, & debent, durante eorum abſentia, ipſo facto priuati ſint, & eſſe cenſeantur, ac etiam aliis per Sanctitatem Suam, & Succeſſores præfatos arbitrandis pœnis &c. ſubiaceant, nec non omnes, & ſingulas licentias permanendi vbicunque voluerint, quibuſcumque ex eiſdem Cardinalibus, & ex quacunque cauſa à Sanctitate Sua, vel Romanis Pontificibus prædeceſſoribus ſuis hactenus habitas, & conceſſas, reuocauit, caſſauit, & annullauit, ac pro tempore concedendas, nemini ſuffragari voluit, niſi quoad hoc, vt apud Eccleſiam Metropolitanam, ſeu Cathedralem, cui præfuerint, vel quam in adminiſtrationem obtinuerint, vt præfertur, reſidere valeant, ſicque in præmiſſis ſublata &c. iudicari, &c. ac abſentibus citrà Montes, trium menſium, vltrà Montes verò exiſtentibus, ſex menſium ſpatium aſſignauit.

Hoc Decretum lectum fuit coram Patribus Concilij Tridentini die 25. Februarij 1549, in Legatorum congregatione, vt ex M.SS. Em. Card. Pallauicini p. 172.

Die

Die Mercurij 19. Martij. 1550.

Proponente Sanctiſs. D. N.

IVLII III.

STatutum, & ordinationem, ac decretum dudum per fel. rec. Paulum PP. III. ſuper dimiſſione Eccleſiarum per Reuerendiſſimos obtentarum de eorundem Reuerendiſſimorum DD. conſilio facta innouando, de ſimili conſilio Idem Sanctiſſimus Statuit, ordinauit, & decreuit, vt ipſi Reuerendiſſimi DD. Cardinales, qui pluribus Metropolitanis, aut Cathedralibus Eccleſiis (ſex, quæ ipſis Cardinalibus primoribus concedi cōſueuerunt, dumtaxat exceptis) præſunt, aut in adminiſtrationem, aut aliàs obtinent; omnes eaſdem Eccleſias, præterquam vnam, quam maluerint, citra, infra ſex menſes, ſi verò vltra montes conſiſtant, infra annum, in Sanctitatis Suæ, aut Romani Pontificis pro tempore exiſtentis manibus dimittere, ac illarum regimini, & adminiſtrationi cedere omnino teneantur, ac debeant. Alioquin, ſex menſibus, & anno præfatis elapſis, omnes Eccleſiæ per ſingulos Cardinales obtentæ, & cuius regimen, & adminiſtrationem vlteriùs aſſecuti fuerint, vna dumtaxat excepta, eo ipſo vacent, & vacare cenſeantur, poſſitque Eccleſijs ipſis per S. Suam, & Sedem Apoſtolicam de perſona, ſeu perſonis idoneis liberè prouideri. Præterea Statuit, & ordinauit, vt interim, qui plures Eccleſias, vt

præfertur, obtinentes, vna earum per eos, vt præfertur, retenta, reliquas ex cauſa permutationis, aut ad effectum vt alij vel alijs ſimilibus, ſeu diſſimilibus Metropolitanis, & Cathedralibus Eccleſijs præficiantur, aut in administratores deputentur, dimittere nullatenus poſſint, ſed ſimpliciter ad hoc vt Eccleſijs ipſis de alia, ſeu alijs perſonis idoneis, aliam ſeu alias ſimiles Eccleſias non obtinentibus per Sanctitatem Suam, & Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes liberè prouideri valeat, dimittere teneantur, & debeant.

Die 14. *Ianuarij* 1558.

PII V.

SAnctiſſimus Dominus Noſter dedit in titulum mihi Alexandro Cardinali Farneſio Vicecancellario Metropolitanam Eccleſiam Montis Realis, quam prius in adminiſtrationem habebam, meque illi in Archiepiſcopum præfecit, & paſtorem; curam committendo cum retentione omnium, & quorumcumque quæ obtineo, latiſſimè extenden. & cum clauſulis opportunis, & conſuetis.

Et quia Epiſcopatum Tuſculanum obtineo decreuit Sanctitas Sua, quod ſex Epiſcopatus, qui ſunt prope Vrbem, videlicet Oſtienſis Portuenſis, Præneſtinus, Albanenſis, Tuſculanus, & Sabinenſis non inducant incompatibilitatem, iuxta formam aliàs traditam, tempore fel. rec. Pauli Papæ III.

Die

Die 28. Nouembris 1633.

VRBANI VIII.

CArdinales duos, quos ſibi in pectore reſeruauerat, & quorum declarationem in vltima Cardinalium creatione, quæ facta fuit 19. Nouembris 1629. & Sanctitas Sua in aliud tempus diſtulit, nominauit, publicauit, declarauit.

Sanctiſſimus D. Noſter oblata occaſione optionis Eccleſiæ Sabinenſis factæ per Cardinalem Centinum Epiſcopum Maceratẽ. dixit inualuiſſe quidem hunc morem optandi; illum tamen à ſe non laudari, nec improbari; Commendari verò Cardinales aliarum Eccleſiarum Epiſcopos, vtpotè Cardinalem Borromeum piæ mem. & alios, qui optione huiuſmodi abſtinuerunt. Inſuper S. Sua declarauit, dubium hactenus nullo modo fuiſſe, nec eſſe debere, reſidentiam Cardinalium Archiepiſcoporum, ac Epiſcoporum extitiſſe, & eſſe apud alias Eccleſias Metropolitanas, ſeu Cathedrales ſibi commiſſas, non autem apud ſex Eccleſias Cathedrales titulares eorumdem Cardinalium, in quibus Cardinales ordine priores præeſſe ſolent, quibus ob vicinitatem Vrbis Cardinalis Sanctiſſimi Vicarius pro tempore exiſtens, abſentibus earum Epiſcopis, commodè inuigilare poteſt, & inuigilat; & propterea eos, qui alijs Eccleſijs ſupradictis præſunt, & apud eas non reſiderunt, nec reſident, non feciſſe, nec facere illarum fructus ſuos, etiam

ſub prætextu, quod alicui ex dictis ſex Eccleſijs præſideant, & in Vrbe commorentur, aut cuiuſuis tolerantiæ, vel facultatis, præterquam per Breue ſpeciale S. Suæ, vel Romani Pontificis pro tempore exiſtentis ſibi conceſſæ: ideoque monere ſe eoſdem Cardinales pro prima vice, vt ad reſidentiam huiuſmodi ſtatim ſe conferant ſub amiſſionis fructuum, eo ipſo incurrenda, & alijs canonicis pœnis, animo etiam procedendi ad vlteriora, ſi non paruerint. Succeſſiuè idem Sanctiſſimus D. N. mandauit ſupradictum Decretum regiſtrari per Reuerendiſs. D. Cardinalem S. R. E. Vicecancellarium in præſenti libro Decretorum conſiſtorialium, cum Clauſulis latiſſimè extendeñ.

Ad Eminentiſſ. & Reuerendiſs. Cardinalem

FRANCISCVM MARIAM
BRANCATIVM
EPISCOPVM SABINENSEM

Dominici Magri Coniecturæ, & Obſeruationes De Sabinenſi Epiſcopatu.

QVod egregiæ probitati tuæ, ac in regendis Eccleſijs dexteritati debebatur, Clementiſſimi Pontificis prouidentia factum eſt, vt in ampliſſimo Purpuratorum Patrum Senatu Sabinenſem Eccleſiam gubernandam ſuſciperes. In qua optione & iuſtis Sacri Collegij votis,

Digitized by Google

tis, & totius Romanæ Curiæ expectationi ſatisfactum fuiſſe fatentur omnes. Hoc ego honore tuo ita ex animo gauiſus ſum, vt non multos putem me habere in ea re ſuperiores. Et ne vacuus ad te per litteras adeam, mitto quæ de Sabinenſi Epiſcopatu (olim vno ex ſacri ſeptemuiratus Cardine Lateranenſis Baſilicæ) veritatis indagandæ gratia ex veterum Scriptorum ſententia perfunctoria lectione, & feſtinante oculo collegi, vt celerata ſecuritas lætitiæ meæ impatientiam mitigaret. Gaudebo, ſi tibi, Principi omnigena eruditione, & acri iudicio exornato, has meas rudes, ac celeres eruditiones ſaltem ex parte probatas eſſe cognouero.

In ipſo igitur ſcriptionis limine ſtatim occurrit impeditiſſimus nodus à nemine (quē ego legerim) nec veterum, nec recentiorum Scriptorum extricatus, nedum animaduerſus. Nempe cur Sabinenſis Antiſtes non ab aliqua Ciuitate, vel Metropoli; ſed à tota Prouincia renuncietur? Quod in Concilijs Oecumenicis, alijſque ſubſcriptionibus nuſquam legimus. Et quamuis aliquando Præſules in Synodis, ac in S. Gregorij Regiſtro videantur renunciati à Prouincijs; hoc ex triplici capite oriri potuit. Primò, quia erant Primates Regnorum, vel Prouinciarum, in quibus tamen certum eſt obtinuiſſe propriam ſedem Metropolitanam. Vnde S. Gregorius ſcripſit epiſtolas, *Maximiano Arabiæ, & Felici Siciliæ Epiſcopis*. Quis verò Eccleſiaſticæ hiſtoriæ vel leuiſſimè peritus ignorat in ſupradictis Prouincijs quamplurimos floruiſſe

ruiſſe Antiſtites? imò ex eodem Pontifice patet euidentiſſimè Felicem fuiſſe Meſſanenſem Epiſcopum; ſic etiam inſcribuntur aliquæ epiſtolæ, *Auguſtino Angliæ Epiſcopo*, qui erat in Anglia Primas. Secundò, quia ſolùm innuit Pontifex Prouinciam, in qua Epiſcopus obtinet Cathedram, vt cum ſcribit, *Leoni, & Martino Epiſcopis in Corſica*, & non *Corſicæ*, vel in qua exercet munia Epiſcopalia ex vulgi errore, ſic noſtris temporibus Apollinaris Epiſcopus Nicænus è Societate Ieſu vocabatur Epiſcopus Aethiopiæ, quia ibi Epiſcopale munus exercebat, ibique ob Chriſti fidem à Schiſmaticis occiſus. Tertiò denique ſæpiſſimè in Synodis ex incuria Cancellariorum, qui forſitan parùm Topographiam callebant, in Catalogo Epiſcoporum præcipuè Septemtrionalium non ciuitatem; ſed nationem, & gentem fuiſſe illis adſcriptam; quare idem erit *Epiſcopus Galliæ*, *Epiſcopus Angliæ*, ac *Epiſcopus Gallus*, vel *Anglus*, vt obſeruaui. Innumeras enim in Gallia, & Anglia extitiſſe Cathedras Metropolitanas, ac Epiſcopales luce meridiana clarius eſt. Nec ſilentio prætereundum eſt, aliquando ex librariorum incuria mendum irrepſiſſe in Epiſcoporum nomenclatura. Legimus enim in S. Gregorij Regiſtro epiſtolam inſcriptam *Georgio Epiſcopo Italiæ*, quod corrigit Latinius noſter, *Exarcho Italiæ*. Similiter alteram *Felici Epiſcopo Sardiniæ* inſcriptam, quam idem Latinius lynceis oculis reſtituit, *Epiſcopo Sardenſi*, nam Pontifex in ea admonet Felicem, vt pareat Epiſcopo Primæ Iuſtinianæ, quæ ſita eſt in Illyrico. Eo-

dem

dem modo reſtituit aliam inſcriptionem S. Gregorij ſcribentis, *Leandro Epiſcopo Hiſpaniæ*, legitque, *Hiſpalenſi*. Fuit enim Leander coæuus, ac cariſſimus eidem Pontifici. In Græcorum Menologio nonne S. Martinus intitulatur *Epiſcopus Franciæ*, qui Turonenſi Eccleſiæ præfuit? Et S. Maximus nominatur ibidem *Epiſcopus Siciliæ*, qui Taurominam rexit Eccleſiam? Prætermitto nunc opinionem illorum, qui exiſtimarunt, Sabinam fuiſſe ciuitatem, vt eius fautores rideantur pinguibus cachinnis. Simillimum errorem animaduertit P. Philippus Labbe, ſummæ eruditionis Eccleſiaſticæ ſcriptor, in Synopſi Conciliorum, in quem lapſus eſt Binius, eiuſque exſcriptores, qui leuiſſima coniectura adducti appellarunt Concilium Sabinenſe illud, quod celebratum fuit Valliſſoleti in Hiſpania ſub Ioanne nuncupato XXII. eo quòd in illo præſederit, tamquam Apoſtolicæ Sedis legatus, Guillelmus Sabinenſis Epiſcopus. Apud omnes igitur Scriptores ſanæ mentis tam ſacros, quàm profanos, certum, ac indubitatum ſemper fuit, præcipuam, regiamque Sabinorum Vrbem appellatam fuiſſe *Cures*, inclytam, ſplendidamque olim Tatij Dynaſtæ ſedem, de qua cecinit Virgilius Vatum Princeps. *Tatioque Seni; Curibuſque ſeueris*. Quæ Ciuitas poſtea, transmigratis Romam Sabinis, iacuit vilis, ac deſpecta. Conuenerant enim Tatius, & Romulus, inito fœdere, in hanc ſententiam, vt ex duobus populis vnus efficeretur, & Sabini Romam migrarent. Roma verò nomen retineret; ſed Romani ſimul ac Sabini appellarentur Aeneid. 8.

Quiri-

Lib. 1.

Quirites, vt teſtatur Liuius. *Ita geminata* (ideſt Roma) *vt Sabinis tamen aliquid daretur, Quirites à Curibus appellati*. Ex quo tempore factum eſt, vt notauit eruditiſſimus Pancirolus, Sabinos in parma viridi orbem album luteo, rubroque circulis cinctum tenuiſſe, margine alius luteus ambiens. Et hoc duplicis Romani Imperij arctam coniunctionem denotabat. Duo enim circuli duplex imperium coniunctum, vnum orbem Romanum complecti inſinuabant. Imò quod magis eſt, Sedes *Curulis* maximi honoris inſigne, ac regia appellata deducitur à Curibus ex Lipſio, alijſque viris doctiſſimis. Concedendum tamen eſt Curenſes aliquando confusè dictos eſſe Sabinos temporis decurſu ab eorum Metropoli, vt ex M.SS. Nicolai Heinſij apud Holſtenium in Annotationibus Geographicis. Congruum itaque, & honeſtum fuit ſedem Epiſcopalem Sabinorum collocare Curibus, tamquam totius Prouinciæ capite, vel ſaltem, deletis Curibus, in eius territorio, vt infra oſtendam ex Diui Gregorij Magni epiſtola. Nam vbi ante Chriſti aduentum morabantur Ethnicorum Proto-Flamines, vel Flamines, ſtatutum fuit ab Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus, vt ibidem Archiepiſcopi, & Epiſcopi ordinarentur, ita in ſacris Canonibus ſtatuerunt Lucius, Clemens, & Anacletus Summi Pontifices: vnde in Concilio Romano celebrato ſub Hilario Papa anno 465. ſubſcripſit Tiberius Curium Sabinorum Epiſcopus. Suppoſito hoc ſolidiſſimo, ac certiſsimo fundamento, reſtat examinandum; in quanam parte Sabinæ fuerit Curium

In Comm. ad Notit. Imper. Occid. cap. 22.

Lib. 12. de Magiſt.

Ca. 1. 2. & 3. diſt. 80.

rium

rium ciuitas? nam ex hac accurata ſitus indagine facile erit Epiſcopalem ſedem inuenire. Leander exiſtimat Cures fuiſſe oppidum hodie *Turre* nuncupatum; ſed à tali viro recedere cum verecundia compellor, vt ex meis probationibus infra clariſſimè patebit. Eamdem opinionem ſecutus eſt Blondus, qui perperam intelligens epiſtolam S. Gregorij non diſcriminauit Eccleſiam S. Anthimi, cuius meminit Pontifex ab Eccleſia S. Euthimij. Nam S. Anthimi Presbyteri, ac Martyris meminit Martyrologium Romanum die 11. Maij: Euthimij verò Diaconi die 5. eiuſdem menſis, cuius Eccleſia ſubterranea erat, vbi nunc viſitur Epiſcopium apud Foronouum, hodieque extat Oratorium ſub eius inuocatione, quod antiquiſſima veneratione celebre in die feſto inuiſunt populi; S. Anthimi autem Eccleſia ſita fuit in Curibus, vt ex Diui Gregorij epiſtola infra adducenda. Iubilius Maurus Sabinus in ſuis M.ss. patriæ amore ſeductus mordicùs contendit probare Turrem fuiſſe Cures, ſed ficulneo gladio facillimè iugulantur rationes ab eo adductæ. Cluuerius etiam ſomnians confundit Cures, & Forum nouum, ſeu Foronouum, (vt alij ſcribunt) facitque ex duabus ciuitatibus diſſitis vnicam tantùm. Siquidem Foronouum erat in eo loco, in quo hodie extat antiquum Sabinenſe Epiſcopium olim naſcentis Eccleſiæ exordijs dicatum S. Euthimio; nunc verò B. Mariæ Virgini, imò tempore Eugenij IV. hoc Templum vocabatur, *S. Maria Maior in Sabinis*, vt ex inſtrumentis Emphyteoticis anno 1431. Confir-

K matur

Digitized by Google

matur magis hæc mea opinio ex quodam libro M. s. Manliani ſeruato, in quo legitur. *S. Maria Forinoui.* Hæc veriſſima mea opinio fulcitur quadam inſcriptione reperta die 28. Februarij anno 1666. in Eccleſia rurali S. Petri apud oppidum Montis boni in Sabinis in demolitione altaris lapidei. Erat enim ibi capſula cum Sanctorum Reliquijs, & charta parua pergamena cum ſequenti inſcriptione, quam meiſmet oculis legi. *De honore Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & Sanctæ Reſurectionis, & B. Mariæ Virginis in Foronouo &c.* ſequebatur Catalogus Reliquiarum; deinde verò in calce *Ego Ioannes Epiſcopus Sanctæ Sedis Sauinenſis condidi, & conſecraui.* ex ea pendebat ſigillum ceræ rubræ, ouatæ figuræ, iuxta illius ætatis morem, in quo impreſſa erat effigies ipſius Epiſcopi Pontificalibus infulis, ac ſacris indumentis cum hac inſcriptione. *Ioannes Epiſcopus Sauinenſis.* Goticus character vetuſtiſsimus, & littera B. mutata in V. indicant, hunc Epiſcopum fuiſſe Ioannem, qui præfuit Eccleſiæ Sabinenſi anno 900. quando Sabinenſes Præſules dignitate Cardinalitia non fruebantur. Ita etiam ſentit eruditiſsimus Marianus Victorius ſummo ingenio, ac eruditione Præſul ſcribens Senis Iubilio Mauro die 19. Octobris 1569. in hæc verba. *V. S. m'hà fatto gran piacere; anzi grandiſſimo à mandarmi quella iſcrittione del Veſcouio, e tengo certiſſimo, che lì foſſe Forum nouum.* Apparent enim hodie quampluri- ma veſtigia Foronoui, quod fuit Romanorum municipium, vti colligitur ex antiquiſsimæ inſcriptionis fragmento, ibidem reperto, quam re-

fert

fert Holſtenius, vir antiquitatis ſtudio ſuſpiciendus, in ſuis Annotationibus Geographicis, opere poſthumo, excuſo liberalitate Ampliſſimi Cardinalis Franciſci Barberini de vniuerſa litteratorum Republica optimè meriti, dum codices tam Græcos, quàm Latinos è tenebris erutos publicæ ſtudioſorum vtilitati prælo ſubijciendos curat: quem ſeruet Summus rerum Cuſtos ad populorum felicitatem, & ſui Numinis honorem. Clariùs etiam probatur Forum nouum hoc in loco exiſtiſſe ex alia vetutiſſima inſcriptione, quæ legitur in quadam ara lapidea poſita in Eccleſia ſubterranea S. Euthimij in eodem Epiſcopij templo nimirum. D.N.M. ANTONII GORDI PII FELICIS AVGVSTI FORONOVANI DEVOTI NVMINI, MAIESTATIQVE EORVM. Eamdem egomet legi adhibito lumine; nam locus eſt obſcurus, ac macerie obrutus. Nec prætermittenda hoc in loco eſt auctoritas probatiſſimi viri Fabiani Nuculæ de veteri Epiſcopio optimè meriti, ac Sabinenſium eruditionum ſolertiſſimi obſeruatoris, qui tibi epiſtolam in hæc verba ſcripſit die 25. Maij 1667.

Ho poi ben conſiderata, & ammirata la dottiſſima lettera, che ſopra le coniettura del Veſcouato Sabino ſcriue à V. Eminenza il Signor Teologo Canonico Domenico Magri, e nel legger coſi fondatamente deſcritte le ſacre, & antiche memorie della ſpoſa di V. Eminenza ho prouata vna conſolatione da non poterſi eſprimere, & queſta ſarà commune alla Sabina tutta, mentre può gloriarſi di veder vendicata in queſto feliciſsimo ſecolo la verità offeſa dalle penne de' graui ben ſi; ma ſonnolenti

Scrittori. In tutte le coſe ſiamo egualmente conuenuti con il detto Signor Canonico, eccetto che nel ſito di Forum nouum, *la qual Città ognuno ha ſempre certamente creduto foſſe conſtituita ſotto la Fara, nel qual territorio non lungi da quello di Cures ſi vedono molti, e famoſi edifitij, che ſono veſtigi di luogo aſſai ampio; ma tutto queſto non gia con autorità fondata di memorie, ò di Scrittori, ma per antica traditione; ma giache l'opinione del Signor Canonico è appoggiata à proue coſi viue, portando autorità d' huomini probatiſſimi, e d'iſcrittioni autentichiſſime hò ſtimato mia fortuna di concorrere nella ſua ſentenza, e dire che* Forum nouum *ſia l'iſteſſo che Veſcouio.* Huic eruditiſsimo viro egomet oſtendi legendam aræ inſcriptionem, & ampliſſima veſtigia Forinoui in viſitatione Eccleſiæ S. Mariæ in Forónouo totius Sabinæ Cathedralis. Forſitan illa veſtigia in territorio Faræ, quæ annuit idem Fabianus ſunt Curium potiùs, & non Foronoui. Si Cluuerius vigilans, apertiſque oculis legiſſet Plinium, non incurriſſet in decumanum errorem confundendo has duas ciuitates; nam Plinius numerans Sabinæ populos ſcribit. *Sabinorum Amiterni, Curenſes, Forum Decij, Forum nouum &c.* Vnde opinor præter Numentanam, duas alias Epiſcopales Sedes numerandas eſſe in Sabina, vnam apud Cures, alteram apud Forum nouum, vbi hodie extat Epiſcopium, vt apertiſſimè colligitur ex ſubſcriptionibus Synodalibus; nam in Concilijs Romanis primo, ſecundo, & quarto celebratis ſub Symmacho ſemper ſubſcripſit Proiectitius Epiſcopus Foronouanus, & tamen in ijſdem Concilijs ſubſcripſit Dulcitius Epiſcopus S. Anthimi,

Lib. 2. cap. 12.

thimi, quæ eccleſia erat in territorio Curenſi, vt infra videbimus manifeſtè; ergo erant duæ Sedes Epiſcopales omninò diſtinctæ. Ita etiam in alio concilio Romano ſub Felice III. ſubſcripſerunt, Feliciſſimus Sabinenſiū, & Aſterius Foronouanus epiſcopi. Quare (vt ſermone ſapiētiſſimi Valerij Chimentelli loquar) Sabina meruit honorem Biſellij. Hunc Clariſsimum virum ſeculo ſuo illuſtrando natum doctrina, ac pietate veneror, eiuſque lucubrationes aureis ſententijs refertas auidiſſimè lego. Poſterioribus verò temporibus inuenio aliam ſubſcriptionem in Concilio Lateranenſi ſub Martino I. ſcilicet; Ioannes Epiſcopus Sanctæ Viciſabinatis Eccleſiæ: forſitan, quia ſæuiēte hoſtiū incurſione, & deletis ciuitatibus Sabinorum, Cures vicus euaſerat, quod probo Strabonis teſtimonio. *Cures nunc viculus eſt, quondam vrbs illuſtris.* Alij tamen opinantur hunc Ioannem fuiſſe Epiſcopum Foronouanum; qui deſtructa Ciuitate ad proximum Vicum ſe receperat; nam hodie collis prope Epiſcopium vulgò appellatur *Colle di Vico.* & tunc temporis nimirum anno 649. exiſtimo vnicum fuiſſe totius Sabinæ Præſulem in Epiſcopio. Denique deleto etiam Vico à Gothis Alexander VI. Epiſcopalem ſedem Manlianum tranſtulit, ac Ciuitatis honore decorauit, vt ex Bulla ſub die 14. Octobris 1495. inſtante Oliuerio epiſcopo Sabinenſi Cardinali Caraffa. In ea Pontifex deplorat conditionem infeliciſſimam Epiſcopalis Eccleſiæ in hæc verba. *Sanè attendentes, quòd Eccleſia Sabinenſis, quæ Epiſcopi Cardinalis exiſtit, & olim antiquis temporibus*

Lib. 5.

bus inſignis fuit, ac cui venerabilis frater noſter Oliuerius Epiſcopus Sabinenſis ad præſens præeſſe dignoſcitur, in loco campeſtri, deſerto, & à nemine habitato eſt conſtituta &c. Ecce vnde irrepſit paulatim abuſus nominandi Epiſcopum Sabinenſem Prouinciæ Antiſtitem contra totius Eccleſiæ ritum. Deſtructis enim ciuitatibus ob immanium bellorum incendia præſertim ab Agiſulpho Longobardorum Rege, vt profuſis lacrymis teſtatur S. Gregorius Pontifex, præcipuè deſtructoris Totilæ tempore, vt ex inſcriptione Narſetis ad pontem Salarium ſatis manifeſtè patet. Idem euenit his temporibus Epiſcopo Conuenarum, vulgò *Cominges* in Gallia, in cuius diſtrictu cum nulla exiſtat Ciuitas, inſcribitur ab illa oppidorum collectione, in quam Accolæ paulatim conuenere, illiſque datus eſt Paſtor, qui gregem illum regeret. Imò aliquando Sabinæ Epiſcopus vocatur Lateranenſis, quæ nomenclatura erat certè communis Septem Epiſcopis Baſilicæ Lateranenſi adſcriptis, de quibus fusè agunt Auctores Eccleſiaſtici, & ego in mea Notitia *V. Cardinalis*.

His coniecturis, & probationibus admiſſis, aſſero audacter, imò euidentiſſimè, quia Patronos habeo Holſtenium teſtem oculatum, & illorum locorum peritiſſimum indagatorem, & Marianum Victorium Epiſcopum Amerinum, virum ſingularis eruditionis, & linguarum exoticarum doctiſſimum, Cures fuiſſe apud fluuium Curenſem à Blondo corruptè *Curteſem* appellatum. Hodie oppidum, detorto vocabulo, *Correſe*, vulgò appellatum. Opus Mariani Victo-

Digitized by Google

ctorij eſt de Origine Italiæ, & Sabinorum contra Iubilium Maurum Medicum, qui etiam ſaxis medicas manus admouere contendens inſcriptiones immutando vetuſtiſſimas, probat Cures fuiſſe Correſe oppidum prope Monaſterium Farfenſe, quod hodie numerat centum quinquaginta capita. Comprobatur etiam hæc veritas ex antiquiſſima donatione eiuſdem Monaſterij ante mille annos conſcripta. Quare, deletis Curibus, Epiſcopalis Sedes translata fuit ad Eccleſiam S. Anthimi Martyris exiſtentem in Curium territorio, quo in loco Sanctus Preſbyter Martyrium paſſus eſt, vt ex Martyrologijs Romano, Bedæ, Vſuardi, & Adonis via Salaria veteri, vigeſimo ſecundo ab Vrbe milliario, cuius acta inuenies apud Surium die vndecima Maij, qui etiam recitat ſermonem B. Petri Damiani in laudem eiuſdem Sancti Martyris. Appellata eſt autem via hæc Salaria, quia, vt ſcribit Feſtus, per eam Sabini ſal è mari deferebant: dicta etiam fuit Iunia. Quando verò aliqui Scriptores aſſerunt S. Anthimum adeptum eſſe palmam Martyrij in agro Piniano, intelligendi ſunt de agro in via Salaria, quem poſſidebat Falco Pinianus à S. Anthimo ad fidem conuerſus, in cuius honorem poſtea Oratorium conſtruxerat in loco Martyrij, extantque ibidem veſtigia eiuſdem Eccleſiæ, ac celeberrimi Monaſterij, hodieque vulgò *S. Antimo* nuncupati. Ex eo igitur translationis tempore cœpit Epiſcopus Sabinenſis appellari S. Anthimi in Curium territorio, & ſic Dulcitius Epiſcopus S. Anthimi ſubſcripſit Concilijs Roma-

nis

nis tertio, & quinto ſub Symmacho celebratis, qui tamen idem Dulcitius in primo Concilio ſub eodem Symmacho ſubſcripſerat abſolutè *Epiſcopus Sabinenſis*, ergo idem omnino erat Epiſcopus Sabinenſis, & S. Anthimi in Curium territorio. Io: Diaconus in vita S. Gregorij Papæ narrat, S. Pontificem commendaſſe Eccleſiam S. Anthimi proprio Paſtore deſtitutam Gaudioſo Epiſcopo Numentano, vtpote viciniori. Sed expedit eamdem epiſtolam hùc referre ad verbum, non ſolùm ad corroborandam magis meam indubitatam coniecturam; ſed etiam ad manifeſtandam tanti Paſtoris vigilantiam, ac ſolicitudinem in grege paſcendo.

Lib 3. cap. 15.

GREGORIVS GRATIOSO EPISCOPO NVMENTANO

Epiſt. XX. lib. II. Indict. XI.

Poſtquam hoſtilis impietas diuerſarum Ciuitatum, ita peccatis facientibus, deſolauit Eccleſias, vt reparandi eas ſpes nulla, populo deficiente, remanſerit; maiori valde cura conſtringimur; ne defunctis earum Sacerdotibus, reliquiæ plebis, nullo Paſtoris moderamine gubernante, per deuia fidei hoſtis callidi, quod abſit, rapiantur inſidijs. Huius ergo rei ſolicitudine ſæpe commoti, hoc noſtro ſedit cordi conſilium, vt vicinis eas mandaremus Pontificibus gubernandas. Ideoque Fraternitati tuæ curam, gubernationemque Sancti Anthimi Eccleſiæ in Curium Sabinorum territorio conſtitutæ præuidimus committendam, quam tuæ Eccleſiæ aggregari,

gari,

gari, vnirique neceſſe eſt, quatenus vtrarumque Eccleſiarum Sacerdos rectè, Chriſto adiuuante, poſſis exiſtere, & quæque tibi de eius patrimonio, vel de Cleri ordinatione, ſeu promotione vigilanti, ac canonica viſa fuerint, cura diſponere, quippe vt Pontifex proprius liberam habebis ex præſenti noſtra permiſſione licentiam. Quapropter, Frater chariſſime, Dominicorum reminiſcens mandatorum ſalubriter ita in commiſſæ plebis regimine, lucrandiſque animabus inuigila, vt ante tribunal æterni iudicis conſtitutus fructum bonæ operationis, qui ad mercedem tuam pertineat, eidem Redemptori noſtro, in quo lætari poſsis, exhibeas.

Huius Sanctiſſimi, & Sapientiſſimi Pontificis exemplum ſequutus Alexander VII. prouidus, ac ſolertiſſimus Paſtor ſumma benignitate eiuſdem Sabinenſis Eccleſiæ curam Tibi, tuæque in regendis Eccleſijs notiſſimæ vigilantiæ commendauit. Quippe qui lynceis oculis in Viterbienſi propinquiori ſpecula conſtitutus non ſolùm vnico oculorum intuitu vniuerſam Sabinenſem Diœceſim contemplaris; ſed etiam ob breuiſſimum locorum interuallum ouium tuarum voces commodiſſimè audis, illæque tuam viciſſim cognoſcunt. Nonne Manliani Ciuitatem præcipuam ouilis tui oſtium extenſis manibus claudere, & reſerare vales, ne fures oues tuas mactent, & perdant aliunde aſcendendo? ibique reſidet totius gregis Oſtiarius vigilantiſſimus Salaminæ Epiſcopus, qui vices tuas ſedulò exercet, gregemque tuum ad pinguia paſcua ducit. Quare in nouo grege paſcendo plus oneris dexteritati tuæ impoſitum eſſe re ipſa non experimur. Quanta verò,

& qualis fuerit Sabinenſium Antiſtitum dignitas ſupra cœteros ex eo conijcere facilè poſſumus, quod Epiſcopus Sabinenſis, abſente Papa, coronabat Romanum Imperatorem. Quare Clemens V. annuens precibus Henrici Romanorum Regis, qui Viennenſi Concilio diſtentus Imperatoria petebat inſignia, eam prouinciam demandauit Arlondo de Palagrua Sabinenſi, Leonardo Albanenſi, & Nicolao Oſtienſi Epiſcopis, nec non Franciſco, & Lucæ Diaconis Cardinalibus, quibus omnibus ſingula munia impertitus eſt. Aſt in Conſiſtorio maxima irrepſit diſceptatio, quisnam eorum præferendus foret, allegante Oſtienſe, quòd cum Pontificem conſecrare ſuum eſſet, ita & Imperatorem coronare. Sabinenſis verò aſſerebat tamquam certum, & euidens, quòd in coronatione Imperatorum ipſe Papæ proximior Imperatoriam coronam ſuſtentaret; ſicque ſancitum fuit, Papa decretante, vt Sabinenſis illo fungeretur munere, cœteriſque præeſſet, vti refert Raynaldus. Hæc autem ſcripſi *Non vt ingenium tuum aureum* (Auguſtini verbis ad Hieronymum vtor) *meis obolis ditare contendam*, dum ſeculum noſtrum doctrina, ac moribus prorſus inauras; ſed vt pericliteris meam in obſequendo celeritatem & obſeruantiam. Mihi quoque curæ fuit arctare paginam limite pauciore, vt Te, in grauiſſimarum, ſeriarumque rerum tractatione ſumma cum laude detentum, legendi talione moderarer; capaciſſimo namque ingenio tuo nulla, nec ſacra, nec profana ſe ſubducit eruditio. Longa

Anno 1311. num. 6.

I inte-

interim Te, & felix ſenectus maneat, Preſul Ampliſſime; nam & vita tua Eccleſiæ Orthodoxæ lucrum reputatur. Viterbio Idibus Octobris 1666.

TATIVS SABINVS REX.



Apud Fuluium Vrſinum in numiſmate argenteo.

Digitized by Google

Suffragium ex epiſtola P. Chriſtiani Lupi.

FRANCISCO MARIÆ BRANCATIO

S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO.

EMINENTISS. DOMINE.

CVm vltimis meis literis, &c.

Etiam ſex Cardinales Epiſcopatus iam dudum ſpectare ad Romanæ Eccleſiæ Clerum; non obligare ad reſidentiam plenam, ideoque etiam à Cardinalibus alium Epiſcopatum habentibus optari, ac obtineri poſſe, Eminentia Veſtra, lucidiſſimè demonſtrat. Etenim Epiſcopatuum pluralitas eſt res ſimilis Epiſcoporum tranſlationi, quam rigidiſſimè damnauit ſacroſancta Nicæna Synodus, & tamen S. Euſtatium Berrheæ Epiſcopum ipſa tranſtulit Antiochiam. Sunt res ex genere ſuo prauæ, quæ tamen per circumſtantias purgantur, fiuntque non ſolùm vtiles, ſed inſuper neceſſariæ, & ſanctæ. Nam & Carthaginenſi Catholicorum cum Donatiſtis collationi interfuit Lucidus Marcellianenſis Epiſcopus, ſimul ac Baritenſis; & Epheſinæ Synodo ſubſcripſit Athanaſius Epiſcopus Dueltanus, & Zozopolitanus: etiam illic adfuit Timotheus Termoſi Epiſcopus, & Eudoxiadis. Et in Codice Iuſtinianeo extat Lex mandans vnicuique ciuitati eſſe ſuum Epiſcopum, & adiungens: *Excipitur*

Tomen-

*Tomenſium * Scythiæ ciuitas; illius enim Epiſcopus reliquarum etiam ciuitatum curam gerit: tum etiam Leontopolis Iſauriæ ſubeſt Epiſcopo Iſauropolitano.* Scythia erat quarta Thracicæ Diœceſeos prouinciæ, eique amplas, & inſignes fuiſſe ciuitates plures teſtatur Ammianus Marcellinus: & tamen non niſi vnicum ſemper habuit Antiſtitem, non à prima Ciuitate Tomenſem, ſed à regione paſſim dictum Scythiæ Epiſcopum: quo modo nunc, Eminentia Veſtra, titulatur Epiſcopus Sabinenſis. Quæ res non eſt ſine alijs etiam exemplis. Et S. Leo Papa nunquam exuere voluit priorem ſuum Epiſcopatum Tullenſem. Quod tamen Cardinalem Epiſcopatum alteri contiguum, aut planè vicinum eſſe; atque ita ab eodem vnius Antiſtitis verbo, & exemplo paſci poſſe iubeat Eminentia Veſtra, omnes hìc admodum probant, & laudant. Gaudemus etiam à tanto Prælato damnari noxias hodiernæ Theologiæ laxitates. Diſſitorum, licèt alter Cardinalis ſit, Epiſcopatuum coniunctio eſt fundamentalibus Eccleſiaſticæ diſciplinæ, & hierarchiæ regulis patēter aduerſa. Sabinenſi Eccleſiæ, licèt debito tardiùs, de obtento tanto Paſtore, gratulor ex animo, apprecorque multos tantæ felicitatis annos, &c.

Dabam Louanij die 17. Iunij Anno 1667.

* Ita & *Phot.* In Nomocan. c. 20. & ibi *Balſam.* ibi. *Neque in duabus ciuitatibus poteſt quis eſſe Epiſcopus: excipitur Epiſcopus Tomenſis: ille enim reliquarum Eccleſiarum Scythiæ curam gerit, &c.*

BVL-

BVLLAE PONTIFICVM ad Eccleſiam Sabinenſem ſpectantes.

PII II.

PIus Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Dilecto Filio Archipresbytero Sabinenſi Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Apoſtolicæ ſeruitutis officium Nobis licèt immeritis ex alto commiſſum, circa quarumlibet Eccleſiarum ſtatum in meliùs, dante Domino, proſperandum ſtudioſis curis exequi ſolliciti libentèr illa ſolerti prouiſione exequi mandamus, per quæ Eccleſiæ ipſæ etiam per diuini cultus augmentum proſperiores complectantur ſucceſſus, ipſæque Eccleſiæ, & perſonæ in illis, Laudibus diuinis inſiſtentes continuis proficiant incrementis. Sanè pro parte dilecti Filij Pauli Franciſci Prioris Secularis, & Collegiatæ Eccleſię Sancti Laurentij extra muros Terræ noſtræ Manliani Sabinenſis Diœceſis petitio continebat, quòd licèt in ipſa Terra ſeptem Parochiales Eccleſiæ exiſtant, tamen, quia Rectores earundem, quaſi vna hora diebus ſingulis in eis Miſſas celebrare conſueuerunt, contingit ſæpe numero, quòd ij, qui pro ſuis peragendis negotijs ipſa hora occupati exiſtunt ad Eccleſias tardiùs pro Miſſa audienda accedentes illam audire non poſſunt, ex quo ple-

plerumque non modica ſcandala ſuſcitantur; & ſicut petitio eadem ſubiungebat, ſi Parochialis Eccleſia Sãcti Liberatoris de dicta Terra Archipresbyteratus nuncupata, quam & Prioratum eiuſdem Eccleſiæ Sancti Laurentij dictus Paulus obtinet, in Collegiatam erigeretur, ita quod Collegium dictæ Eccleſiæ Sancti Laurentij, in qua die feſtiuitatis ipſius Sancti dumtaxat diuina officia celebrantur; & in qua licèt quatuor Canonicorum numerus inſtitutus exiſtat; Præbendarum tamen diſtinctio non habetur, ad Eccleſiam Sancti Liberatoris transferatur, ac de cetero non quatuor, ſed ſex Canonicorum numerus in dicta Eccleſia Sancti Liberatoris inſtitueretur, & in ea principalis Dignitas non Prioratus, ſed Archipresbyteratus exiſteret, & illam pro tempore obtinens non Prior, ſed Archipresbyter nuncuparetur, & tam prædictæ Sancti Laurentij, quàm Sanctæ Mariæ de Goliano dictæ Diœceſis Eccleſiæ menſæ Capitulari eiuſdem Eccleſiæ Sancti Liberatoris perpetuò vnirentur, annecterentur, incorporarentur, ita quod omnes, & ſinguli fructus, redditus, & prouentus tam Sancti Liberatoris, quàm Sancti Laurentij, & Sanctæ Mariæ Eccleſiarum prædictarum in vnam maſſam communem redigerentur, illique in octo portiones æquales diuiderentur, quarum duo Archipresbytero pro tempore exiſtenti, ſingulæ verò aliæ ſingulis ipſius Eccleſiæ Sancti Liberatoris Canonicis cederent, ita & quemadmodùm dictæ Eccleſiæ Sancti Laurentij hactenùs cedere conſueuerunt; tenerenturque ij-

dem

dem Archipresbyter, & Canonici diebus ſingulis ſaltèm tres Miſſas, & earum cum nota vnam, ac ſingulas horas Canonicas congruis temporibus celebrare per erectionem, & tranſlationem huiuſmodi non modò præmiſſa ceſſarent ſcandala, ſed in ipſa Eccleſia Sancti Liberatoris diuinus Cultus non mediocritèr augeretur, animarumque ſalus, & Populi deuotio ſubſequeretur, & id in magnum dictæ Eccleſiæ cederet ornamentum. Quare pro parte dicti Pauli aſſerentis, quòd menſæ Capitularis Sancti Laurentij octuaginta, & Sanctæ Mariæ viginti, & Sancti Liberatoris Eccleſiarum prædictarum quinque florenorum auri de Camera fructus redditus, & prouentus ſecundùm communem æſtimationem valorem annuum non excedunt; Nobis fuit humilitèr ſupplicatum, vt ſuper ijs opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur de præmiſſis certam notitiam non habentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis dilectis filijs Capitulo dictæ Eccleſiæ Sancti Laurentij, & alijs, qui fuerint euocandi de præmiſſis omnibus, & ſingulis, ac eorum circumſtantijs vniuerſis authoritate noſtra tu diligentèr informes, & ſi per informationem huiuſmodi ita eſſe repereris, & ad hoc Venerabilis Fratris noſtri Iſidori Epiſcopi Sabinenſis conſenſus acceſſerit, præfatam Eccleſiam Sancti Liberatoris in Collegiatam eadem auctoritate noſtra erigas, & ad illam Collegium dictæ Eccleſiæ Sancti Laurentij cum

om-

omnibus, & ſingulis inſignijs collegialibus transferas, nec non in illa loco Prioratus Archipresbyteratum, qui in ea dignitas principalis, & curata exiſtat, & vltra quatuor prædictos duos alios Canonicatus, & totidem Canonicales portiones de nouo crees, ita quòd de cætero dignitas in ipſa Eccleſia principalis Archipresbyteratus, & eam pro tempore obtinens Archipresbyter nuncupetur. Et nihilominus tamen ſi creationem, translationem, & creationem huiuſmodi per te vigore præſentium fieri contigerit, vt præfatas S. Laurentij, & Sanctæ Mariæ Eccleſias prædictas cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis menſæ Capitulari Eccleſiæ Sancti Liberatoris dicta authoritate perpetuò incorpores, vnias, & annectas, ita quòd liceat Archipresbytero, & Capitulo Eccleſiæ Sancti Liberatoris huiuſmodi pro tempore exiſtentibus Sancti Laurentij ex tunc Sanctæ Mariæ verò Eccleſiarum, iuriumque, & pertinentiarum prædictarum cedente, vel decedente dilecto filio moderno illius Rectore, aut illam aliàs quomodolibet dimittente, authoritate propria liberè & licitè apprehendere, & perpetuò retinere, ac illorum fructus, redditus, & prouentus in ſuos vſus, & vtilitatem conuertere, Diœceſani loci, aut alterius licentia, & aſſenſu ſuper hoc minimò requiſito. Præterea authoritate prædicta ſtatuas, & ordines, quòd omnes, & ſinguli fructus, redditus, & prouentus præfati in octo portiones æquales diuidantur, quarum Archipresbytero duas, ſinguli verò Canonici eiuſ-

dem Eccleſiæ Sancti Liberatoris ſingulas portiones percipiant, nec non vt diebus ſingulis ſaltèm tres miſſas, & earum vnam cum Nota, ac ſingulas horas Canonicas congruis temporibus celebrare teneantur, non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Conſuetudinibus dictæ Eccleſiæ Sancti Liberatoris, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis contrarijs quibuſcunque; aut ſi aliqui ſuper prouiſionibus ſibi faciendis de huiuſmodi, vel alijs beneficijs Eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales, vel generales Apoſtolicæ Sedis, vel Legatorum eius literas impetrarint, etiam ſi per eas ad inhibitionem, reſeruationem, & decretum, vel alitèr quomodolibet ſit proceſſum; quas quidem literas, & proceſſus habitos per eaſdem, & quæcunque inde ſecuta ad Sancti Laurentij, & Sanctæ Mariæ Eccleſias prædictas volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum præiudicium generari, & quibuſuis priuilegijs, indulgentijs, & litteris Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus, quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totalitèr non inſerta effectus earum impediri poſſet quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumcunque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis, prouiſo, quòd Sancti Laurentij, & Sanctę Mariæ Eccleſiæ præfatæ propter vnionem, annexionem, & incorporationem huiuſmodi debitis obſequijs non fraudentur, ſed earum

con-

congruè ſupportentur onera conſueta. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane, ſi ſecùs ſuper ijs à quocunque quauis authoritate ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo, Nono Kalendas Aprilis, Pontificatus noſtri Anno tertio. Expedita quinto decimo Kalendas Iunij anno tertio.

A. De Monte A. De Comitibus.
Adrianus.

ALEXANDRI VI.

ALexander Epiſcopus Seruus Seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Sacroſancta Romana Eccleſia, quæ ſuper vniuerſas Orbis Eccleſias obtinet diuina inſtitutione primatum, circa ſtatum Eccleſiarum omnium, præſertim Cathedralium, earumque, ac perſonarum illius præſidentium, & in illis dignitates, ac canonicatus, & præbendas, nec non alia Beneficia Eccleſiaſtica obtinentium profectus, & commoda, velut pia Mater de filiorum neceſſitate ſollicita vigilantèr excogitat, & prudentèr intendit, & quandoque etiam per miniſterium translationis earundem Eccleſiarum accommodè, prout locorum, ac temporum qualitas exigit, & illarum vtilitas perſuadet, Eccleſiarum ipſarum ſtatui, ac locorum aliorum inſignium decori, dignitati, ac venuſtati ſtudet efficacitèr prouidere. Sanè

attendens, quòd Eccleſia Sabinenſis, quæ Epiſcopi Cardinalis exiſtit, & olim antiquis temporibus inſignis fuit, ac cui Venerabilis Frater Noſter Oliuerius Epiſcopus Sabinenſis ad præſens præeſſe dignoſcitur, in loco campeſtri, deſerto, & à nemine habitato eſt conſtituta, adeo vt ad Eccleſiam ipſam, ad diuina officia, quæ ibi ob loci indiſpoſitionem minimè celebrantur, audiens nullus confluat, nec Archipresbyter eiuſdem Eccleſiæ, qui inibi maiorem poſt Pontificalem obtinet dignitatem, ac Canonici, & alij Clerici inibi reſidere poſſint, nec etiam Epiſcopus Sabinenſis pro tempore exiſtens, cum non ſint inibi domus ad eum recipiendum, ad dictam Eccleſiam viſitandam valeat ſe conferre, & propterea tam pro dignitate Epiſcopali, præſertim cum Eccleſia ipſa Epiſcopi Cardinalis exiſtat, vt præfertur, quàm pro diuini cultus augumento, ac perſonarum Eccleſiaſticarum in ea dignitates, ac canonicatus, ac præbendas, ac alia, ſi quæ ſint, Beneficia Eccleſiaſtica, obtinentium commoditate expedire, vt Eccleſia prædicta ad aliquem locum inſignem Sabinenſis Diœceſis pariter, & accommodum transferatur, ac conſiderantes Terram Malleani dictæ Diœceſis, in qua Eccleſia Sancti Liberatoris Collegiata Archipresbyterum inibi dignitatem obtinentem principalem, ac ſex Canonicos præbendatos habens exiſtit, eſſe munitam, & Domino benedicente populoſam, & ſatis accommodam, vt titulo, & honore Ciuitatis decoretur, Sedeſque Epiſcopalis inibi inſtituatur, dictaque Eccleſia

Sancti

Sancti Liberatoris in Cathedralem Eccleſiã Sabinenſem nuncupatam erigatur, ac domibus, ædificijs, & officijs neceſſarijs pro Epiſcopo Sabinenſi, & dilectis Filijs Capitulo dictæ Eccleſiæ Sabinenſis, ac alijs Clericis, & Beneficiatis in illa, qui apud dictam erigendam Eccleſiam morari congruè, & diuinis officiis intendere, ac alia ad diuinum cultum pertinentia meliùs, & commodiùs adimplere valeant, ornetur, & ædificetur, habita ſuper his cum Fratribus Noſtris deliberatione matura, Terram Malleani in Ciuitatem cum titulo, & honore Ciuitatis, & Eccleſiã Sancti Liberatoris huiuſmodi, accedente etiam in his dilectorum Filiorum moderni dictę Eccleſię Archipresbyteri, & Capituli expreſſo conſenſu in Cathedralem Eccleſiam, cui etiam præfatus Oliuerius Epiſcopus, vt hactenus dictæ antiquæ Eccleſiæ præfuit, præſit, authoritate Apoſtolica de Fratrum prædictorum conſilio perpetuò erigimus. Ita quòd de cætero dicta Terra Ciuitas exiſtat, & illa Sabinenſis Ciuitas, & Eccleſia Sancti Liberatoris Cathedralis, & Sabinenſis Eccleſia nũcupentur, inibique ſit Sedes Epiſcopalis Sabinẽſis, ac Archipresbyteratum, & Canonicatus, & Præbendas, & alia Beneficia Eccleſiaſtica dictæ Eccleſiæ Sabinenſis, illiuſque perſonas ad dictam Eccleſiam erectam transferimus, dictæque Eccleſiæ Sabinenſis Antiquæ poſſeſſiones, & bona omnia cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis eidem Eccleſiæ erectæ, illiuſque Epiſcopali menſæ perpetuò applicamus, appropriamus, & aſſignamus: ſtatuentes, & ordinan-

dinan-

dinantes, quòd Archipresbyter dictæ Eccleſiæ erectæ, etiam quamdiu vitam duxerit in humanis, Archipresbyter dictæ Eccleſiæ Sabinenſis erectæ, qui tamen inibi dignitatem ſecundam obtineat, & ſimilitèr Canonici, illius Canonici remaneant. Quòdque cedentibus, vel decedentibus ſimul, vel ſucceſſiuè Archipresbyteratus, & Canonicatus, & Præbendatus vtriuſque Eccleſiarum prædictarum obtinentibus, ſeu illos aliter quomodolibet dimittētibus, vnus Archipresbyter dumtaxat, & decem Canonici, & duo perpetui Beneficiati inibi eſſe debeant, ipſique Canonicatus, & Præbendatus, qui pro tempore vacauerint per ceſſum, vel deceſſum, ſeu quauis alia dimiſſione huiuſmodi, penitùs ſuppreſſi, & extincti ſint, & eſſe cenſeantur, nec aliquis in locum ſic cedentis, vel decedentis, aut dimittentis inſtitui poſſit, donec numerus dictorum Canonicorum ad denarium numerum fuerit reductus. Quòdque omnes fructus, redditus, & prouentus dictorum Archipresbyteratuum, & Canonicatuum, & Præbendarum, poſtquam ad dictum numerum reducti fuerint, in vnam maſſam redigantur, & Archipresbyter duas, ac Canonici inibi reſidentes, & diuinis officijs inſiſtentes, ſingulas integras, ac duo Beneficiati præfati dimidiã, portiones percipiant, & fructus ſic cedentiũ, vel decedentium, aut dimittentium Canonicorum interim Archipresbytero, & alijs Canonicis accreſcant, ac Cura animarum Parochianorum dictæ Eccleſiæ S. Liberatoris per Archipresbyterum, & Canonicos prædictos, vel alios Pre-

sbyte-

ſbyteros idoneos, ad nutum eorum amouibiles, diligenter exerceatur, & deſeruiatur inibi laudabiliter in Diuinis. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ſtatu quoque, & conſuetudine dictarum Eccleſiarum, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ceteriſque contrarijs quibuſcunque.

Volumus autem, quòd in dicta Eccleſia Antiqua Sabinenſi Epiſcopus pro tempore exiſtens Sabinenſis, & Capitulum præfati per aliquem idoneum Presbyterum laudabiliter in diuinis deſeruire facere, ac Archipresbyter, & Canonici præfati in feſto Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis Miſſam, ac Veſperas ſolemniter celebrare omninò teneantur. Nec illa, & Cœmeterium eius ad prophanos vſus, velut hæreditas, redigantur; Quòdque Epiſcopus, & Capitulum, et Canonici præfati, et Clerici, qui in Eccleſia noua poſt huiuſmodi erectionem pro tempore erunt, omnibus, et ſingulis priuilegijs, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, prærogatiuis, et indultis gaudeant, et vtantur, quibus vti, potiri, et gaudere in dicta Eccleſia Antiqua conſueuerunt, potuerunt, et debuerunt. Decernentes ex nunc irritum, et inane, ſi ſecùs ſuper his à quoque quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo hominum liceat, hanc paginam Noſtræ erectionis, translationis, applicationis, appropriationis, aſſignationis, ſtatuti, ordinationis, et voluntatis, et conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contrai-

re.

re. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MCCCCLXXXXV. xiv. Kalendis Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Gratis de mandato D. N. Papæ.

L. Podocatarus.

P. de Caſtillo.

B. de Comitibus.

P. Natalis.

Io. Iuſtus pro Computatore.

LEONIS X.

Dilecti Filij Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Exponi Nobis ſuper feciſtis, quòd fel. rec. Alexander Papa VI. prædeceſſor Noſter Oppidum Manleani Ciuitatis nomine inſigniuit, ac Collegiatam Eccleſiam ibidem conſiſtentem in Cathedralem Eccleſiam erexit, & quòd vos Collegiatam Eccleſiam à fundamentis dirutam pro Cathedrali Eccleſia ædificare cœpiſtis, quam Cathedralem paupertatis, & malorum temporum euentu perficere minimè valetis, & eodem tempore, vt peregrini, ſeu viatores cum equitibus, & mu-

& mulis, ac ſarcinis Romam citiùs ad Vrbem per quinque milliaria, & à latrunculis ſecuri venire poſſent, quandam viam propè dictam Ciuitatem facere cœpiſtis, per quam viatores prædicti de præſenti tranſeunt, & quòd hyemali, ſeu tempore pluuiarum per dicta loca ſine vitæ periculo, & diſcrimine peregrinorum difficile eſt, ſex riuis, ſiue torrentibus impedientibus; quæ loca ſi quinque, aut ſex pontibus munirentur, in maximum viatorum, & peregrinorum prædictorum cederet commodum, & releuamen. Quare Nobis humiliter ſupplicare feciſtis, vt pedagium, ſiue gabellam vnius Boloneni pro qualibet ſalma, viatoribus cum ſalmis per territorium dictæ Ciuitatis tranſeuntibus pro perfectione dictæ fabricæ & erectione, manutentione dictorum pontium, ac domus Epiſcopalis imponere, illiuſque exactionem vobis pro prædictis fabricis, & illis finitis, medietatem inter menſam Epiſcopalem Sabinenſem, & Ciuitatem ipſam Manleanenſem Nouam Sabinam diſtribui debere & non aliàs concedere elargiri dignaremur. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati gabellam, ſiue pedagium vnius boloneni quibuſcunque viatoribus, cum ſalmis per dictum territorium ſponte tranſeuntibus, dummodo aliæ viæ non poſſint intercidi, ita vt omnibus ſit libera facultas tranſeundi, quà voluerint, &, præſtito per vos aliquo impedimento, gratia huiuſmodi intelligatur abrogata, imponimus, ac Cõmunitati, & hominibus prædictis dictam gabellam, ſiue pedagium exigendi, ac prædi-

ctis fabricis applicandi, et, illis finitis, medietas gabellæ, ſiue pedagij huiuſmodi pro menſa Epiſcopali Sabinenſi, & alia medietas Communitati Ciuitatis Manleani Nouæ Sabinæ eſſe debeat, licentiam concedimus, & facultatem, Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, ac iuribus, & legibus noui pedagij imponi prohibentibus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque non obſtantibus. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub anulo Piſcatoris die xv. Septembris. M. D. XIIII. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Tho. Pighinuccius.

Io. Carrotius

LEONIS X.

VEnerabilis Frater Noſter Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Cum ſicut Nobis nuper expoſuiſti aliàs, poſtquam fel. rec. Alexander Papa VI. prædeceſſor Noſter ad magnam inſtantiam bo. me. Oliuerij Carraphæ olim Epiſcopi Sabinenſis Cardinalis Neapolitani oppidum Malliani Sabinenſis Diœceſis nomine Ciuitatis inſigniuerat, & Eccleſiam eiuſdem Oppidi tunc Collegiatam ſub inuocatione Sācti Liberatoris Epiſcopi & Martyris in Cathedralem Eccleſiam erexerat, ac ſuccedente tempore cum occaſione huiuſmodi erectionis Cathedralis Eccleſiæ per Diœceſim Sabinenſem, vniuerſa ferme alia parte ipſius

ipſius Diœceſis præter Mallianenſem pro antiqua Eccleſia Sanctæ Mariæ in Voſcopio, quæ illa Cathedralis ſicut priùs remaneret, reclamante, grauia odia, & ſcandala ſuborirentur, & diuerſæ querelæ pullularent, non ſolùm verbales quæſtiones, verùm iurgia, bella, incendia, atque depopulationes in tota Diœceſi prædicta contra ipſos Mallianenſes pararentur: Tu ad controuerſiam huiuſmodi ſedandam illuc à piæ me. Iulio Papa II. etiam Prædeceſſore Noſtro miſſus, auditis partibus, et rectè omnibus moderatis pro bono pacis Apoſtolica authoritate ſtatueras, et ordinaueras, vt vtraque Eccleſia Sanctæ Mariæ, et Sancti Liberatoris Cathedralis Eccleſiæ Sabinenſis, et illæ inuicem vnitæ eſſent, ac Sanctæ Mariæ diceretur Antiqua, et Sancti Liberatoris Eccleſiæ huiuſmodi Noua Eccleſia Sabinenſis, et Epiſcopus Sabinenſis pro tempore exiſtens nuncuparetur Epiſcopus vtriuſque Sabinæ; in reliquis verò dignitatibus, canonicatibus, & præbendis vtriuſque Eccleſiæ omnia, ſicut à principio inſtituta, & reſeruata reperirentur, integra, & illibata remanerent; & deinde cum fabrica Eccleſiæ Sancti Liberatoris, & domus Epiſcopalis prope Eccleſiam Sanctæ Mariæ Veteris Sabinenſis modicùm profecerat, ac Communitas Malliani Eccleſiam huiuſmodi cauſantibus ſuccedentium temporum ſiniſtris euentibus perficere minimè valeret: Nos attendentes, quòd ſi viatores, & peregrini per territorium Malliani cum equitaturis mulis, & ſarcinis ad Vrbem tranſeuntes adiuuarentur pro bono itinere ſuo

tribus, vel quatuor pontibus in dicto diſtrictu in diuerſis riuulis conſtructis, & conſeruatis plurimùm in breuitate, & ſecuritate viæ releuarentur, neque graue eſſet illis, pro hoc beneficio viæ, & ſarcinis transferendis per dictum territorium gabellam, ſeu pedagium vnius Bolognini pro qualibet ſalma impẽdere, pedagiũ huiuſmodi per alias Noſtras in forma Breuis litteras perpetuò impoſueramus, ac illud etiam fabricis huiuſmodi expletis pro commoditate Ciuitatis Mallianenſium, qui huiuſmodi pontes ſanos, & integros manutenere deberent & ſuſtentare, ac vtilitate Eccleſiæ Sabinenſis, quæ redditibus plurimùm tenuis exiſtit, exigendi licentiam, & facultatem conceſſeramus: Tu cũ ære tuo, & propria pecunia palatiũ iuxta Eccleſiam ſanctæ Mariæ Veteris Sabinæ ædificaueris, illudque Eccleſiæ Sabinenſi perpetuò applicaueris, et appropriaueris, ac in eo nomine præter Epiſcopum Sabinenſem, et Officiales ſuos, vel de eius licentia ſub pœna excommunicationis hoſpitari poſſe, neque debere volueris. Et inſuper Tu de tuis bonis, et huiuſmodi media gabella, aut pedagio Eccleſiam ſancti Liberatoris iam ferme integrè conſtruxeris, ac ſimiliter vnam domum in frõteſpicio eiuſdem Eccleſię ſãcti Liberatoris Nouę Sabinæ emi feceris, ac eidem Eccleſiæ ſancti Liberatoris perpetuò applicaueris, et appropriaueris, Nobis humiliter ſupplicaſti, vt applicationibus, et appropriationibus, ac volũtati tuis huiuſmodi pro illarũ ſubſiſtentia firmiori, robur Noſtræ approbationis adijcere, ac aliàs in præmiſſis opportunè

pro-

prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur: Nos igitur, qui in his libenter aſſiſtimus, per quæ Eccleſiarum omnium, et illis præſidentium perſonarum commodis, et vtilitatibus conſulitur, ac diuinus cultus in eiſdem Eccleſijs vigeat, et augeatur; huiuſmodi ſupplicationibus inclinati applicationes, et appropriationes,ac voluntatẽ tuas,huiuſmodi authoritate prædicta tenore præſentiũ approbamus,& confirmamus,ac illis perpetuæ firmitatis robur adijcimus,et neminem in dicto palatio Epiſcopali præter Epiſcopũ pro tempore exiſtentẽ, et Vicarios, ſeu Officiales ſuos, niſi de ipſorũ Epiſcopi, et Vicarij mandato,ſeù conſenſu, ſub eadem excommunicationis ſententia, ſiue pœna habitare, ſeu morari poſſe decernimus, ſupplentes omnes, et ſingulos defectus, ſiqui in præmiſſis interuenerint; Et nihilhominus pro conſeruatione, ſeu manutentione dictæ nouæ Eccleſiæ, et diuini cultus in ea, in qua ſeptem Canonicatus, et totidem præbendæ modicorum redditũum eſſe noſcuntur,augmento, in ipſa noua Eccleſia quinque alios Canonicatus,et totidem præbendæ pro quinque alijs Canonicis authoritate, et tenore prædictis erigimus, et inſtituimus, ac in tranſitu diſtrictus Malliani Nouæ Sabinæ huiuſmodi integram gabellam, aut pedagium duorum bologninorum perpetuò exigendum authoritate, et tenore prædictis imponimus, ſeu etiam impoſitionem gabellæ, et pedagij de vno bolognino primo impoſito, ac deſuper confectas litteras cum omnibus, et ſingulis in eis contentis clauſulis ad aliud bologni-

num

num modo infraſcripto, vt omnes, et ſinguli per dictam viam diſtrictus Malleani ſua ſponte versùs Vrbem tranſeuntes, aut redeuntes cum ſalmis, aut ſarcinis vnam integram gabellam, ſeu pedagium duorum bologninorum pro qualibet ſalma perſonis, ad eiuſdem gabellę et pedagij ſolutionem recipiendam pro tempore deputatis ſub pœna amiſſionis earundem ſalmarum abſque alia excuſatione, et allegatione, etiamſi ab huiuſmodi ſolutione per Nos, et Apoſtolicam Sedem eximi contigerit, ſoluere teneantur, ex certa ſcientia, et de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine extendimus, et ampliamus. Ita quòd gabella, ſeu pedagium huiuſmodi in complementum, ſeu perfectionem fabricæ etiam Cathedralis Nouæ Sabinæ, et domus Epiſcopalis prædictarum, et non alios vſus conuertatur; fabricis huiuſmodi terminatis vnã quartam partem Epiſcopo Sabinenſi pro tempore exiſtenti pro augmento ſuorum redditũum, et aliam quartam partem Ciuitati, ſeu Communitati Malliani pro cõſeruatione integrorum pontium neceſſariorum, alias verò duas partes gabellæ, et pedagij huiuſmodi pro dote quinque Canonicatuum, ac omnium xij. Canonicatuum competenti ſtipendio reſidendo iuxta prouidam tui, aut ſucceſſorum tuorum Epiſcoporum Sabinenſium ordinationem diſtribuendas, ita vt in ipſa noua Eccleſia Sabinenſi numerus duodecim Canonicorum perpetuò conſiſtat, qui ſingulis diebus duas Miſſas ad minùs integrè, et vnam cantando celebrare ſimiliter, et Veſperas quotidie in cantu

cele-

celebrare, Dominicis autem, & feſtiuis ſolemnitatibus ſimiliter Veſperas, et Miſſam in cantu celebrare ſub pœnis per Te Canonicis non intereſſentibus imponendis, et ipſi Canonici, niſi eidem Eccleſiæ, vt præfertur, deſeruierint, nihil ex huiuſmodi dote, ſeu ex huiuſmodi diſtributionibus percipere poſſint, ſed intereſſentibus Canonicis, et non alijs accreſcant, eiſdem authoritate, et tenore perpetuò applicamus, et appropriamus, decernentes irritum, et inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attemptari, ac mandantes Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Petracenſi, et Epiſcopo Aſculano, et dilecto filio Archipresbytero Eccleſiæ Sabinenſis, quatenùs ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios tibi, et pro tempore exiſtenti Epiſcopo Sabinenſi, in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtente, faciant authoritate Noſtra impoſitionem, applicationem, et appropriationem, ac alia præmiſſa iuxta earumdem præſentium tenorem firmiter obſeruari, ac ſingulos, quos ipſæ præſentes concernunt, illis pacificè gaudere, non permittentes, vos deſuper quomodolibet indebitè moleſtari, contradictores, moleſtatores quoslibet, et rebelles per cenſuras, et pœnas Eccleſiaſticas, ac etiam pecuniarias eorum arbitrio moderandas, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, et ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictarum Eccleſiarum iuramen-

mento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, et conſuetudinibus, ac quibuſuis priuilegijs, et indultis Apoſtolicis,et ex quibuſuis cauſis,et cum quibuſuis, etiam præſentium derogatorijs,clauſulis, et decretis quomodolibet pro tempore conceſſis; quibus tenores illorum, ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes (illis aliàs in ſuo robore permanſuris) ſpecialiter, et expreſsè derogamus; ceteriſque contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub anulo Piſcatoris Die 25. Iunij 1521. Pontificatus Noſtri Anno Nono.

IVLII III.

IVlius Papa III. ad futuram rei memoriam. Circumſpecta Sedis Apoſtolicæ benignitas his, quæ pro diuini cultus augmento, et Eccleſiarum, et perſonarum quarumlibet vtilitate à Romanis Pontificibus emanaſſe, et inde ſequuta fuiſſe dicuntur, vt ſolidiora perſiſtant; libenter, cum ab illa petitur, eius approbationis partes interponit. Sanè Venerabilis Frater Noſter Franciſcus Epiſcopus Sabinenſis Cardinalis de Turnone nuncupatus tam ſuo, quàm dilectorum filiorum Canonicorum Eccleſiæ,et Communitatis Sabinenſis nominibus Nobis nuper expoſuit, quòd aliàs poſtquam felicis recordationis Alexander Papa Sextus Prædeceſſor Noſter oppidum Maliani Ciuitatis nomine inſigniuerat, illam Nouam Sabinenſem vocando,

ac

ac Collegiatam Eccleſiam, inibi tunc exiſtentem; in Cathedralem ſub inuocatione ſancti Liberatoris Epiſcopi, & Martyris erexerat piæ memoriæ Leo Papa X. etiam Prædeceſſor Noſter ex precibus dictorum Communitatis, & dilectorum filiorũ dictæ Ciuitatis, & hominũ, vel aliàs accepto, quòd ipſi Communitas, & homines dictam Collegiatam Eccleſiam à fundamentis dirutam pro Cathedrali Eccleſia ędificare cœperãt, quam tamen ob paupertatis, & malorum temporum euentus perficere non valebant, & eodem tempore, vt peregrini, ſeu viatores cum equis, mulis, & ſarcinis ad almam Vrbem noſtram venientes, citiùs ad ipſam Vrbem per quinque milliaria, & à latrunculis ſecuri venire poſſent, quandam viam prope dictam Ciuitatem facere cœperant, per quam viatores prædicti iam tunc tranſibant, et quòd hyemali, ſeu pluuiali tempore prædicta loca ſine vitæ periculo, et diſcrimine peregrinorum difficile erat tranſire, ſex riuis, ſiue torrentibus impedientibus, quæ loca, ſi quinque, aut ſex pontibus munita forent, in maximum viatorum, et peregrinorum prædictorum cedere ſperabatur commodum, et releuamen. Idem Leo Prædeceſſor per quaſdam primò Communitati, et hominibus ſupradictis gabellam, ſeu pedagium vnius bononeni quibuſcunque viatoribus cum ſalmis per dictum territorium ſponte tranſeuntibus, dummodo aliæ viæ non poſſent interdici, et omnibus eſſet libera facultas tranſeundi, quà vellent, impoſuit, ac eiſdem Communitati, et hominibus gabellam, ſeu pedagium

dagium huiuſmodi exigendi, et præfatis fabricis applicandi, quibus finitis, vnam pro menſa Epiſcopali Sabinenſi, et alterã medietatẽ gabellæ, ſiue pedagij huiuſmodi pro ipſis Cõmunitate, & hominibus eſſe voluit, licentiam conceſſit, et facultatem, et deinde per alias ſuas literas bo. me. Bernardino tunc Epiſcopo Sabinenſi directas inter alia in ipſis literis cõtenta ad eiuſdem Bernardini Epiſcopi preces pro conſeruatione, et manutentione dictæ nouæ Eccleſiæ, et diuini cultus in ea, in qua tunc ſeptem Canonicatus, et totidem præbendæ modicorum reddituum eſſe noſcebantur, augmento quinque alios Canonicatus, & præbendas totidem pro quinque alijs Canonicis Apoſtolica auctoritate erexit, & inſtituit. Et propterea ſeu forſan alijs reſpectibus in tranſitu diſtrictus dictæ nouæ Ciuitatis integram gabellam, ſiue pedagium duorum bononenorum perpetuò exigendorum impoſuit, ſeu etiam impoſitionẽ gabellæ, vel pedagij vnius bononeni primò, vt præfertur, factam, ac deſuper confectas literas cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis ad aliud bononenum hoc modo videlicet: vt omnes, & ſinguli per dictam viam diſtrictus Maliani ſua ſponte versùs Vrbem ipſam tranſeuntes, aut redeuntes cum ſalmis, vel ſarcinis vnam integram gabellam, ſiue pedagium duorũ bononenorum pro qualibet ſalma perſonis, ad eiuſdem gabellæ, ſeu pedagij ſolutionem recipiendam pro tempore deputatis, ſub pœna amiſſionis earumdem ſalmarum abſque aliqua excuſatione, & allegatione, etiam ſi

eos

eos ab huiuſmodi ſolutione per Prædeceſſores Noſtros,& Sedem prædictã eximi cõtingeret, ſoluere tenerentur, ex certa ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine extendit, et ampliauit, volens, quòd gabella, ſeu pedagium huiuſmodi in complementum, ſeu perfectionem etiam Cathedralis Eccleſiæ Nouę Sabinẽſis, et Domus Epiſcopalis per dictum Bernardinum Epiſcopũ erectæ, et non alios vſus conuerteretur; fabricis verò huiuſmodi terminatis vnam quartam partem Epiſcopo Sabinenſi pro tempore exiſtenti pro augmento ſuorum redditũum, et aliam quartam partem Ciuitati, ſeu Communitati huiuſmodi pro conſeruatione integrorum pontium neceſſariorum, alias verò duas partes gabellæ, et pedagij huiuſmodi pro dote quinque Canonicatuũ, ac omnium duodecim Canonicatuum competenti ſtipendio reſidendo iuxta prouidam ordinationem dicti Bernardini Epiſcopi, aut Succeſſorum ſuorum Epiſcoporum Sabinenſium diſtribuendas. Ita vt in ipſa noua Eccleſia Sabinenſi numerus duodecim Canonicorum perpetuò conſiſteret, qui ſingulis diebus duas Miſſas ad minus integrè, et vnam cantando celebrare, ſimiliter et Veſperas in cantu dicere, Dominicis autem, et feſtiuis ſolemnitatibus etiam Veſperas, et Miſſam in cantu celebrare, ſub pœnis per Bernardinum Epiſcopum prædictum Canonicis non intereſsentibus imponendis, tenerentur, et ipſi Canonici, niſi eidem Eccleſiæ, vt præfertur, deſeruirent, nihil ex huiuſmodi dote, ſeu diſtributionibus percipere

pere poſſent, ſed intereſsentibus Canonicis, & non alijs accreſcerent; perpetuò applicauit, & appropriauit. Et demum felicis recordationis Paulus Papa Tertius ſimiliter Prædeceſſor Noſter, qui antea ad preces tunc Præceptoris, & Fratrũ Hoſpitalis Noſtri Sancti Spiritus in Saxia de dicta Vrbe Ordinis Sancti Auguſtini, ac dilecti filij nobilis Viri Iulij *de la Ruuere* Comitis Galleſij, & Domicelli Romani, aſſerentium, vnam gabellam in territorio Manliani prope portum etiam Galleſij pro conſtructione Nouæ Eccleſiæ Sabinenſis ad certum tempus exigendi dictis Communitati, & hominibus licentiam per Alexandrum conceſſam, & per Leonem Prædeceſſores præfatos confirmatam, et de nouo etiam conceſſam fuiſſe; quòdque Communitas, et homines præfati, licèt tempus conceſſionis prædictæ effluxiſſet, et dicta Eccleſia conſtructa eſſet, ſicque cauſæ exactionis gabellæ huiuſmodi ceſſaſſent, ab illius exactione non abſtinebant, conceſſiones, et literas prædictas, etiam in forma motus proprij reuocauerat, et annullauerat, eaſque ceſſare, nec earum prætextu ex tunc gabellam prædictam, ſeu quæuis alia ſubſidia exigi, aut peti poſſe decreuerat, eiſdem Communitati, et hominibus deſuper ſub certis pœnis inhibens: accepto per eum, quòd ex inſpectione primò dictarum in forma Breuis cõfectarum literarum ſatis apertè conſtabat, gabellam, ſeu pedagium huiuſmodi in perpetuum conceſſa fuiſſe, et ſic dictas reuocatorias literas ſubreptionis vitio ſubiacere. Et attendens propterea, quòd Communi-

munitas, et Canonici à ſua poſſeſſione, vel quaſi exigendi gabellam, & pedagium huiuſmodi tolli non debebant, ad preces bonæ memoriæ Bonifatij, tunc Epiſcopi Sabinenſis, tam ſuo, quàm dictorum Communitatis, & Canonicorum nominibus ſupplicantis literas reuocatorias prædictas ſubreptitiè, & obreptitiè obtentas fuiſſe: & per eas literas Leonis Prædeceſſoris huiuſmodi reuocatas eſſe non cenſeri; ſed illibatas permanſiſſe, & permanere; ac ipſos Communitatem, & Canonicos per ſe, vel ab eis pro tempore deputatos integram gabellam, ſeu pedagium ab omnibus, & ſingulis perſonis, per viam diſtrictus Manliani huiuſmodi trāſeuntibus, & redeuntibus iuxta formam, & tenorem dictarum ipſius Leonis Prędeceſſoris literarum exigere, & leuare poſſe, nec propterea aliquas pœnas, & cenſuras in dictis ſuis reuocatorijs literis contentas incurrere, perinde ac ſi eædem reuocatoriæ literæ nullatenùs emanaſſent, etiā perpetuò declarauit, dictoſque Communitatē, & Canonicos aduersùs reuocationē, annullationem, & inhibitionem in ipſis literis contentas, ac in priſtinum, & eum, in quo ante illas quomodolibet erant, ſtatum reſtituit, & ita iudicandum fore decreuit, prout in ſingulis literis prædictis pleniùs dicitur contineri. Quare dictus Franciſcus Epiſcopus nominibus prædictis aſſerens, conceſſiones ſupradictas in diuini cultus augmentum, & communem, & publicam vtilitatē ceſſiſſe; Nobis humiliter ſupplicauit, vt conceſſionibus huiuſmodi pro illarum ſubſiſtentia firmiori robur Noſtræ approbatio-

nis

nis adijcere, aliàſque in præmiſſis oportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui ſingulorum votis præſertim diuini cultus incrementum, ac Eccleſiarum, & perſonarum quarumlibet vtilitatem, atque indemnitatem concernentibus, quantùm cum Deo poſſumus, fauorabiliter annuimus, ſingularum literarum prædictarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, ipſoſque Communitatem, & Canonicos, ac eorum ſingulos à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendi, harum ſerie abſoluendos, & abſolutos fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati conceſſiones, impoſitionem, augmentum, & applicationem gabellæ, ſiue pedagij huiuſmodi per Leonem, ac reſtitutionem per Paulum Prædeceſſores præfatos, vt præfertur, factam, omniaque, & ſingula alia in ſingulis deſuper confectis literis huiuſmodi contenta, nec non exactiones, & alia inde ſecuta quæcunque autoritate Apoſtolica tenore præſentium approbámus, & confirmamus, eiſque perpetuæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & ſingulos, tam iuris, quàm facti defectus, ſi qui forſan interuenerint, in eiſdem ſupplemus. Mandantes per eaſdem præſentes Venerabilibus Fratribus Noſtris Albiganenſi Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Auditori, & Nepeſino, & Narnienſi Epiſcopis

quate-

quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios omnibus, & ſingulis, quos dictæ præſentes concernunt, in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate Noſtra omnes, & ſingulos, quos ipſæ præſentes concernunt,eis,ac omnibus,& ſingulis in illis contentis pacificè gaudere. Non permittentes eos, vel eorum aliquem per quoſcumque deſuper indebitè moleſtari, contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in quibuſuis Concilijs editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus contrarijs quibuſcumque, aut ſi aliquibus communitèr, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Anulo Piſcatoris die vigeſima prima Martij MDL. Pontificatus Noſtri anno primo.

C. Saul

V. Macaranus

Notitię Epiſcopatuum Portuenſis, ac Syluæ Candidæ.

AD pleniorem Eccleſiaſticorum, peritorumque in ſacris Ritibus eruditionem adne-

adnectere libuit, quas de Eccleſia Portuenſi, ac Syluæ Candidæ Barbarorum procurſu iam deletæ, obſeruationes adnotauerat Michael Lonigus, vt Coepiſcoporum noſtrorum munia, & antiqua priuilegia innoteſcant magis, & Ordinum dignitas perpendatur, cum ab immemorabili, inter Eccleſiæ Senatores purpura decorentur, & ex ijs Septem ſint, qui propiùs Pontificem Romanum circumſtant.

FRANCISCO SFORTIAE
S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO
Epiſcopo Portuenſi, & Syluæ Candidæ, ſiue Sanctæ Rufinæ.

ILluſtriſſime Domine. Epiſcopos Septem Almæ Vrbis viciniores, Oſtienſem ſcilicet, Portuenſem, Albanenſem, Tuſculanum, Præneſtinum, Sabinenſem, & Syluæ Candidæ, ſiue Sanctæ Rufinæ, in ipſis exorientis Romanæ Eccleſiæ primordijs ſumptos fuiſſe legimus, vt, in vniuerſalis Eccleſiæ negocijs grauioribus explicandis, Pontifici Maximo ſemper aſſiſterent in ſimilitudinem, vel ſeptem ſpirituum illorum, qui in cœlis aſtant iugiter ante Thronum Dei, vel etiam ſeptem candelabrorum aureorum, in quorum medio Filium hominis veſtitum podere, præcinctumque ad mamillas zona aurea in Apocalypſi Ioannes Apoſtolus ſe vidiſſe teſtatur. Ipſis verò nouum munus iniunctum extitiſſe temporibus ſucceſſiuis, vt in quolibet

libet hebdomada per vices vnus eorum quolibet die miſſas ſolemnitèr in maiori Altari Lateranenſis Baſilicæ celebraret,& ex eo poſtmodùm dictos fuiſſe Hebdomadarios Epiſcopos: ex quo deinde Pontifici aſſiſterent, fuerunt vocati Epiſcopi Aſſiſtentes. Tandem cum ceteros Chriſtiani Orbis Epiſcopos præcellerent, ipſos quoque Cardinalatus titulo cumulatos fuiſſe teſtantur ij, qui diligentiùs ſolent hiſtoriarum Eccleſiaſticarum recondita perſcrutari.

Extant ſane hactenus Sex ex Epiſcopis ipſis cum Epiſcopatibus ſuis, qui in vniuerſali Eccleſia poſt Summum Pontificem principem locum obtinent,inter quos Tu,Pater Illuſtriſſime, ſedem ſecundam retines. Verùm quia Septimus S. Rufinæ ſcilicèt, ſiue Syluæ Candidæ Epiſcopatus multis abhinc ſeculis deſijt, de ipſo hæc pauca ſcitu digniſſima tibi ſuggerenda curauimus, iniquiſſimum reputantes, ſi tantæ Eccleſiæ monumenta clariſſima, quæ ad tuæ iſtius Portuenſis gloriam redundare videntur, iaceant diutiùs obliuione ſepulta.

Igitur ante omnia cum præclara S. Rufinæ, ſiue Syluæ Candidæ Epiſcopalis Eccleſia à Saracenis ſolo æquata fuiſſet (erat autem in loco illo, qui hactenus dicitur S. Rufinæ Caſale Archihoſpitalis Sancti Spiritus in Saxia) comperimus Sergium Tertium Pontificem Maximum anno Chriſti 906. Pontificatus tertio ad ipſam reſtaurandam poſſeſſiones, & bona plurima contuliſſe,ea conditione tamen,vt Sacerdotes, & Clerici eiuſdem Eccleſiæ pro reme-

Vghellius To. 1. Ital. Sacræ in Epiſcopo XIII. Syluæ Candidæ ſcribit, hoc Sergij III. priuilegium factum fuiſſe anno 910.

dio Eccleſiæ ſuæ, & ſucceſſorum eius Romanorum Pontificum centum *Kyrie eleiſon*, & centum *Chriſte eleiſon* deberent quotidie in eadem Eccleſia clamare, oblationeſque in miſſarum ſolemnijs per ſingulas hebdomadas tribus vicibus.

Comperimus deinde, Ioannem XIX. Pontificem Maximum anno Chriſti 1021. dum priuilegia à Prædeceſſoribus ſuis conceſſa Eccleſiæ S. Rufinæ, ſiue Syluæ Candidæ innouaret, Petro eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus confirmaſſe inter cetera quinque monaſteria, videlicèt S. Stephani maioris, & minoris, Sanctorum Ioannis, & Pauli, B. Martini, ac Ieruſalem, conſtructa iuxta magnam Diui Petri Baſilicam Vaticanam; nec non ius conſecrationis, tam in dicta magna Baſilica, quàm in alijs Eccleſijs Leoninæ Ciuitatis, quæ nunc *Burgus* dicitur, vetuiſſeque, vt nullus Epiſcopus, excepto Epiſcopo Syluæ Cãdidæ, ad illa loca accedere præſumeret ad exercendas ſimiles functiones.

Vghellus loc. cit. pag. 111. col. 1. & pag. 121. col. 1. pro monaſterio *Ieruſalem* ponit monaſterium *S. Teclæ*.

Similitèr eundem Ioannem Pontificem dicto Petro Epiſcopo Syluæ Candidæ, ac ſucceſſoribus eius legimus conceſſiſſe omnia iudicia Eccleſiaſtica prædictæ Baſilicæ Monaſteriorum, ac totius Ciuitatis Leoninæ. Ordinaſſe etiam, vt Romani Pontifices pro tempore exiſtentes ad Imperatoris coronationem primum omnium Syluæ Candidæ Epiſcopum inuitarent, vtque Pontifice Maximo impedito cuncta ſacra officia, quæ per ipſum Pontificem in præmiſſa Baſilica, Monaſterijs, & Leonina Ciuitate

uitate fieri conſueuerat, non per alium, quàm per Epiſcopum Syluæ Candidæ expedirentur. Atque Conſecrationes altarium in eadem Baſilica, ac Monaſterijs, & Sacerdotum, & Clericorum, ac Diaconiſſarum totius prædictæ Ciuitatis Epiſcopo Syluæ Candidæ pro tempore exiſtenti liberè demiſiſſe. Præterea voluiſſe legimus eundem Pontificem, vt in diebus Palmarum, Cœnæ Domini, Paraſceue, ac Sabbati Sancti poſſet Syluæ Candidę Epiſcopus Proceſſionem cum Palmis agere in Baſilica memorata, Chriſma conficere, ſolemnitèr baptizare, ordinare, & omnia ea facere, quæ diebus illis per alios Epiſcopos in ſuis Eccleſijs expediri ſolent. Inſuper celebrare ſolemnitèr ijſdem diebus ſuper Altari maiori Baſilicæ Vaticanæ, quo tempore quicquid auri, argenti, panis, ceræ, vel aliarum rerum ab officij initio vſque ad Miſſæ finem ſuper Altari, ſiue in Confeſſione poſitum, aut iactatum fuiſſet, vel Epiſcopo ipſi celebranti oblatum, ipſiuſmet Epiſcopi eſſet. Indulſiſſe etiam, vt in quatuor memoratis diebus poſſet Epiſcopus Syluę Candidæ vocare aliquem ex Diaconis Pontificis ad miniſtrandum ſibi in præmiſſis officijs, in Miſſis ſolemnibus, ſi ei vtile viſum eſſet.

Tandem verò eundem Pontificem Petro iam dicto Syluæ Candidæ Epiſcopo, & ſucceſſoribus eius confirmaſſe legimus Eccleſiam SS. Adelberti & Paulini, Eccleſiam S. Benedicti cum omnibus eorum iuribus poſitas in inſula Licaonia, vt eſſet ipſis Epiſcopis Epiſcopale domicilium, Clericoſque omnes Eccleſiarum il-

larum plenariè Epiſcopis Syluæ Candidæ ſubiecit.

Super Eccleſia iſta S. Adelberti (& eſt nunc Eccleſia S. Bartholomei in Inſula) inter Portuenſem, & Syluæ Candidæ Epiſcopos comperimus per plures annos diſcordias plurimas viguiſſe, & tandem ſub Leone IX. Pontifice in Lateranenſi Synodo re maturiùs diſcuſſa, & conſiderata, cum Portuenſis Epiſcopus contra Creſcentium, tunc Epiſcopum Syluæ Candidæ, agens Benedicti VIII. Pontificis priuilegium produxiſſet, in quo Eccleſia S. Adelberti prædicta Benedicto tunc Portuenſi Epiſcopo concedebatur, qui eam conſecrauerat tempore Othonis Imperatoris III. à quo edificata fuerat, Leo prædictus Pontifex eamdem Eccleſiam Portuenſi Epiſcopo confirmauit, deſcriptis, & deſignatis Portuenſis Eccleſiæ, ſeu Diœceſis limitibus, in quibus Tranſtyberina regio, & Licaonia inſula comprehenduntur. Conceſſit etiam Epiſcopis Portuenſibus pro tempore exiſtentibus facultates omnes mobiles, & immobiles illorum hominum, qui ſine hærede, aut inteſtati decederẽt in regione, & inſula ſupradictis.

Poſt hæc verò præmiſſa priuilegia per Ioannem XIX. Pontificem iam conceſſa per Victorem II. circa annum Chriſti 1055. Humberto S. Rufinæ Epiſcopo, ſiue Syluæ Candidæ, ac ſucceſſoribus confirmata fuiſſe legimus ſub die x. Kal. Maij Indictione ij. eumdemque Victorem Secundum addidiſſe alia priuilegia, nimirùm, vt in Sabbato Sancto pro cœna Epiſcopus S. Rufinæ duodecim ſolidos denariorum

de

de B. Petri Confeſſione, & quinque panes pro vnoquoque Sabbato Quatuor Temporum, & in vnaquaque Feſtiuitate, in qua apud Eccleſiã Beati Petri pernoctandum eſſet, duos ſolidos cum candela olei, ac cereo. In Feſtiuitate verò ſancti Petri, & in Octauis, in Dominica *Gaudete*, in Feſtiuitate S. Andreæ, in Epiphania, in Aſcenſione, in Pentecoſte, & in feſto S. Rufinæ triginta libras ceræ, duo congia olei, & duas libras de olibano de eadem Confeſsione reciperet, candelas verò pendentes cum climoterijs, & cicēdulis ad ſufficientiam, ſicut ſemper fuit.

Vghellius loc. cit. pag. 113. col. 1. & pag. 117. col. 1. non ponit quinque *Panes*, ſed quinque *Solides denariorum*.

Vghellius loc. cit. *pro Climoterijs* legit *Clamatarijs*, & *Clamaſtarijs*. *Magrus* noſter in ſua Notitia aſſerit dicēdum *Climaſterijs*.

Inſuper feria ſecunda Paſchatis, ad Baſilicam Vaticanam pro Statione ibidem celebranda ſolemnitèr equitabatur Epiſcopus Sanctæ Rufinæ, ſiue Syluæ Candidæ pro tempore exiſtens, qui Pontificem Maximum de equo deſcēdentem ad ſtaphile ſemper recipere conſueuerat, ob tanti obſequij memoriam voluit idem Victor Pōtifex, vt chirothecas, cum quibus illa die Pontifex Maximus Miſsã ſolemniter celebrauerat, Epiſcopus Syluæ Candidæ perpetuis futuris temporibus lucraretur, eumdemque Humbertũ Epiſcopũ, eiuſque ſucceſſores perpetuos Sedis Apoſtolicæ Bibliothecarios inſtituit.

Tandem cum Eccleſia ipſa S. Rufinæ, ſeu Syluæ Candidæ omnino eſſet incolis deſtituta, multiſque iam annis proprio caruiſſet Paſtore, & Portuenſis Ciuitas in ſolitudinem penè deueniſſet, Calixtus Secundus Pontifex circa annum Chriſti 1120. eaſdem Eccleſias vniuit inuicem, & ex duabus vnam effecit vnius Eccleſiæ priuilegijs communicatis, mandans nihilo-

minus,

minus, vt ſicut olim ſingulis earum ſinguli Epiſcopi conſtituti ſacro Lateranenſi Altari conſueuerunt miniſtrare, ita deinceps vnus in eis, tanquam vna Eccleſia, ordinatus Epiſcopus eiuſdem Altaris ſeruitio in ordine vicis ſuæ inſeruiret, quam vnionem poſtmodùm Adrianus IV, & Gregorius IX. Pontifices confirmarunt.

Reſtat iam, Pater Illuſtriſſime, vt ex præmiſſis omnibus Eccleſiarum vnione, & priuilegiorum communicatione ſupra proximè recenſitis concludamus Tranſtyberinam regionem, Licaoniam inſulam, & Ciuitatem Leoninam iure Diœceſano ad Epiſcopum Portuenſem pertinere, & proinde in locis illis poſſe ſolùm Portuenſem Epiſcopum eccleſias, altaria, epiſcopos, & Moniales cònſecrare, ſacerdotes, & clericos ordinare, viſitare, ius dicere in ſpiritualibus, & cetera omnia facere, quæ alij Epiſcopi in ſuis Diœceſibus expedire ſolent; atque Dominica Palmarũ, Feria Quinta Cœnæ Domini, Sexta Paraſceue, Sabbato Sãcto, Dominica *Gaudete*, in feſtiuitate S. Andreæ Apoſtoli, in Epiphania, Aſcenſione, & Pentecoſte, ceteriſque diebus, in quibus Pontifex in Vaticana Baſilica ritu ſolemni celebrare non poteſt, Portuenſem Epiſcopum ſolum vigore vnionis pręmiſſæ poſſe liberè, & abſolutè, abſque eo quòd veniam ſolitam à Pontifice poſtulet ſuper eodem Altari maiori Vaticanæ Baſilicæ, Miſſas ſolemnitèr celebrare.

Humillimus Seruus
Michael Lonigus.

De

DE PACTIONIBVS CARDINALIVM, quæ vocantur CONCLAVIS CAPITVLA.

PRoximis præteritis Comitijs pro noui Pontificis electione, defuncto verè optimo Principe Vrbano huius nominis VIII. tam in Nouendialibus, quàm poſtea, dum Conclaui clauderemur, efformata fuere quædam Capitula, ſeu conuentiones, pactaque iurata à ſingulis Cardinalibus ob bonum futuri Pontificatus regimen, quibus iureiurando adacti promittebamus, ſeruaturos nos quædam, quæ Chriſtianæ Reipublicæ bono magis expedire videbantur.

Hinc ſæpe mecum ipſe recogitans, vt naturali veritatis inueſtigandæ ſtudio ſatisfacerem, quærendum conſtitui circà hæc de nonnullis: et Primò, An hæ pactiones, & Capitula ſint licita. Secundò, Poſito, quòd ſint, quo tempore ſint facienda. Tertiò, An, & quomodo obligent, & in quo foro, & an præciſo iuramento. Quartò, An dato, quòd electus Pontifex ijs ligetur, poſſit nihilominùs ſecum diſpenſare, vel Confeſſario committere, vt ſecum ipſe diſpenſet. Quintò demum, An iurans cum ceteris Cardinalibus aliqua mentali reſtrictione, & equiuocatione vti poſſit.

Has

Anchar. conſ. 181. incipien. In auxilium veritatis, & iuſtitiæ. *Barbat.* conſ. 1. *Alex.* conſ. 224. vol. 6. *Card. Iacobat* de Conc. lib. 7. art. 5. *Burſatt.* conſ. 342. lib. 4. *Flam. Cherub.* in Compen. Bull. in Bullam 63. Pij IV. in eligendis ſchol. 1.

Has quæſtiones latiſſimè pertractarunt Ancharanus, Barbatius, qui agit de pactionibus Conclauis in electione Pauli II. de quo etiam Alexander, Cardinalis Iacobatius, & ex ijs Burſattus, Flaminius Cherubinus, & alij multi, vt infra videbimus. Vnde, *ne crambem afferam recoctam* (vt fert Adagium) breuiter rem perſtringam, & meam promam ſententiam forſan nouam, ſed validis, & antiquis nixam fundamentis.

An Capitula Conclauis ſint licita.

Iacobat. d. art. 5. nu. 150.

Azor. in Summ. p. 2. lib. 4. c. 5. verſ. Decimò quæritur.

Lauor. Var. lucub. tit. 1. c. 9. num. 51.

Dico igitur quoad primum, has conuentiones licitas ſemper habitas, & exiſtimatas, & vſque à temporibus Bonifacij VIII (vt notat Iacobatius) in vſu fuiſſe; imò, vt habetur ex Azorio, à temporibus Alexandri III citra; vnde nec nuperum, nec explodendum inuentum: quandoquidem in quacumque Sede vacante vſurpatum, vt ex multis Conclauibus apud Lauorium colligi poteſt.

Barbat. d. conſ. 1. nu. 9. & 14. *Card.* in cap. Licet de electi. quæſt. 44.

Et iurè quidem; cum ad Cardinales, vti Papæ conſiliarios, & Eccleſiæ cardines, feliciori regiminis directioni conſulere in poſterùm pertineat, vt notant Barbatius, & Cardinalis: & quia metus, & reuerentia abſunt, id impellit Cardinales, vt rem referant ad trutinam, & quicquid è Chriſtiana Republica futurum intelligunt, integrum ſibi eſſe putant edicere.

Cap. Vbi periculum §. ceterùm de Elect. in 6.

Barbat. d. conſ. 1. n. 25. *Iacobat.* de Conc. d. art. 5. n. 180.

Huic tamen aſſertioni aduerſari videntur ea, quæ Gregorius Decimus damnat, prohibens Cardinalibus *pactiones*, *intendimenta*, & *condicta*, vtpote quæ ſua ſunt plerumque, non quæ Ieſu Chriſti, reſpicientia, & annullat iuramenta, vt aduertunt Barbatius, & Iacobatius latiſ-

latiſſimè, ex quo Burſattus, & alij. Vnde arguunt, huiuſmodi pactiones, & Capitula nequaquam permittenda, neque facta admittenda: tum quia ex eis futuri Pontificis electio retardari poteſt, tum quia in præiudicium plenitudinis poteſtatis, ex ore Chriſti collatæ Pontifici, tendere ſummoperè videntur. *Burſat. d. conſ. 342. nu. 25.*

Fauet Conſtitutio Innocentij VI à Raynaldo relata. Cum enim Cardinales in Conclaui poſt obitum Clementis VI multas edidiſſent pactiones, nimiùm Pontificum lædentes authoritatem, Innocentius electus Pontifex ſua Conſtitutione illas reſcidit. *Raynal. in Annal. Eccleſ. anno 1352. to. 16. n. 26. & ann. 1353. nu. 29.*

Sed re vera Doctores iſti decepti ſunt, (vt euidentèr apparet) aut prurientes auribus noluerunt videre, quæ clariſſima ſunt in Textu, cuius ſaltem mentem aſſecuti non fuerunt; ibi enim Pontifex prohibet *pactiones, & intendimenta*, quæ retardare poſſunt electionem, vt ſunt, cum priuata res publicæ detrahit, aut cum Principibus morem gerere, & ab eorum nutu pendere ſatagunt Electores; id enim apertè in electione ſua magno cum Eccleſiæ Catholicæ diſcrimine Gregorius didicerat: Sedes namque Apoſtolica per tres ferè annos, Cardinalium diſcordijs, & Principum factionibus agitata, Paſtore viduata, vt notum eſt, vacauerat.

Idque apertè deducitur ex contextu, ibi; *Dum libertas adimitur eligendi*, & ibi; *Omni priuatæ affectionis inordinatione depoſita*, item: *Non, quæ ſua ſunt, quærant; non commodis priuatis intendant*; et tandē ibi: *Id acturi tantummodo, vt eorum miniſterio acceleretur vtilis, & pernecеſſaria totius mūdi prouiſio.*

Ex quibus, qui non cæcutit, haurire facilè poteſt, quæ Pontifex ibi prohibet, et annullat, et Summarium textus clariſſimè exponit: *Caſſat omnia pacta, obligationes, & iuramenta, quæ data, vel facta eſſent de aliquo eligendo*. Et ſic non illa, quæ futurum Eccleſiæ regimen reſpiciunt, et animaduerſiones, vt ea euitentur, quæ in Anteceſſore, vti minùs laudabilia, reprehendi potuerant.

Non obſeruantur Conclauis Capitula Cardinaliũ commodum tantùm reſpicientia.

Hinc etiam reſponderi poteſt Conſtitutioni Innocentij VI. nam re vera Capitula in illa damnata, reiectaque nullum Chriſtianæ Reipublicæ commodum attingebant, ſed omnia ad Cardinalium, et Collegij authoritatem amplıandam collineabant, & Pontificiam nimiùm coercebant; *Exempli gratia*, quòd non faceret Cardinales, donec eorum numerus reduceretur ad xvi. et tunc, cum conſilio, et conſenſu, ſaltem duarum partium Cardinalium. Item, quòd non poſſet procedere contra Cardinales ſine conſenſu omnium Fratrum, vel duarum partium; ſic etiam in alienationibus, et conceſſionibus bonorum Eccleſiæ, et ſimilia continebat. Nil igitur mirum, ſi reuocata, et caſſa fuere.

Plat. in Vit. Clem. V. *Raynald.* tom. 15. Annal.

Reprehendi etiam poterant ea, quæ inita fuerunt in Conclaui Benedicti XI, in quo Clemens V. electus fuit, vt apud Platinam, et Raynaldum, et nihilominus ab ipſo religioſiſſimè obſeruata fuerunt.

Dicto cap. Vbi periculum.

Totum hoc ſubſequenti praxi vſurpatum videmus, et ab ortu diſpoſitionis in Lugdunenſi Concilio experientia coaluit, cum in cunctis

vaca-

vacationibus ab obitu Gregorij X. ferè ſemper huiuſmodi pactiones confectæ conſpiciantur apud Conclauium ſcriptores; et licèt non ſeruatæ, vt obijcit Iacobatius, nihilominùs ſemper conſcriptæ, et ſemper cum admiratione, et querelis non cuſtoditæ, vt infra videbimus.

Iacob: d. art. 5. num. 15.

Sunt autem conficiendæ (vt ad ſecundum dubium tranſeamus) in Nouendialibus, ne in Conclaui aliò Cardinales diuertantur, quàm ad miniſterium electionis, vt aduertit idem Lauorius poſt Panuinium, et Azorius iuxta Bullam Pij IV. licèt hodie ceſſent abſurda, conſiderata à Barbatio, et Burſatto, cum ex Bulla Gregorij XV et Vrbani VIII ſtatutis horis tantùm de mane, et veſpere in Cappella Xyſti electionis negotium peragi oporteat, et ſic cæteræ, quæ ſuperſunt, horæ à Cardinalibus huic operi tradi quidem poſſunt, vt experientia nos in eo Cōclaui apertè docuit. Modus autem, quo Cardinales in Nouendialibus citari ſolebant in craſtinum ad Capitula hæc peragenda, habetur in Diario Iulij Secundi in Nouendialibus poſt obitum Pij Tertij.

Conclauis pactiones quando ſunt conficiendæ

Lauor. loc. c. tit. 3. c. 5. n. 1. & 2. *Panuin* in Annot. ad Platin. in Vita Clem. V. *Azor.* par. 2. c. 5. *Bulla Pij IV* § 3. verſ. & ingredientes *Barbat.* d. conſ. 1. num. 25. *Burſ.* d. conſ. 342 num. 36. & ſeq.

Ad tertium. An per ſe hæ conuentiones, et pacta inita obligent, an ex vi ſolius iuriſiurandi, et voti, et in quo foro, interno, an externo? In hac controuerſia duæ ſunt ex aduersò pugnantes ſententiæ, et tertia diſtinguit.

An, & quomodo obligent Conclauis conuentiones.

Prima, et magis cōmunis eſt negatiua, quòd ſcilicèt per ſe non ligent, neque ex vi iuramenti tanquam acceſſorij ad rem ſuapte natura non conſiſtentem, et prohibitam veluti maioris boni impeditiuam, vt latiſſimè videre eſt apud

Barb. d. conſ. 1. *Iacob.* in d. art. 5. *Burſ.* d. conſ. 342. *Azor.* l. 4. p. 2. c. 5. verſ. Decimo quæritur. *Paleott.* de Sac. Conſiſt. Conſul. p. 1. q. 3. art. 4. verſ. 2. *Lauor.* loc. cit.

citatos Doctores, & præſertim Barbatium, Iacobatium, Burſattum, Azorium, Paleottum, & Lauorium. Fundamentum eſt; nam hoc eſſet derogare, & infirmare plenitudinem Pontificiæ poteſtatis, cui nec ipſe Pontifex, licèt iuratus, poteſt cedere ex *Cap. ſi diligenti de foro competenti*, vt inquiunt Iacobatius, Albanus, & Decianus; ſic enim ab altero iudicaretur, quod fieri non poteſt, vt colligit Antonius Auguſtinus. Prima namque Sedes à nemine iudicatur in terris, aut ad aliquid peragendum cogitur. Vnde eo ipſo, quòd Pontifex eſt renunciatus, ſolutus dicitur ab omni vinculo promiſſionis, iuramenti, & voti, cum illo caſu, vt ponderant Alexander & Albanus, votum, & iuſiurandum in Eccleſiæ, & amplitudinis Pontificiæ poteſtatis detrimentum magnoperè verterentur. Hinc in Sede vacante Eugenij IV. ex conſilio Cardinalis Bononienſis ceſſatum fuit à ſimilibus Capitulis tanquam nullius roboris, vt refert idem Iacobatius.

Iacob. d. art. 5. n. 146. *Alban.* de Cardin. q. 36. *Decian.* conſ. 14. n. 59. vol. 3.

Ant. Auguſt. in Epit. iur. vet. lib. 3. tit. 13.

Alex. & *Alban.* loc. cit.

Iacob. d. art. 5. n. 148.

Cumque eadem controuerſia exagitata fuiſſet ſub Iulio II. inter Cardinales, qui, fauentibus nonnullis Principibus, Piſis Concilium indixerant, conſideratis præſertim Capitulis, & conuentionibus ab eodem Iulio in Conclaui, demortuo Pio III. & poſt ſuam electionem, iuratis (quæ impreſſæ fuere Pariſijs anno 1612 ex Bibliotheca Regia) & Iulius nonnulla feciſſet contra eas, quas iurauerat, conuentiones, nihil tamen actum eſt, vt obſeruat Spondanus inquiens, *Quàm infirmæ ſint obligationes in eo, qui ſuprema pollet authoritate, maximè cum noui emer-*

Spondan. Annal. Eccleſ. to. 2. ann. 1511. n. 9. in fine.

gunt caſus alicuiuſmodi excuſationis, nemo non intelligit, & exemplis aliorum Pontificum, qui ſe ſimilibus obligationibus ſubiecere, confirmatur; poſſunt enim ipſi ſe ipſos ab ijs liberare, cũ expedire viderint. Hæc ipſe. Et tamen in illo caſu iurauerat Iulius, ſe ipſum à periurio, & anathemate, quibus, ſi falleret, ſe ſubiecerat, non abſoluturum, neque abſolutionem alteri commiſſurum.

Ex aduersò alij affirmant obligari ac quilibet priuatus, cum iuramenta ſemper ſint ſeruanda ex Canonum diſpoſitione, niſi ea ad interitum vergant ſalutis æternæ. Cap. Debitores De iureiurando cum concord.

Nec ambigendum, quin Papa iureiurando ligetur, vt tradunt Albanus, Imola, & Felynus poſt Antonium, & alios apud Barbatium, & Iacobatium, & notatur in *C. authoritatem* 15. *q.6.* latè etiam hoc firmant Decius, & Fragoſius, qui ait, grauiùs ex tranſgreſſione peccare, tanquam in maiori dignitate conſtitutum iuxta illud Iuuenalis.

Alb. Imol. & Felyn in c. 1. de Conſtit. n. 33. *Barbat.* d. conſ. 1. nu. 77. *Iacob.* d. art. 5. à nu. 11.

Dec. conſ. 151. *Fragoſ.* de Repub. Chriſt. par. 2. lib. 1. diſp. 1. §. 2. nu. 17.

Iuuenalis Sat. 8.

Omne enim vitium tantò conſpectius in ſe
Crimen habet, quantò maior, qui peccat, habetur.

Secundò probant, quia negari non poteſt, quin Papa contraxerit cum Eccleſia à Cardinalibus tunc repræſentata, vt idem Iacobatius notat; at certum itidem eſt, ipſum ex contractu teneri, vti firmant Felynus, Cardinalis, & Albanus, quia hoc nititur iuri naturali, & ab eo originem ſumit, vt ait idem Felynus, & alij penes Barbatium, & quòd abſque iuſta cauſa nequeat ab illo reſilire probat Vaſquez ex communi Doctorum opinione: & de Principe ad aliquid ſe obligante, quòd teneatur ad obſeruan-

Iacob. d. art. 5. lib. 7. nu. 73.

Felyn. d. c. 1. nu. 23. de Conſtit. & in c. 1. de probar. not. 1 *Card.* conſ. 147 *Dominus noſter Papa Abb.* d. c. 1. de Conſtit. & in c. 1. de probat. num. 2. & 3.

Barbat. d. conſ. 1. nu. 1. *Iacobat.* d. ar. 5. nu. 21. *Vaſquez* Controu. illuſt. c. 26. num. 10. 12. 16. & 17.

uan-

uantiam pactorum, latè congerit doctrinas Aluarez, probans, quòd nec de plenitudine poteſtatis poteſt illis contrauenire, prout etiam ſcribit Azorius.

Aluar. de priuil. pauper. p. 1. q. 6. nu. 36. & 37.

Azor. p. 1. lib. 5. c. 11.

Imò tanquam Pontifex magis proprio iureiurando deuinctus videtur, vt ceteris, quidquid voto, & iuramento promiſerint, ſeruandi præbeat exemplum. Vnde Paulum II Cardinalis Papienſis in epiſtola, quæ incipit, *Quid eſt hoc Paule?* arguebat de inobſeruantia iuramenti; conqueriturque de eo in epiſtola ſequenti cum Cardinali Theanenſi.

Card. Papien. epiſt. 177.

Tertia eſt opinio aliorum, qui diſtinctione vtramque conciliare nitũtur; ſi enim, inquiunt, ſeruari iuramentum poteſt abſq; diſpendio ſalutis æternæ, vel graui Pontificiæ authoritatis detrimento, vel Eccleſiæ damno (omnia enim hæc ſimul requirunt) & res, de quibus iuratum eſt, tendant ad bonum publicum, & tunc ſeruandæ ſunt: Si verò ſecus ſit, & tunc minimè exequendæ: Et ſi res eſt dubia, tunc etiam ſunt obſeruandæ conuentiones, cum in materia peccati tutior ſemper ſit pars eligenda. Hanc concluſionem amplectitur Cardinalis Albanus, & ratio eſt, quia in primo caſu, præciſo etiam iuramento, ex vi rei iuratæ obligaretur Pontifex, cum æqua, & iuſta ſit, & ad bonum publicum directa. Nobis autem, licèt in eadem ſententia progredientibus, alius nihilominus arridet conciliationis modus, & *nouam ſemitam quærimus in veteri via*, vt ait ſanctus Hieronymus, cum ex vna parte ſummam, ampliſſimamque Pontificis authoritatem lædere vel minimùm non

Card. Alban. loc. cit. quæſt. 36. verſ. Eſtem.

S. Hier. ad Ageruch. epiſt. 11.

au-

audeamus: ex alia verò res mali exẽpli,& ſcandalum generans apud Fideles videri poteſt obliuio, & deiectio rerum voto, & iuramento promiſſarum. Ratione enim vincimur, & dictamine naturali, hocque ſummoperè in Pontifice exoptandum, qui ratione potiùs, quàm ſuprema vti debet authoritate, vt docet ſanctus Gregorius, inquiens: *Idem Apoſtolorum primus tanta donorum gratia repletus, tanta miraculorum poteſtate ſuffultus, non ex poteſtate, ſed ex ratione reſpondit*: ne & illud Diui Bernardi obiici poſſit; *Quomodo non indecens tibi, voluntate pro lege vti, & quia non eſt, ad quem appelleris, poteſtatem exercere, negligere rationem?* Et ſic alia diſtinctione vti nos poſſe cenſeremus in hac controuerſia dirimenda.

S. Greg. in Regiſt. epiſt. 39. lib. 9. indict. 4.

D. Bernar. lib. 3. de Conſider. cap. 8. Edit. Rom.

Vt autẽ clarior euadat reſolutio, ſupponimus ex communi Theologorum, & Canoniſtarum doctrina, rem lege imperatam duplici modo ad praxim deduci poſſe. Aut enim coactiuo imperio, aut directiuo tantùm dictamine obſtetricante, vt ita dicamus, ad eſſe reducitur, vt de lege aſſerit D. Thomas, & apud eum omnes Scribentes, præſertim verò Caietanus, & pariter firmant Vaſquez, Sales, & Durandus. Primo modo ad leges ſeruandas trahuntur ſubditi: ſecundo Principes ſuperiorem non agnoſcentes deducuntur; nam, vt ait Diuus Chryſoſtomus: *Non ſimilitèr legem ſeruat, qui ſub lege, & qui ſupra legem eſt*, adeò vt noſtro iudicio dicere velit, quòd Princeps à ſe cogatur, ſed ſubditi à Principe. Et clariùs cum Valentia additur, debere Principem neceſſariò id, quod per legem

D.Thom. 1.2.q.96.ar.5.ad 3.

Vaſq. diſp. 167. *Sales* lib. 1. de legib. c. 11. qu. 1. *Duran.* in tract. de legib. §. ſed ſi quætas verſ. ad primum in fine.

D. Chryſoſt. Hom. 2. in Epiſt. 1. ad Timoth.

Valen. to. 2. diſp. 7. qu. 5. de lege humana p. 4.

alijs

aliјs præſcribit, præſtare, quando ijs rationibus, quæ ſimiliter ipſum Principem attingunt, ad condendam legem adducitur. Hoc tamen non idcirco neceſſariò præſtare debet, vt vitet pœnam, ſed vt vitet certè peccatum, quod alioquin committeret ex vi eiuſdē legis, quam ipſe condidit, quatenus illa lex etiam naturali, & æterna lege fulcitur, & nititur; lex enim humana, ſi iuſta eſt, pendet à lege æterna, & naturali, à qua deriuatur, iuxta S. Thomam, et omnium Theologorum ſententiam, vt apparet ex eodem Valentia, Caietano, Victoria, Vaſquez, et Soto. Et hac de re latè, & appoſitè diſſerit P. Marquez, & priùs valde ad rem noſtram Turrecremata.

S. Tho. d. qu. 96. art. 4.

Valen. d. loc. pun. 4. paulò poſt medium. *Caietan.* d. art. 5. in reſpon. ad argum. *Victor.* in relect. de poteſt. ciuil. nu. 21. *Vaſquez* 1. 2. diſp. 168. c. 3. *Sotus* l. 1. de iuſt. & iure qu. 6. art. 7.

Marquez in Guber. Chriſt. lib. 1. c. 2. *Turrecrem.* de Author. *Papæ* qu. 57.

Pari modo nobis ratiocinandum videtur de conuentionibus, & pactis voto, & iuramento roboratis, cum vota pari paſſu incedant, vt in terminis noſtris arguit idem Valentia, dicens: *Quòd autem poſſit quis per legem propriam ſe etiam ipſum obligare, ſecundùm vim legis directiuam, ideſt, ſibi etiam inijcere obligationem faciendi aliquid ad vitandum peccatum, ſatis confirmatur ex natura, & vinculo voti, per quod conſtat, hominem poſſe ſe ipſum obligare*; quidni igitur poſſit etiam per legem, qua ſimul, & ſe, & alios deuincit? et idem alibi firmans ait: *Votum eſt veluti quædam lex humana particularis*. Imò hæ conuentiones noſtræ communiter, & vulgò leges appellantur, eodemque ſenſu eas vſurpans Cardinalis Papienſis in dicta epiſtola ad Cardinalem Theanenſem incipienti *Non precibus*, ait: *Vt ſeruandas ſibi putaret leges votas, atque iuratas*.

Valen. loc. cit. verſ. *ad primum igitur, & ſecundum.*

Valen. d. diſp. 9. 5. p. 9.

Card. Papien. epiſt. 178.

Hoc

Hoc ſuppoſito; dico, quòd, aut loquimur de cogendo Pontifice ad exequenda, quæ iurauit ac vouit, & ſemper Doctoribus negatiuæ opinionis aſſentirem; in his enim terminis locum habent rationes ab ipſis conſideratæ, non poſſe videlicet Pontificem, & Primam Sedem iudicari, aut cogi ab aliquo mortalium, adeo quòd nec ipſe huic beneficio renunciare, poſſit vt latè firmant Caietanus, Suarez, Bellarminus, & innumeri alij, cum neque etiam ſponte poſſit alicui ſe ſubmittere iuxta Turrecrematam; & hoc locum habet in foro externo. Pari pacto cum iuramentum vergeret in diſpendium Eccleſiæ Vniuerſalis, ſiue ſummæ à Deo ſibi traditæ poteſtatis, quod eſt præcipuum ex aduerſò Scribentium, & Alexandri fundamentum.

Caiet. tr. 2. de poteſt. Papæ. *Suar.* adu. Reg. Angl. l. 4. c. 7. præſertim nu. 3. *Bellar.* de Cont. l. 2. c. 18.

Turrec. in Sum. c. 104. lib. 2.

Alexan. d. conſ. 114.

Aut loquimur de Pontifice ſecundùm vim directiuam, et inſpecta iuſtitia, et æquitate rerum voto promiſſarum, et in foro interno: et tunc, cum hæ ſint ad publicum bonum directæ, tenebitur illas, vt quiſque alius priuatus, ſeruare, cum his tamen differentijs. Primò, quòd priuatus ab alio ſuperiore, ſed Pontifex à ſe ipſo cogatur. Secundò, quòd priuatus indigeat authoritate Superioris ad ſe vinculo ipſo ſoluēdum, Pontifex ſecùs, vt infra videbimus, cum de diſpenſatione tractabimus; aliàs enim ſub reatu peccati mortalis, niſi leuis ſit materia, tenebitur ad ſe ipſum pactionibus iuſtis, iuratiſque conformandum ex vi ipſa directiua, et in foro interno. Vide multa de hoc apud Sotum, et Couarruuiam.

Sot. de iuſt. & iur. lib. 1. qu. 6. art. 7. *Couar.* in cap. Alma mater. p. 2. §. 1. nu. 3. & 4.

R Hinc

Hinc ex communi Canoniſtarum doctrina ſequitur, Pontificem peccare poſſe, cum ſit homo, et viator, ac teneri Conſtitutione *C. omnis vtriuſque ſexus*, cum agatur de foro interno, et materia; Diuina lege in genere imperata, firmant Ioannes Andreas, et Archidiaconus in *C. fin. de pœnitentia*, vbi, quòd non poteſt Papa ſibi remittere pœnitentiam à Confeſſario inflictam: et ita tenent Gloſſa, Martinus Garati, Iacobatius, et ex D. Thoma firmat Turrecremata, allegans Albertum, et Bonauenturam.

Gloſ. in cap. Sanè *il ſecondo* de Offic. deleg. & in cap nemo. 3. qu. 3. *Mart. Garat.* tract. de princ. qu. 36. *Iacobat.* lib. 6. art. 14. nu. 39. & lib. 7. art. 5. nu. 10. & 30. *D. Thom.* in 4. diſt. 19. *Turrecrem.* in ſumm. d. c. 104. lib. 2. circa princ.

Fauet etiam huic aſſertioni commune axioma, aliquem ea, quæ licitè non facit, non poſſe facere, prout ait Seneca: *Id facere laus eſt, quod decet, non quod libet*: et de Papa Theologi, et Canoniſtæ affirmant, quòd illius poteſtas, quamuis ſumma, eſt tamen coarctata ad limites dictaminis rationis naturalis, et honeſtatis, prout videri poteſt apud Decianũ: adeò vt, quæ ſunt irrationabilia, facere non poſſit; ſine dubio (dicam cum Tertuliano) *id non debet licere, quod malè fit, & vtique hoc ipſo præiudicatur licere, quod benè fit*. Et elegáter inquit Caſſiodorus: *Cum omnia poſſimus, ſola credimus licere nobis laudanda*. Sed elegãtiùs dixit ſanctus Ambroſius loquens de Dauid. *Quem mihi tu huiuſcemodi reperias virum, qui in poteſtate conſtitutus, putet ſibi quod non decet non licere, qui ſe legibus obſtringat ſuis: & quod per iuſtitiam non licet, nec per poteſtatem licere agnoſcat?* Hinc optimè de ſe ipſo profitetur Innocentius VI. apud Raynaldum, inquiens: *Cum enim illud poſſe dicamur, quod de iure poſſimus; quoties iuris tranſcendimus limites, rapimur extra potentiam*. Et hoc pro-

Senec. in Octauia.

Decian. d. conſ. 14. nu. 69. vol. 3. & conſ. 8. nu. 19. & 30. vol. 1.

Tertul. in Apologet. cap. 4.

Caſſiod. lib. 10. Var. Theod.

S. Ambr. in Apolog. 2. Dauid cap. 3.

Innoc. VI. in epiſt. ad Petrum Regem Caſtellæ.

Raynal. to. 16. Annal. Eccleſ. ann. 1357. nu. 10.

procedit præcipuè in Pontifice, qui poteſtatem accepit à Chriſto *In ædificationem & non in deſtru-ctionem*, vt loquitur Diuus Paulus, et docet Driedo. Quare ait Albanus, *quòd Papa animaduertere debet, eò minùs ſibi licentiæ eſſe, quò plùs habet poteſtatis*, & ſequitur cæteros Thomas Delbene; neque in hoc vti poteſt plenitudine poteſtatis, nè audiat Diuum Bernardum ſibi obijcientem: *Sic factitando probare ſe habere plenitudinem poteſtatis, ſed iuſtitiæ fortè non ita*. Cùm igitur (vt ad rem noſtram redeamus) intelligenda ſit noſtra aſſertio non de iniuſtis, ſed de iuſtis pactis, & capitulis, & de ijs, quæ ad Reipublicæ Chriſtianæ bonum diriguntur: dico, Pontificem ea, quæ iuſta ſunt, & publico fauori conſentanea, & ab ipſo iurata, teneri ex vi directiua, & ad amoliendam peccati labem amplecti æquè ac quemlibet alium, qui ex vi coactiua compellitur (præciſa tamen pœnæ inflictione) imò maiori vinculo, cum plùs ipſe, quàm ipſo inferior, debitor ſit ſapientibus, & inſipientibus, vt in altiori collocatus culmine Dignitatis. Vnde ſponte, & non coactè aliqui Pontifices, ſuapte voluntate impellente, ex vi naturalis directionis iurarunt, huiuſmodi res ſeruare, quas vt plurimùm in capitulis, & pactis, vel legibus Conclauis complecti ſolet, vt videre eſt præſertim in iuramento Bonifacij VIII. ineunte Pontificatu apud Raynaldum.

D. Paul. 2. Cor. 10. *Dried.* de Liber. Christian. lib. 1. c. 9. fol. 19.

Alban. de Card. qu. 39. p. 2. in fin.

Tho. Delbene de Immun. Eccleſ. p. 1. c. 8. dub. 47. ſect. 4.

D. Bern. lib. 3. de Conſider. cap. 4. Edit. Antuerp.

Raynal. to. 15. Annal. Eccleſ. in Append. ad tom. 14. ann. 1295.

Et, vt rem ad praxim reducamus, examinare libet poſtrema pacta, & leges à nobis iuratas. Et primò de Pace inter Chriſtianos Principes procuranda, cum ſæuiſſimæ exarde-

ſcerent inter ipſos diſcordiæ, & bella cruenta. Quis enim dicere audebit, ad id non teneri Pontificem Chriſti Vicarium, & Vniuerſalem Patrem? &, ſi pacem non vrgeret, non peccare mortaliter, etiam præciſo omni iuramento, ex vi ſcilicet directiua? Secundò de executione Tridentini Concilij. Tertiò de ſarta tecta ſeruanda Eccleſiaſtica libertate, & Cardinalium dignitate ad priſtinum ſplendorem reuocanda, illiſque à Principum iniurijs vindicandis. Quartò de non inferendo bellum Principibus Chriſtianis abſque Cardinalium conſilio. In quo πάρεργον conſiderabam, Pontifices ſcilicet in re graui, & ardua, ſi conſilium Cardinalium non exquirant (licèt ad id non teneantur in rebus leuioris momenti) peccare, cum exponant ſe probabili errandi periculo, vel ius tertij offendendi (in moralibus dico, non in rebus fidei, in quibus nunquam deficere poſſunt ex peculiari Dei aſſiſtentia) non ſolùm conſiderata humani intellectus imbecillitate, ob quam Deus Moyſi, ſuo licèt diuino ſpiritu afflato, conſiliarios adiecit, & aſſumi in partem ſollicitudinis præcepit; ſed ex antiqua Eccleſiæ conſuetudine, adeo quòd hoc expreſsè Pontifices profitebantur, & iurabant in profeſſione, quã refert Baronius. Sunt, non abnuo, nonnulla ex ipſis pactis, quæ Cardinalium, & Sacri Collegij fauorem tantummodo ſpectant; &, licèt ea magnam præſeferant æquitatem, nihilominùs Pontificem, illa non ſeruantem, mortalis peccati reum agnoſcere non auderem.

Pontifices in re graui Cardinalium conſilium requirere debent.

Baron. to. 10. Annal. Eccleſ. ann. 869.

Quiſ-

Quiſnam igitur inficiari poterit, quin vi directiua Summus Pontifex cogendus à ſe ipſo ſit, ob euitandum peccati reatum, ad ſeruandas iuſtas Conclauis leges æquè, ac quilibet alius vi coactiua ad Superioris leges amplectandas impellitur?

Ad quartum modò quæſitum deueniamus: An dato, quòd Pontifex, vt probauimus, vi directiua, & ſub peccati mortalis pœna, ad iuſta pacta iurata ſeruanda teneatur; poſſit nihilominùs ſecum ipſe diſpenſare, aut facultatem Confeſſario tradere, vt ſecum ipſe diſpenſet?

An Pontifex diſpenſari poſſit ab obſeruantia dictorum Capitulorum.

Et quidem abſolutè loquendo, nemo in dubium reuocare poteſt, quin vtramque Pontifex habeat facultatem, & ſecum ſcilicet diſpenſandi, & eam ſecum diſpenſandi tribuendi Confeſſario ex D. Thoma, Caietano, Suarez, & Sanchez; cũ diſpenſatio ſit actus iuriſdictionis voluntariæ reſpectu eius, in quem exercetur; & ideò non requirit perſonam diſtinctam à diſpenſante, vt docent Canoniſtæ.

D. Thom. in quodlib. 4. art. 13. in corp *Caiet.* 2.2. qu. 96. art 5 verſ. ad hoc dubium. *Suar* de legib lib. 6. c. 12. num 8. *Sanchez* de matrim. lib. 8. diſp. 3. nu. 6.

Canoniſtæ in cap. 1. de Conſtitut.

Vis autem difficultatis in eo eſt: An abſque cauſa diſpenſare poſſit, an verò, vt poſſit, cauſa requiratur: & in dubio, an cauſa præſumatur in Principe ſecum diſpenſante.

An in dicta diſpenſatione requiratur cauſa.

Pro clariori ſolutione ſupponendum nobis eſt ex communi Scribentium ſententia, duo requiri ad diſpenſationem, ſcilicet cauſam, ex qua appareat diſpenſationem eſſe vtilem bono communi, & authoritatem, vt habetur in Decreto *diſt.* 1. *quæſt.* 7. *per totam*, & ex Valentia, Sanchez, & Suarez, qui demonſtrat, eſſe communem Theologorum, & Canoniſtarum, &

Valent. to. 2. diſp. 7. qu. 5. punc 9. *Sanch.* loc. cit. lib. 8. diſp. 18. num 3. *Suar.* vbi ſuprà de legibus cap. 18. nu. 3. & 4.

quòd

quòd multi Canoniſtæ, qui pro contraria allegantur, hanc ſequuntur, prout Abbas, qui ait: *Vnde ſi iurat, obligatur Deo, nec ſine cauſa poteſt ſeipſum abſoluere, vel abſolui facere.* Et alibi idem Abbas cum Gloſſa, & Innocentius, & Felynus, & Fragoſius, qui loquens de Papa ait, quòd ſine cauſa non eſt exemptus ab obligatione ſeruandi, quod iurauerat; ſicut etiam D. Thomas docet, quòd Papa non debet diſpenſare in rebus huiuſmodi abſque graui, & magna cauſa: & ita tenent Alexander, & alij innumeri vltra modernum Nicolartem,

Abbas, in d. c. 1. de Conſtit.

Gloſſ. in cap. Quanto de iureiur. & ibi *Abbas. Innocen.* in cap. Cum inter de renunciat. *Felyn.* in d. cap. 1. de Conſtit. nu. 33. *Fragoſ.* de Rep. Chriſt. lib. 1. p. 2. diſp. 1. num. 17.

D. Tho. in d. Quodlib, ar. 13.

Alex. d. conſ. 224. num. 6. & 7. lib. 6.
Nicolar. de concord. German. tit. 3. dub. 3. §. 5. & §. 8.

Et hoc comprehendit omnes Legislatores, et Principes, adeò quòd, ſi alterutra harum duarum conditionum deficiat, peccet is, qui diſpenſat, iuxta Sanctum Thomam, & Caietanum aſſerentem, quòd pro ſola voluntate, & libito diſpenſantis non dicitur diſpenſatio, ſed diſſipatio: & Ancharanus poſt Gloſſam, et Doctores ait, Papam peccare diſpenſando ſine cauſa. Vnde ex adductis videtur reſpondendum, non poſſe Pontificem ſecum abſque cauſa diſpenſare, et, ſi de facto diſpenſat, peccare.

S. Thom. p. 2. qu. 97. art. 4. & ibi *Caietanus*, & in d. qu. 96. art. 5. in fin.

Ancharan. in Cap. Non eſt. de Vot.

Controuertitur autem, an peccet mortaliter, vel venialiter diſpenſando ſecum ſine cauſa: & poſt cæteros Diana, mouens dubium, vtramque refert opinionem, adducitque plures affirmantes, peccare mortaliter ex Tridentino Concilio grauiter prohibente diſpenſationes ſine cauſa. Ita firmant Suarez, Couarruuias, Sanchez, Malder, Granado, Gordonus, & etiam D. Thomas, & Sotus, ac Nauarra: nam eſt

An Pontifex in prædictis diſpenſatione ſine cauſa mortaliter vel venialiter peccet.

Diana par. 8. tract. 3. reſol 9.

Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 5. de Matrim.
Suar. de leg. lib. 6. c. 18. n. 9. *Couar.* in 4. Decret. 2. p. c 6. § 9 n. 7 *Sanch.* in Opuſc. lib. 5. c. 1. dub. 5. n. 6. *Mald.* in 1. 2. q. 97. art. 2. dub. 2. poſt primam concluſ. *Gran.* 1. 2. contr. 7. tract. 3. p. 2. diſp. 17. ſect. 3. n. 24. *Gordon.* in Sum. lib. 2. q. 15. c. 5. n. 1. *D. Thom.* 1. 2. q. 97. art. 4. *Sot.* de iuſt. & iur. q. 7. ar. 3. *Nauar.* cap Si quando de reſcript. except. 8. n. 13

eſt communis opinio Scribentium, quibus adde Vaſquez, qui conſiderat, ſummam Pontificis poteſtatem eſſe ad ædificationem, vt diximus, & non ad deſtructionem.

Vaſquez cõntr. illuſtr. lib. 1. c. 25. n. 16. & 17. in fin.

Negatiuam ſententiam, quòd ſcilicet peccet tantùm venialiter, amplectitur Diana, adducens pro ſe Valentiam, Salas, & Villalobum. At Valentia putat probabile, quòd peccet mortaliter, vnde adduci non poteſt ſimpliciter pro negatiua.

Diana loc. cit. & in p. 1. tr. 10. reſol. 35.

Valen. tom. 2. diſp. 7. qu. 5. pun. 5. *Salas* de lege diſp. 20. ſect. 5. num. 54. & 55. *Villalob.* in Sum. to. 1. tr. 20. dub. 4. nu. 6. *Valen.* loc. cit. pun. 9.

In hac controuerſia exiſtimo, non diſcedendum ab affirmatiua, & communi: tum quia in materia peccati, & quæ conſcientiam tangit, tutius eſt fauere opinioni ſtrictiori: tum quia (& hæc ratio vim facit, quæ ex ſuppoſitis clarè deducitur) dato, quòd Pontifex ex vi directiua ad ſeruandas conuentiones iuratas, vt probauimus, ſub vinculo peccati mortalis ſit deuinctus, quoties ſoluit ſe à ligamine ſeruandi, quod vouerat, conijcit ſe in occaſionem proximam incurrendi peccatum: ergo & peccat mortaliter, non venialiter tantùm, ſecundùm propoſitiones ab omnibus receptas. Ita Caietanus, Suarez, Caſtropalaus, & alij paſſim. Et hoc non oritur *ex defectu authoritatis, quam habet ampliſſimam* (vtor verbis Victoriæ) *& à nullo limitabilem, ſed propter materiam ipſam, quæ non recipit diſpenſationem ſine magno malo Eccleſiæ*.

Caiet. in Sum. verb. Periculum *Suar.* de pœnit. diſp. 32. ſect. 2. *Caſtrop.* de pecc. tr. 2. diſp. 2. pun. 9. §. 5.

Victor. de Poteſt. Papæ, & Conc. num. 20.

Vrgeo ampliùs: nam ex communi Scribentium ſententia Papa peccatum mortale incurrit, quoties diſpenſando abſque cauſa ſcandalum inde oboriretur; at certum eſt, in caſu noſtro, moraliter loquendo, ſcandalum generari: etenim

etenim cum Pontifex iuret, & voueat formatarum Conclauis legum obſeruantiam, quando contra illas committit, non eſt, qui non videat, admirationem, & ſcandalum oriturum in Romana Ciuitate omnium gnara, & nihil reticente, & vt Tertullianus de Athenis ait *Linguata Ciuitate*, cuius proprium iuxta Diuum Hieronymum eſt, *Laudare, & detrahere, audire, & proloqui*: idemque Diuus Hieronymus de eadem dicit, *In maledica Ciuitate, & in Vrbe, in qua Orbis quondam populus fuit*; cum venire contra iuramentum per ſe generet ſcandalum, vt in terminis noſtris conſiderauit Iacobatius, & clariùs ex duabus ſupra allegatis epiſtolis Cardinalis Papienſis euincitur.

Tertull. lib. de Anima circa princip.

Hier. epiſt. 17. ad Marcellam: & epiſt. 10. ad Principiam.

Iacobat. loc. cit. art. 5 n. 16. & 101.

Adde, quòd, cùm pleræque ex illis pactionibus ſint directæ ad bonum publicum, ex earum contemptu graue emergit damnum Reipublicæ Chriſtianæ, quæ iure exigit à Pontifice, vt quod iurauerat, ſeruet: quod totum peccare illum mortaliter in re graui conuincit. Ad quod conſiderabam, nos non eſſe in caſu legis diſpenſandæ, ſed pacti, & conuentionis iuratæ. At valde diuerſum eſt; nam Principes, et Pontifices leges promulgant, et condunt, non autem iurant; et nihilominùs in illarum diſpenſatione exigunt Authores, et cauſam, et quidem grauem, vt vidimus, ne peccent; quantò ergo fortiùs in pactionibus hiſce iuratis, quarum fractione violatur Iuſtitiæ virtus, non ſeruando, quod eſt in fauorem tertij promiſſum, & quod eſt iuratū in fauorem Religionis, contemnendo? Et certè hoc animaduertere debent

Pon-

Pontifices à Domino Dominorum plùs cæteris ipſos fore puniendos, cum Superiorem in terris non habeant, & terribilius ſibi iudicium imminere ſciant ex Canone, & Imola, Pauino, & Iacobatio, qui cæteros cumulat.

Cap. Aliorum. 9. quæſt. 3. *Imol.* in c. Propoſuit de conceſſ. Præben. *Pauin.* de viſitat. q. 10. p. 1. num. 33. *Iacobat.* lib. 7. art. 5. nu. 20.

Dices, ceſſare omnem ſcrupulum in caſu noſtro; nam ſemper in Papa iuſta eſt præſumenda cauſa, & ſic ſcandalum, & peccatum mortale ceſſabit ex deductis. Quod autem cauſa præſumatur habemus *in C. Nō nos 40. diſt. cum concord.* & firmant Butrius, Alexander, Burſattus poſt Cynū; & Gabriel ex Iaſone dicit, commune eſſe opinionem tam Canoniſtarum, quàm Legiſtarum, quibus adde etiam Vaſquez.

Butr. in cap. Cum inter de tenunc. *Alex.* conſ. 2. vol. 1. & d. conſ. 224. l. 6 num. 8. *Burſ* d. conſ. 443 num. 21. *Cyn* in l. reſcripta C. de precib. Imper. offereg. *Gabr.* comm concluſ. de iure quæſ. non tollen. concluſ. 3. nu 4 *Vaſq.* contr. Illuſtr. lib. 1. c. 2. nu. 3. & cap. 25. nu. 17. q. 28.

Huic obiectioni tripliciter reſpondetur. Prima ratio ex cōmuni exceptione apud eundem Gabrielem deſumitur, videlicet non præſumi cauſam, quando ex diſpenſatione oriretur ſcandalum, vt inquiunt Panormitanus, & Felynus. At in caſu noſtro probatum eſt ſcandalum fore, vt oboriretur; ergo &c.

Gabr d. concl. 3. num. 18. limit. 8.

Panorm & Felyn. In Cap. Q. 2 in Eccleſiarum de Conſtit.

Secunda limitatio apud eundem Gabrielem reſponſionem præbet; nam cauſa non præſumitur, quando eſt ius tertio quæſitum ex contractu. At in noſtris terminis conſideraulmus ex contractu inito cum Collegio Cardinalium, & per eos cum tota Chriſtiana Republica ius fuiſſe illi quæſitum, vt ſcilicet res ad publicam vtilitatem ſpectantes iuramento promiſſæ ſeruentur, ergo, &c.

Gabr. d. concl. 3. nu. 13. in 7. limit.

Tertiò reſpondet Albanus, illud ſcilicet non procedere, quando à lege naturali, hoc eſt pacto, aſtringeretur Princeps ad ſeruandum, quod

Alban. d. qu. 36. circa fin.

promiſerat, & eò fortiùs ex vi iuramenti, & voti; nam aliàs ſequeretur abſurdum: nunquam enim contrahens cum Principe eſſet tutus, quòd is ſtaret contractui, & nemo cum ipſo contraheret, neque fœdus iniret, ad quod multa allegat. Et ſi cauſa in his caſibus non præſumitur, idem & fortiùs erit in terminis noſtræ quæſtionis dicendum.

Obiicitur ſecundò, hoc iuramentum præſtitum fuiſſe, dum Papa erat adhuc Cardinalis, & ſub qualitate Cardinalatus, vnde factus Pontifex non teneretur illud ſeruare; vt in ſimili dicimus de Prælato, qui iurat aliquid facturum contrahens ſub nomine dignitatis, nam ſi deſierit eſſe talis, vel deponatur, iuramenti vinculo non tenetur iuxtà Ancharanum, & Felynum, & hoc argumento potiſſimùm vtuntur Burſattus, Barbatius, Laudenſis, Alexander, Iacobatius, Albanus, & Turrecremata.

Anchar. in cap. Venerabilem de Elect. nu. 9. c. Si quis iam translatus 21. q. 2. *Felyn.* in cap. 1. nu. 7. de probat. *Burſatt.* d. conſ. 443 num. 13. *Barbat.* d. conſ. 1. nu. 94 *Lauden.* de Cardinal. q. 33 *Alex.* d. conſ. 214. vol. 6. *Iacobat.* de Conc. d. lib. 7. art. 5. verſ. et ſi dicatur. *Alban.* de Card. qu. 36. & tract. de Poteſt. Papæ, & Concil. nu. 127. & 128. *Turrecrem.* in Sum. de Eccl. libert. lib. 2. c. 104. & 105.

Sed certè miror, tot doctos viros re leuiſſimè perpenſa hoc argumēto deterritos; apertiſſima eſt enim differentia. Nam Cardinalis iurans agit de re, atque ſe deuincit ad rem, quam, vt in proxima potentia ad Pontificem euadendum, ſeruare eſt in animo, cum Pontifex erit, & ſic obligat ſe contemplatione futuri Pontificatus; ſiquidem vt Cardinalis, certum eſt, quòd obligatio eſſet eluſoria, etenim de re ad ſe non ſpectante fieret. Cum igitur intendat tempus ſummi ſui Apoſtolatus, nil mirum, ſi tunc incipiat obligari, ſicut dicunt Doctores de obligatione vno tempore cōcepta, & ad aliud tempus dilata. Sed in Prælato ſecus eſt: nam contrahit

L. Centeſimis 46. & l. interdum. 73. ff. de verb. oblig. cum concordat.

trahit, et iurat, vt talis, et de re ad ſe vti talem ſpectante, non vt futurus Epiſcopus alterius ciuitatis, ſed illius, cuius eſt Epiſcopus tempore promiſſionis; vnde nil mirum, ſi cum tranſit ad aliam, & res, de qua contraxit, non pertineat ad ſuã diſpoſitionẽ, tũc incipiat non teneri.

Reiectis igitur contrarijs iterùm dico, Pontificem, ex vi directiua dictaminis rationis, teneri ad ea, quæ vouerat, & quæ iurauerat Cardinalis, cùm bonum commune reſpiciunt, et Catholicæ Eccleſiæ fauent vtilitati.

Neque hoc eius ſummæ aduerſatur poteſtati; etenim cum D. Bernardo inſpiciendum eſt Pontifici, *Primùm, an liceat; deinde an deceat, poſtremò an expediat. Nam etſi conſtet, in Chriſtiana vtique Philoſophia non decere, niſi quod licet; non expedire, niſi quod decet, & licet: non continuò tamen omne, quod licet, decere, aut expedire conſequens erit.* Et contractiùs idem ait: *Sicut non omne, quod libet, licet; ſic non omne, quod licet, ſtatim etiam expedit.* Imo ex eo ſuam Pontifici manſuram παμβασιλείαν ſartam tectam ambigendum non eſt; ſibi enim ipſe lex eſt, & moderator, & teſte Seneca, *minimum decet libere, cui multum licet*, quod elegantiſſimè expreſſit Baldus ex Societate Ieſu.

D. Bernard. 1. lib. 3. de conſider. c. 8. Edit. Roman.

D. Bernard. epiſt. 15. ad Hugon. Rothomagen. Arch.

Senec. in Troad.

Bald. lib. 4. Lyric. ode. 14.

Ardente Roma, quod libet, hoc licet:
Clament Nerones: quod licet, hoc libet,
Traiane dicas; At nec omne
Quod licet, hoc libeat regenti.

Ad quintum tandem: An iurans potuerit aliqua mentis vti reſtrictione (vt Theologi vocant) adeò quòd in ſenſu, quo ipſe iuramentum conceperat, nequaquam rebus contrairet iuratis,

An iurans Conclauis capitula poſſit in æquiuocatione.

tis, ſi contra proprij iuriſiurandi verba poſtmodum operaretur.

Circà hanc materiam Aequiuocationis videndus eſt *P. Theoph. Raynaudus* tom. 14. tr. de æquiuocat. c. 3. & 4. præſertim à nu. 6. vbi omnia, quæ de hac materia dici poterunt, & exquiri quà hiſtoricè, quà Theologicè & moraliter, congeſta reperies.

Quinti huius diſſertationis nodi faciliori ſolutioni Eccleſiaſticis prælucendum hiſtorijs more ſolito conſtituimus. Prænoſcendum igitur erit pro noſtra hac theſi, hoc iuramentum exigi à S. R. E. Cardinalibus, qui tunc totius Catholicæ Religionis Caput viſibile referunt, & repræſentant. Vnde D. Cyprianus, Lapſorum, & Siculi Epiſcopi ſimiles ad Religionem ſpectantes controuerſias vacante tunc Sede poſt exceſſum nobiliſſ. mem. Viri Fabiani (verba ſunt eiuſdem Romani Cleri ad Cyprianum) detulerunt. Quòd Baronius aureis expreſſit verbis. *Videas inter hæc de Eccleſia, deſtituta Paſtore, eundem Romanum Clerum anxium eſſe, eandemque ſollicitudinem vniuerſi gregis ſedulo agitare conſilio, qualem viuens Pontifex ſuſcipere conſueuerat*. Et multò maiori energia idem protulit Clerus: *Aſpice totum Orbem penè vaſtatum, & vbique iacere deiectorum reliquias, & ruinas, & idcircò tam grande expeti conſilium, quàm latè propagatum videtur eſſe delictum*.

Cardinales Sede vacante Eccleſia Caput repræſentant.

D. Cyprian. ep. 15. & alijs Edit. Pamel.

D. Cyprian. epiſt. 31. edit. Pamel. & antiq. lib. 2. ep. 7.

Baron. to. 2. Annal. an. 251. nu. 32. & *Ferrar.* de Eccleſ. epiſt. genere lib. 2. c. 4. de Encyclic. & c. 7. de Clericis litteris.

Et hinc literæ, quas tunc ſcribunt, *Apoſtolicæ* nominantur, vt defuncto Nicolao II. & eas per eiuſdem Collegij Legatum Stephanum Cardinalem ad Germaniæ Epiſcopos, & Henricum III. miſerunt & propterea eidem Collegio, vacante Sede, controuerſias etiam politicas deferunt Principes, vti poſt obitum Clementis IV Hungari, & Boemi præſtiterunt, idemque frequẽtibus cõuinci poteſt exemplis.

Cardinales Sede vacante Apoſtolicas ſcribunt epiſtolas.

De hac legatione vide *S. Petrum Damianum* in defenſ. R. Eccl. contra Aduocat Regis Henrici, & *Baron.* to. xi. anno 1061. propè principiũ. Vide *Raynald*, Anno 1271. tom. xiv. Annalium.

Prænoſcendum ſecundò (quod ex præiactis doctri-

doctrinarum fundamentis in alijs articulis erui facilè poterat) nos eſſe in caſu, quo dubitãdum non erit, quin quilibet è recto, & iurato tramite deflexus ſcandalum, & quidem graue, pariat, tum in Vrbe, tum apud ferè omnes Catholicos, etenim vt D. Gregorius ait: *Humanæ aures verba noſtra talia iudicant, qualia foris ſonant*. Vnde periuri ſunt apud S. Auguſtinum, qui ſeruatis verbis expectationem eorum, quibus iuratum eſt, deceperunt. Hinc nil mirum, ſi poſtea audientes iuramenta, ſimplicibus, & apertis prolata verbis, votaque Deo oblata, effectu nihilominùs vacua, & nullatenùs ſeruata perſpicientes, ſcandalum paterentur, vt ex Epiſtolis Cardinalis Papienſis ſupra adnotauimus.

D. Greg. Magn. lib. 26. Moral. c. 7. & habetur in c. humanæ aures 22. qu. 5.

S. Auguſt. epiſt. 224.

His ſuppoſitis dico, nullatenùs licere Cardinalibus, cum iuramentum, votumque Deo legitimè ab ijs, vt vidimus, per Cardinalium Collegium, poteſtatẽ hanc obtinens, & vniuerſalem repræſentans Eccleſiam, exigitur aliqua vti amphibologia, aut mentis reſtrictione, non tantùm, quia *Quacumque arte verborum quiſque iuret, Deus tamen, qui conſcientiæ teſtis eſt, ita hoc accipit, ſicut ille, cui iuratur, intelligit*: ſed fortiùs hæc procedũt validiſſimis rationibus, quæ à præmiſſis inſurgunt. Certum enim eſt, vt probauimus, quòd Eccleſia Vniuerſali viſibili viduata Capite, in Romanum Clerum, videlicet Cardinales, totum ius regiminis transferatur; vnde illorum tunc partes ſunt, vt ijs prouideatur malis, quæ remedijs indigent in futurum. Pontifices ſiquidem *ex hominibus aſſumptos* neceſſe eſt humano quandoque puluere ſordeſcere in eorum cor-

Iſidor. lib. 2. ſentent. c. 31. & habetur in can. quacunq; 22. qu. 5.

Hebr. 5.

cor-

cordibus circa ea, quæ mores, hominumque culpas, & temporalem Eccleſiæ ditionem reſpiciunt, & inſtar Moyſis in vitiorum Amalecitas decertantis, manus ab iiſdem Cardinalibus, quaſi Aaron & Hur, ſuſtinendæ ſunt, vt victoriam conſequantur. Vnde, cum non vt priuati, ſed vt iudices, in hoc caſu habeantur ad iuramentum ab iiſdem Cardinalibus expetiti, veritatẽ profiteri tenentur ex communi Theologorum ſententia. Iuſta ſiquidem, & digna præſcriptio eſt, ait Tertullianus, in omni quæſtione ad propoſitum interrogationis pertinere debere ſenſum reſponſionis.

Exod. c. 27.

D. Auguſt. de Ciuit: Dei lib. x. c. 8. ait, manus in figuram Crucis extenſas tenuiſſe.

Tertull. cont. Marcion. c. 38.

Nec obijcere iuuat, quòd nemo in ſui graue detrimentum, aut cum adactus ad iurandum iuſtam habeat cauſam veritatem tacendi, priuari poterit iure vtendi hac mentis reſtrictione, vt aſſerunt Doctores, & poſt ceteros Sanchez, & Marquez. Nam potiùs in caſu noſtro nec damnum aliquod per iuramenta à Vouentibus, & Iurantibus incurritur, imò bonum commune, & Chriſtianæ Reipublicæ vtilitas, ab omnibus intenditur: in quibus terminis per veritatem determinatam ſub peccati mortalis reatu reſpondendum, curandumque erit, vt appoſitè ad noſtram materiã aduertũt Valentia, & Sanchez, qui diſertè, doctèque explicat differentiam inter æquiuocationes contra præceptum affirmatiuum veritatem dicendi, & negatiuum, ſcilicet non dicẽdi mendacium, vt eſt, quando agitur de bono publico, prout in caſu noſtro, in quo non licet vti æquiuocationibus, ſicut nunquam licet mentiri etiam de leui; etenim,

Sanch. in Summ. lib. 3. c. 6. num. 18. *Marquez* in ſuo Gubernat. Chriſtiano lib. 7. c. 1. circa fin.

Valen. 2. 2. diſp. 5. qu. 13. pun. 2. col. penult. in ſolutione ad ſecundum. *Sanchez* loc. cit. c. 6. n. 16.

etenim, vt rectè monet S. Auguſtinus: *Verba inſtituta ſunt, non vt per ea ſe inuicem homines fallāt, ſed vt eis quiſque in alterius notitiam cogitationes ſuas proferat*. Verbis igitur vti ad fallaciam, & non ad quod inſtituta ſunt, peccatum eſt.

D. Auguſt. in Enchirid. cap. 22. tom. 3 & habetur c. 1 autem qui 22. qu. 2.

Inſuper & ſecundò, cum ex iuramenti violatione ſcandalum oriri poterit, vt oriturum probauimus, communis Theologorum ſententia affirmat, non poſſe aliquem iurando amphibologiam vſurpare. Ita Caietanus, Sotus, Azorius, Valentia, Suarez, Leſſius, Couarruuias, et Sanchez, qui alios refert.

Caiet. 2. 2. qu 89. art. 7. circa ſolut. ad 4. verſ. ex quibus patet. *Sot.* lib. 8 de iuſt. & iur. qu 1. art. 7. *Azor.* to. 1. lib. xl c. 4. q 3. *Valen.* 2. 2. diſp. 6 q. 7. pun. 4. *Suarez* to. 2 d. Relig. tract. de iuram. lib. . c 7. nu. 2. *Leſſ* de iuſt. & iur cap 42. dub 9. nu. 45 *Couar* de pactis p 1 § 5. nu. 2. *Sanchez* d. lib 3. c. x. nu. 13. *Salom.* Prou. 17. 7.

Tandem nobis in memoriam reuocanda ſunt Salomonis verba: *Non decet Principem labium mentiens*; quid in Cardinalibus Apoſtolos exhibentibus? quid in Pontifice Chriſti Vicario? Quòd ſi Etnicis id improbatum, vt ille ait, *Iuſiurandum perinde æſtimandum, quaſi Iouem fefelliſſet; Deorum iniuriæ Dijs curæ*: ergo nonne & his obijci verè poſſet, quod Petrus exprobrauit Ananiæ: *Non eſtis mentiti hominibus, ſed Deo*? Et hæc dicta ſint ſub correctione rectiùs ſentientium.

Tacit. 1. Annal.

Actor. 5.

Cenſura Eminentiſsimi Cardinalis de Lugo.

IN hoc opuſculo optimè comprehenditur, et accuratè tractatur argumentum rei maximè neceſſariæ, in cuius lectione multa didici ab Eminentiſſimo, et Reuerendiſſimo Domino meo. Et quidem, quod ad me attinet, in ea

fui

Digitized by Google

fui ſemper ſententia, in genere loquendo, poſſe Pontificem obligari ex iuramento in Cardinalatu præſtito. Sic enim obligatur ad ſeruandam Bullam *De non alienandis terris Eccleſiæ &c. Ad non excedendum numerum Cardinalium. Ad non extrahendam pecuniam ex Arce Sancti Angeli, niſi in certis caſibus &c.* Experientia tamen diurna docet, capitula illa, quæ in Conclaui iurant, vix vnquam obſeruari. Quare deſideratur modus aliquis ad eorum obſeruantiam alliciens, qui meo iudicio, et iuxta mentem, et ſenſum Eminentiſſimi Authoris huius opuſculi hic eſſet, ſi Capitula de ijs ſolùm rebus fierent, quarum inobſeruantia non tam in priuatum Cardinalium, quàm in commune Eccleſiæ detrimentum redundaret: et hoc in ipſa iuramenti formula explicaretur, iuramentum illud obligare ſub mortali, quoties violatio in graue Eccleſiæ detrimentum cederet; tunc enim nulla eſſet excuſatio illorum, qui Capitula iurata non obſeruarent. Poſſet fortaſſe videri alicui durum, promittere omnimodam obſeruantiam Concilij Tridentini, quaſi non poſſet vnquam Pontifex in caſibus ſpecialibus Concilio Tridentino derogare. Verùm, cùm in ipſomet Concilio agnoſcatur facultas Pontificis ad diſpenſandum in eius legibus, non videtur fieri contra Concilium, ſi ex cauſa aliquando diſpenſetur, atque adeo nec contra iuramentum, niſi ex diſpenſatione graue Eccleſiæ detrimentum oriretur.

DE

DE SACRO VIATICO

IN EXTREMO VITAE PERICVLO CERTANTIBVS EXHIBENDO.

LIcèt non ieiunus, ſed poſt legalem Cœnam Chriſtus Dominus pretioſum Corporis, Sanguiniſque ſui inſtituerit Sacramentum, illudque Diſcipulis non ieiunis fuerit impertitus: nihilominùs, ab Eccleſiæ incunabulis à ieiunis naturali abſtinentia; &, vt ait Tertullianus, *virgine adhuc ſalua*, tantùm excipi conſueuiſſe, vt certum apud omnes ſupponimus. Vnde S. Auguſtinus hanc vniuerſæ Eccleſiæ conſuetudinem agnoſcens ait, *Liquidò apparet, quando primùm acceperunt Diſcipuli Corpus, & Sanguinem Domini, non eos accepiſſe ieiunos. Numquid tamen propterea calumniandum eſt vniuerſæ Eccleſiæ, quòd à ieiunis ſemper accipitur? Et hoc enim placuit Spiritui Sancto, vt in honorem tanti Sacramenti in os Chriſtiani priùs Dominicum corpus intraret, quàm cæteri cibi. Nam ideo per vniuerſum Orbem mos iſte ſeruatur*. Quod exſcriptum cernimus in ſecunda Synodo Matiſconenſi, ibi: *Iniuſtum eſt, vt ſpirituali alimento corporale præponatur.* Idque etiam habetur apud Gratianum, & D. Thomas inde præſertim probat aſſumptum: vt itidem Vualafri-

Vniuerſa Eccleſiæ conſuetudo dandi Euchariſtiam ieiunis.

Tertull. de Ieiun. cap. 6. Vide *Petauium* de Eccleſ. Hierarch. lib. 3. cap. 2. nu. 7.

S. Auguſt. Ep. 118. cap. 6. ad Ianuar.

Secun. Synod. Matiſc. cap. 6.

Can. *Liquidò* 154. de conſecr. diſt. 2. *D. Thomas* in 3. par. quæſt. 80. art. 8.

Vualafr: Strabo de reb. Ec. cleſ. cap. 19.

lafridus Strabo eidem argumento de eius poſt cœnam inſtitutione reſpondet.

Attamen Pia Mater Eccleſia nobis, in patriam redituris, vt in fortitudine huius cibi ad Montem, qui Chriſtus eſt, peruenire valeamus, ſacrum hoc Corpus, ac cœleſte Viaticum (ne caſus aliquis opportunũ ſubſidium Chriſtianis militibus, extremis horis cum Dœmone confligentibus, aliquando præripere poſſit) non ieiunis etiam exhiberi mandauit; multò magis exiſtimans conſentaneum, vt quis non ieiunus Chriſti corpus aſſumat, quàm (ne irreuerentiam aliquam infirmus committat) abſque huiuſmodi Pharmaco ſalutari decedat.

Neque hoc nimia cenſenda eſt indulgentia, ſi vſum antiquiſſimum conſideremus, quo adultis, pranſis aliquando, vt Baptiſmi ſacramento initiarentur, ſacra conſerebatur Synaxis, vt ex S. Chryſoſtomi doctrina colligitur; cum enim ſibi ab æmulis fuiſſet obiectum, vt deponeretur, ſe non ieiunum non ieiunis Chriſti Corpus præbuiſſe, reſpondit. *Quòd ſi mihi obſtinata mente id obijcere pergunt, Paulum etiam de dignitatis gradu deijciant, qui cœnatus vniuerſam domum baptizauit*. At ex hora, qua id peregit, apparet, etiam famulos iam cœnaſſe, & colligitur inſuper ab aduerbio *Continuò* ibidem adiecto, & confirmat P. Lupus; prout etiam apparet ex vſu, quo poſt Baptiſmum tam adultis, quàm infantibus ſacra impertiebatur Euchariſtia, vt ex Seuero Alexandro, & ex alijs colligit noſter Magrus.

S. Chryſoſtom. Epiſt. 125. ad *Cyriacum* ex editione *Frontonis Ducæi*.

P. Lupus in Not. ad Canon. Trullan. 29.

Seuer. Alexan. lib. de Bapt.

Magrus in Notit. verb. Baptiſmi.

Omittimus inſuper (quamuis antiquiſſimum

mum

mum, non tamen rectum) Africanum ritum, quo in die Cœnæ Domini non ieiunis, ſed pranſis exhibebatur, de quo Canones leguntur in Concilio III. Carthaginenſi, & in Concilio Africano, eiuſque ritus meminerunt SS. Cyprianus, & Auguſtinus, ac etiam ſexta Synodus Trullana, vbi notat P. Lupus; & referunt Socrates, ac Sozomenus ſimilem Aegyptiorum abuſum, qui, poſtquam epulati erant, & varijs ſe cibarijs ſaturauerant, ſub veſperum oblatione facta myſterijs communicabant.

Antiquus mos ſumendi Euchariſtiam poſt epulas.

Conc. III. Carthag. Can. 29. *Conc. Afric.* cap. 8. *S. Cyprian.* Ep. 64. ad *Cæcilium* in antiquis impreſſ. ep. 3. lib. 2. *S. Auguſt.* in d. ep. 118. ad *Ianuar.* relatus in Can. Sacramenta de Conſecrat. diſt. 1. *Sexta Synod. Trulian* Can. 29. & ibi P. *Lupus* in ſuis Notis. *Socrat.* lib 5. cap. 22. *Sozomen.* lib 7. cap. 19.

Omittimus pariter, quòd in Hiſpania à non ieiunis vſurpabatur ex damnato Priſcillianiſtarum errore, qui Corpus Chriſti phantaſmaticum exiſtimantes idcircò naturale ieiunium non prærequirebant. Vide Primam Synodum Bracarenſem anno 563.

Neque nobis conſilium fuit, hìc referre itidem caſus, in quibus abſque peccati, aut irreuerentiæ ſcrupulo non ieiuni poſſunt iſtud Sacramentum aſſumere; quos caſus, ad methodum accuratè non minus, quàm eruditè reuocans, P. Quartus penè octo colligit. Vltra verò illos (nam aliàs permiſſum non legimus) ex Iulij III. indulgentia permiſſum etiam fuit Carolo V. Imperatori; quòd propter ſtomachi languorem ſacra refici potuiſſet Euchariſtia etiam non ieiunus, vti refert P. Famianus Strada, non autem ob Imperialem dignitatem, ſicuti perperàm aſſeruit Diana.

Caſus, in quibus poteſt à non ieiunis ſumi Euchariſtia.

Quart. in Comm. ad Rub. Miſſ. par. 3. tit. 9. ſect. 1. dub. 6.

Famian. Strada lib. 1. Dec. 1. de Bello Belg. ex Bulla Ann. 1554. 19. Martij.

Diana par. 12. tr. Miſcell. in quæſt. *De Pontifice manu dextera impedito.*

Siſtendo igitur in hypotheſi, quam declarandam ſuſcepimus, & in præcepto ab Eccleſia promulgato, quòd infirmis, in periculo

conſtitutis, etiam non ieiunis Viaticum elargiatur, difficultas emerſit: An ſæpiùs id licitum ſit in eadem infirmitate, & ſub eadem forma Viatici. Quare diſcutienda erit Ritualis Romani Rubrica in titulo *de Communione infirmorum*, in qua hæc habentur verba. *Quòd ſi æger, ſumpto Viatico, dies aliquos vixerit, vel periculum mortis euaſerit, & communicare voluerit, eius pio deſiderio Parochus non deerit.*

An infirmo non ieiuno ſæpius dandum ſit Viaticum in eadem infirmitate.

Huius praxis Eccleſiæ, ſi altiùs repetendum ſit initium, ſaltem lege ſancitum, ad ſacram Nicænam Synodum referendum nobis videtur: ibi enim ſtatuitur, vt *Generaliter omni in exitu Euchariſtiam petenti Epiſcopus dare poſſit iuxta arbitrium ſuum*. Quæ verba, & in eodem ſenſu refert Concilium Duziacenſe Primum. Et, quòd de Sacratiſſimi Chriſti Corporis Viatico intelligi debeant, noſtra opinione, clariſſimè euincitur, tùm ex eodem textu Concilij, tùm ex verborum Græcorum vi, in Actis eiuſdem Concilij apud Gelaſium Cyzicenum in eodem canone, ibi: Τοῦ διακονικοῦ ἐφοδίου. Preſſa enim ſignificatione accipi debere de Viatico, id eſt ſacra Euchariſtia, exiſtimamus (prout accipit P. Theophilus Raynaudus poſt hæc ſcripta impreſſus, ad quod multa congerit) non autem de communione, & reconciliatione pœnitentium, licèt non adhuc adnumeratorum ex diſpenſatione inter Cõſiſtentes. Quod confirmat etiam recentior Gentiani Herueti verſio Nicæna, quamuis Doctiſſimus Albaſpina, & P. Lupus noſter contrarium affirmauerint ex Concilio Arauſicano Primo & Gerundenſi. Vis namque infer-

Synod. Nicæn. Can. 13.

Conc. Duziac. 1. cap. 7. in expoſtul. con. *Hincm. Laudunen.* In impreſſ. *Cellory*.

P. *Theoph. Raynaud.* Tom. 6. in Candel. 5. de Euchar. verb. Viaticum.

P. *Lupus* ad dict. Can. Nicæn. par. 1.

Concil. Arauſ. 1. can. 3. *Concil. Gerund.* cap. 9.

infertur tùm Græco verbo τὰ ἐφόδια, quod propriè *Sumptus, & neceſſaria al iter peragendum* ſignificat, vt apud Lexicographos, & optimè apud diſertiſſimum noſtrum Magrum, tùm quia omnes actus pœnitentis, vti charitatis erga Deum, & contritionis, dici poſſent *Viaticum*: Imò idem Baptiſmus fuit appellatus *Viaticum* à S. Baſilio, & S. Gregorius Nanzianzenus arguens illos qui in extremo vitæ recipiunt Baptisma, ſcribit: *Quandiu inter Baptiſtam, & Quæſtuariam nulla pugna eſt, dum ille morientem Viatico inſtruere, hic hæres nominari obnixè contendit.* Sanctus Cyprianus etiam omne genus Sacramenti appellauit *Euchariſtiam*; quare aſſerit, baptizatos *Euchariſtia* vngendos eſſe, vbi de Chriſmate intelligit, & docet, *Euchariſtiam* non eſſe iterandam, nimirum Baptiſma: & de multiplici huius vocis *Viatici* acceptione apud Patres, & Concilia vide latè Eſpencæū, & Albaſpinam, qui ait: *Viaticum eſt Communio, quæ excommunicato redditur breui morituro.* Non tamen hìc de Euchariſtia intelligit, ſed, vt ſupponit, quandoque pro Baptiſmo, Extrema vnctione, Confirmatione, aut Abſolutione, cum morituris miniſtrabantur. Ergo multò magis *Viaticum* vocari poſſet reconciliatio, & conſiſtentia inter pœnitentes, &, vt vocant, in quarto ipſorum gradu, & nihilominus apud SS. Patres, et Concilia numquam (ni memoria excidit) in hac ſignificatione huiuſmodi verba obſeruauimus. Hoc ſuppoſito: ſi dari indefinitè iuſſum fuit, et Epiſcopi arbitrio; argumentum eſt certè, quòd etiam non ieiunis poterat exhiberi:

Magrus in Notit. verb. Viaticum.

S. *Baſil.* Homil. in Sac. Bapt. S. *Nanzian.* Orat. in Sanc. Baptiſ.

S. Cyprian. epiſt. 70. ad Ianuar. in Serm. de ablut. ped.

Eſpen. De Euchar. adorat. lib 1. c. 1. *Albaſpin.* lib. 1. obſeruat. cap. 12.

Conc. Conſtan. can. 13.

hiberi: quemadmodum ex Concilio Conſtantienſi arguunt Doctores de illius iteratione, eo ſolo fundamento, quòd indefinitè fuerit conſtitutum. Vide Quartum, cui multum roboris edidit ſubſequens, & priſcus Catholicæ Eccleſiæ vſus.

Quart. loc. cit.

Conc. Arauſ. 1. can. 3.

Conc. Nicæn. can. 3.

Quòd autẽ in Cõcilio Primo Arauſicano referatur canon dicti Concilij Nicæni, dũ dicitur, *Secundùm definitiones Patrum*, (vt obijciunt ex aduerſo ad probandum, Nicænum loqui non de Viatico, ſed de pœnitentia, prout etiam interpretatur P. Theophilus Raynaudus dictum Concilium Arauſicanum) non contendimus; patet enim, quòd, cum in Concilijs verba hæc habeantur, ſemper de Nicæno intelligi debeant, vti clare dignoſcitur præſertim in V. Synodo: cauſa tamen errori dediſſe potuit (quòd ſcilicet pro pœnitentia Patres illi interpretati fuerint verba Nicæni de Communione) aut verſio non reſpondens Græco textui, aut communis, qui tunc vigebat, intellectus; plura enim ſubſequentium temporum Scriptores clariora reddidere, vt quotidie experimur, & poſtrema Herueti verſio id comprobauit, ibi: *In ſumma autem de quolibet excedente, & Euchariſtiæ participationem petente, &c.* Quare huiuſmodi noſtra aſſertio non erit diuinatiua, & in hac Nicæni Canonis explicatione vnanimiter conſentiunt Casaubonus, & Bullengerus. Eſt etiam decretum Innocentij Pontificis, dicentis: *Communionem dari abeuntibus placuit, & propter Domini miſericordiam quaſi Viaticum profecturis.* Licèt, ex ſubiecta mentione de Nouatianis, videatur de pœniten-

Theoph. Raynaud. loc. cit.

Caſaub. in Baron. exerc. 16. nu. 52. pag. 510. col. 1. *Bulleng.* Diatrib. 3. pag. 227. *Innocen.* De vlt. pœniten. cap. 22.

niten-

nitentia intelligendum, nihilominus verba ſubſequentia importare etiam poſſunt Euchariſtiam, ideſt, Sanctiſſimum Chriſti Corpus, ibi: *Tribuetur ergo cum pænitentia extrema Cõmunio.* Vnde vtrumque amplecti videtur, & ly *Communio* Sanctiſſimum Chriſti Corpus importare.

Idque confirmari poterit ex Concilio Gerundenſi; hoc ſiquidem, dum de pœnitentiæ benedictione meminit, Euchariſtiam intelligere notat Gloſſa, & niti etiam poteſt vocis Græcæ εὐχαριστίας lata ſignificatione; non enim tantùm gratiarum actionem importat, ſed etiam beneficij commemorationem, & celebrationem; adeò vt promiſcuè quandoque accipiatur pro εὐλογία etiam apud Euangeliſtas, vt aduertit Henricus Stephanus in ſuo Theſauro. Et aſtruitur tandem ex Concilio IV. Carthaginenſi anno 398. ibi: *Pænitentes, qui in infirmitate ſunt, Viaticum Euchariſtiæ accipiant.*

Conc. Gerund. cap. 9.

Gloſ. in Canon. ſi verò qui dixit. 50.

Conc. IV. Carthag. can. 78.

His præcognitis redeundum nobis eſt ad verba Rubricæ Ritualis Romani, ex quibus controuerſia ſuborta eſt inter Scriptores, quodnam videlicet ſpatium exigatur inter vtramque Sanctiſſimæ Euchariſtiæ ſumptionem.

Hanc diſceptationem reddidit percelebrem pium intermorientis Catholici Regis Philippi IV. deſiderium, cum extremo conflictaretur morbo, & hoc præſidium, ac pretioſum Alexipharmacum expeteret ſecunda die poſt Viaticum Eccleſiaſtico ritu ſuſceptum. Vnde eò magis pretium erit operæ, ſi accuratè, quantùm fieri per nos poterit, examinetur.

Vt certum autem, & commune apud celebres

bres Scriptores ſupponimus, poſſe diutiùs, perſeuerante infirmitatis periculo, infirmum etiam non ieiunum hoc ſacro muniri Viatico; diſcrepare verò Scribentes in ſtatuendo ſpatium, & temporis intercapedinem inter huiuſmodi ſumptiones.

An infirmo non ieiuno pluries dari poſſit Euchariſtia.

Non enim audiendi ſunt, qui in primo articulo de non ieiuno negatiuam amplectuntur opinionem, hac fulti ratione. Cum infirmus iam diuinum impleuerit præceptum ſumendi Chriſti Corpus in Viaticum, quod etiam non ieiunis ex diſpenſatione concedit Eccleſia, ne abſque tali ſubſidio dimittantur; remanet generale, antiquum & inuiolabile inſtitutum ſumendę Euchariſtiæ in naturali ieiunio; nec morientis deuotio huic diſpendium inferre debet, cum ceſſauerit ratio diſpenſandi in ieiunio, ſcilicet vt Sanctiſſimum Chriſti Corpus in mortis periculo ſumatur. Supponimus autem hoc eſſe diuinum præceptum ex communi ſententia (quicquid dicant aliqui apud Dianam) quam ſequuti ſunt D. Thomas, & eius expoſitores, ac alij treſdecim apud eundem Dianam. Huius negatiuæ ſententiæ ſunt Vaſquez, Gamacheus, Kelliſon, Ochagauia, Coninck, & aliqui alij apud eumdem Dianam.

Dian. p. 5. tract. 3. reſol. 33.

D. Thom. in 3. p. quæſt. 80. art. 11. *Dian. loc. cit.*

Dian. p. 1. tract. 14. reſol. 75. & p. 5. tract. 3. reſol. 37.

Ratio autem apud nos validiſſima pro amplectenda contraria ſententia eſt, quòd ſi propter mortis periculum, & propter diuinum præceptum tali tempore communicandi, ne careat æger ſubſidio tam neceſſario, diſpenſat Eccleſia in ieiunio naturali, cur negabimus idem auxilium conſtituto in eodem periculo, ſi nequeat

infir-

infirmus ieiunium obſeruare propter remedia in paroxiſmis infirmitatis, & pro viribus reſtituendis miniſtranda? Accedit Rubrica Ritualis Romani, quæ facit legem ex Conſtitutione Pauli V. illi præfixa, quæque, vt videbimus, hoc in ſui principio, & in primo eius membro permittit.

Communem igitur (vt vocant Serra, Diana, & Quartus) ſectantibus ſententiam diuerſitas opinantium occurrit, vt diximus, circa interuallum dierum inter vnam, & alteram Communionem. Alij ſi quidem diuturnum requirunt temporis lapſum, vt triginta dierum, vel ſaltem, quod remitti debeat arbitrio boni viri: ita Nauarrus. Alij concedunt poſt octo, vel decem dies, vt Nunnes, Villalobus, Suarez, Henriquez, Facundez, Caſtaldus apud Dianam. Alij poſt ſeptem dies, vt Syluius. Alij cenſent poſt ſex dies, vt Diana. Alij tertia die, vt Ludouicus de S. Ioanne, inquiens: *Siendo yo Prelado daua a los enfermos el Viatico, ſi lo pedian, cada terçera dia*: & addit id fuiſſe approbatum in Vniuerſitate Complutenſi ab eodem Vaſquez, vt refert idem Diana. Alij tandem vt ipſemet Diana cum alijs poſt duos dies.

Serra in 3. par. D. *Thomæ* q. 80. art. 8. *Dian* d. par. 1. tr. 14. reſol. 75. *Quart* loc. cit. p. 3 tit. 9. ſect. 1. dub. 5. caua 3.

Quod temporis ſpatium requiratur inter reiterandam Communionem infirmis non ieiunis.

Nauarr conſ. 41. lib. 5. de pœn. & remiſſ.

Dian. par. 2. tract. 1 reſol. 77.

Syluius 3. par. quæſt. 80. ar. 9.

Dian. d. reſol. 77.

Ludou: de S. Io. in Summ. to. 1. qu. 7. art. 10. diffic. 4. de Sac. Euch.

Dian par. 3. tr. 4. reſol. 44.

Dian par. 9. trac. 8. reſol. 47.

Nos autem inter tam diuerſam dierum interiectionem elargientium varias opiniones non diſcedimus à magis pia, magiſque morientium conſolationem fouente, vt ſcilicet die altera poſt deſumptum Viaticum poſſit concedi, ſeruatis tamen circumſtantijs, de quibus infra, vt indultum fuiſſe audiuimus glorioſæ memoriæ Philippo IV.

Et, vt magis eluceſcant huius opinionis fundamenta, animaduertendum eſt, duas in hac facti ſpecie diuerſas dubitationes comprehendi.

Prima, An in eadem infirmitate poſſit æger pluriès Chriſti Domini Corpus aſſumere, ieiunus tamen ex præſcripto, de quo vide nouiſſimè Quartum. Secunda, An etiam non ieiunus id facere poſſit. De prima nulla apud Scribentes dubitatio pro affirmatiua, præſertim pro ijs, qui piam duxerint vitam. Et, vt nos opinamur, de prima loquitur Rubrica Ritualis in ſecundo eius membro, ibi: *Vel periculum mortis euaſerit, & communicare voluerit, eius pio deſiderio Parochus nō deerit*. De ſecunda verò eſt cōtrouerſia, quam præ manibus habemus, de qua diſponere nobis videtur prima Rubricæ Ritualis pars, ibi: *Quòd ſi æger, ſumpto Viatico, dies aliquos vixerit*, ſupple, *cum eodem periculo*; (nam aliàs vis diſiunctiuæ, Vel elangueſceret) & tunc, ſi duret periculum, vel reincidat in illud, *Parochus non deerit eius pio deſiderio*. Et ita concedunt communitèr Doctores, poſſe Viaticum iterùm ſumi.

Quart. in Rubr. Miſſal. p. 3. tit. 9. ſect. 1. dub. 5. cauſa 3.

Vide Dian. d. par. 5. trac. 3. reſol. 37.

Infirmus non ieiunus ſecunda die a ſumpta Euchariſtia poteſt iterum communicari.

Hac igitur habita præcognitione, vti diximus, ſentimus, quòd poſſit altera, & ſecunda die Parochus in infirmitate conſtitutum, & periculo proximum conſolari, etiamſi ieiunium fregerit.

Nam ratio motiua, ex qua Eccleſia mox deceſſuris, videlicet in tali periculo conſtitutis, etiam non ieiunis, Sanctiſſimum Chriſti Corpus indulget, ſiſtit in duobus. Primò, vt excellens ſubſidium ijs, quos Diabolus, *ſciens modicum tempus habere*, acriori vrgèt certamine, ex

Apocal. c. 12. verſ. 12.

præ-

præcepto Diuino, vt diximus, conferatur. Secundò, vt cum frequentèr infirmis, humanis ferè viribus deſtitutis, à Medicis præſidia pretioſa parentur, adeo vt vix hora prætereat, quin ſimilibus iuuentur auxilijs, noluit Pia Mater Eccleſia filios, hanc ob neceſſariam cauſam, ieiunium non ſeruantes, orbatos derelinquere; ſed vtraque hæc ratio verificatur in eo, qui, poſt deſumptum Sanctiſſimum Viaticum, altera die ſimili ſpirituali remedio muniri deſiderat, & ex alia parte nequit tot horas ieiunus tranſigere; conſequens ergo eſt, vt non ſit differendum ad duos, vel plures dies id, quod & animæ, & corporis ſummæ neceſſitati expedire cognoſcitur. Vnde legimus in Enguinardo, Ludouicum Pium in extrema infirmitate per continuos dies quadraginta quotidiè refectum fuiſſe Eucharistico cibo; quod etiam refert Hieronymus Romanus, rationem afferens nobis apprimè fauentem, dum ait; *Grande es la virtud, que da tan alto Sacramento al tiempo de ſalir da eſte mundo.*

Enguinardus in Vit. Caroli Magni.

Hieron. Roman. To. 1. Reſpub. Christ. lib. 4. cap. 14.

Sed dices. Parùm infirmi intereſt, ſi ſacra Euchariſtia illi conferatur ſub illa formula Viatoria, vt ita dicamus: *Accipe Frater Viaticum Corporis D. N. Ieſu Chriſti, qui te cuſtodiat ab hoſte maligno &c.* vel ſi ſub ſimplici, & ordinaria formula, qua benè valentibus præbetur, impertiatur; ſed in tali caſu deuotio infirmi non debet præualere vniuerſali, & iuſto Eccleſiæ Catholicæ præcepto de ieiunio naturali, vt patet, ergo non eſt permittenda non ieiuno, & ſub eadem Viatici formula.

Eccleſiæ verba, & ſigna in Sacramentis ſunt ſeruanda.

D. Thom. in 4. diſt. 45. qu. 3. art. 3. & par. 3. qu. 71. art. 9.

Pro reſponſione in memoriam eſt reuocanda communis doctrina Teologorum ex D. Thoma, quòd verba, & ſigna Eccleſiæ, (quæ ceremoniæ aliàs parùm releuantes videri poſſent) in tradendis Sacramentis, & in Liturgicis actionibus adeò ſeruanda ſint, vt aliqua abſque peccati labe prætermitti nequeant (vide latè Tamburinum, & Quartum) ac valde etiam proficua cenſentur ad finem, ad quem ſunt deſtinata ex opere operantis, & quoad impetrationis fructum: Vnde non debet omitti Miſſa *de Requiem* pro Defunctis, niſi obſtent Rubricæ, licèt quoad opus operatum ſit æqualis valoris. Ita Soto, Scortia, ac latiſſimè Paſqualigus, & alij communiter apud Dianam, & Quartus. Ratio eſt, quia orationes, & preces, quas diſponit, & ordinat Eccleſia Catholica, habent vim maiorem impetrandi per illam actionem ſic directam ex particulari Sancti Spiritus aſſiſtentia, magiſque excitatur deuotio operantis iuxta ſibi præſcriptum parendo, vti dicimus à ſimili de Religioſo operante ex obedientia ſecundùm præciſam Superioris iuſſionem, licèt aliter ſibi videatur. Vnde noſtro iudicio valde reprehendendi ſunt nonnulli ex Neotericis, omnia ad nauſeam laxantes, ac dicentes, poſſe à Sacerdote celebrari aliam Miſſam, quàm de Requiem, ſi dans eleemoſynam illam imponat, ac deſideret; quaſi licitum ſit, in contractu (contractus enim eſt ille exponentis operam ſuam, & deſiderantis, illa tali, & tali modo vti, & ita exigentis) fidem frangere, & acceptationem pro tali opere taliter faciendo non exequi.

Tamburin. de Sacrif. Miſſ. *Quart.* in Quæſt. Procemial. ſect. 9.

Soto in 4. diſtinct. 45. art. 3. *Scortia* de Sacrif. Miſſ. lib. 3. c. 17. nu. 4. *Paſqualig.* de Sacrif. Miſſ. To. 1. qu. 187. num. 4. *Dian.* par. 9. tr. 2. reſol. 8. circa finem. *Quart.* loc. cit. par. 1. tit. 5. dub. 7. de Miſſa pro Defunctis.

Obligatio Miſſa pro Defunctis non adimpletur cum alia Miſſa.

exequi. Vide Scortiam, & apud Dianam. Sicut pariter damnandi noſtra ſententia videntur Sacerdotes illi, qui contra Ritualis præſcriptum in titulo *De Communione* præbent abſque neceſſitate populo ſacram Euchariſtiam in fine Miſſæ; priuant enim fideles illis precibus, quas poſt communionem Eccleſia recitari iubet, quæque non ſolùm ad celebrantem, ſed etiam ad ceteros communicãtes apertè ſpectare noſcuntur, & idcircò in Sabbato ſancto non recitatur in ſacrificio Poſtcommunio, eo namque die non diſtribuitur Euchariſtia.

Scort. loc. cit. cap. 17. d. n. 4. Dian. d. p. 9. tract. 1. reſol. 8.

Euchariſtia in Miſſa danda eſt populo poſt Sacerdotis Cõmunionem.

Non abnuimus, quin aliquando rigor opinionum mitior, laxiorque ſit reddendus, ſed ſemper nobis placuit in hoc aurea S. Ambroſij ſententia: *Sunt*, ait, *etiam in nobis, qui habent timorem Dei, ſed non ſecundùm ſcientiam, ſtatuentes duriora præcepta, quæ non poſſit humana conditio ſubſtinere. Timor ex eo eſt, quia videntur ſibi conſulere diſciplinæ, opus virtutis exigere; ſed inſcitia in eo eſt, quia non compatiuntur naturæ, non æſtimant poſſibilitatem &c.* Hæc extra ordinem dicta ſint, ſed non abs re, & inconſultò.

S. Ambroſ. In Comment. Pſal. 118.

Hac ſuppoſita veritate dicendum erit, quòd forma illa communicandi per Viaticum, qua Eccleſia vtitur, non ſit relinquenda, quia inſuper negari non poteſt, quin magis moueat, magiſque infirmorum menti vitæ ſtatum, & imminens illis periculum repræſentet. Quòd ſi adhibenda erit hæc eadem forma, negandum non eſt, quin in caſu, quo infirmus ſit frequenter nutriendus, tali auxilio, vt diximus, priuaretur.

Sed

Digitized by Google

Sed contra ſententiam, quam amplexi ſumus, videtur maximè vigere argumentum P. Dianæ ex eadẽ Rubrica Ritualis deſumptum ex illis verbis: *Quòd ſi æger ſumpto Viatico dies aliquos vixerit*, vt nẽpè propoſitio hæc, *Dies aliquos*, verificari non poſſit, ſi ſecunda die præbeatur? Non enim elapſi ſunt dies aliqui, nam ſaltem ex legali Doctorum interpretatione duo requiruntur dies, vt verè ly, *Per aliquos dies*, locum habere valeat.

Dian. par. 9. tract. 9. reſol. 47.

Quo Ritualis Rubrica ſit directiua, aut præceptiua.

Hoc tamen non obſtare clariſſimè patebit conſiderantibus, Rubricam illam Ritualis eſſe directiuam, non verò præceptiuam, adeo vt illi contraire non poſſimus, cum vel deuotio infirmi, vel vſus anteactæ vitæ frequenter communicandi id exigant. Quòd autem hæc Rubrica ſit directiua, probatur. Nam illa dicitur tantùm præceptiua, quæ reſpicit actum, eiuſque ſubſtantiam, cùm operamur circa illum. Sed ex ijs, quæ ſunt circa modum accidentalem, & non tangentem actus ſubſtantiam, directiua dicitur. Et eſt communis ſententia in quæſtione de Rubricis Miſſalis apud Suarez, & Cardinalis de Lugo, ac aliorum apud Quartum, qui conſtituens ex communi ſententia differentiam inter vtraſque Rubricas, generaliter ait, præceptiuas eſſe, quæ præſcribunt ritus ſeruandos intra Miſſam: directiuas eſſe, quæ diſponunt de ijs, quæ ante, vel poſt Miſſam ritus præſcribunt, quia non tangunt ſubſtantiam actus. Vnde, cum dierum interiectio non tangat Sacramenti ſubſtantiam, aut formam, qua conferendum eſt, non dubito, quin ſit

Suarez Tom. 3. de Sacram. diſput. 82. in proem. Card. de Lugo diſp. 10 ſect. 4. nu. 106 Quart. de Rubr. Miſſ. quæſt. proem. ſect. 2. par. 2.

Digitized by Google

ſit Rubrica directiua, & conſilium tantùm importans. Et ſic, abſque eo quòd incidamus in abſurdam Coquetij reſpōſionem apud eumdem Dianam, ſatisfactum nobis videtur argumento à Diana oppoſito. *Diana* loc. cit.

Maiorem nobis difficultatem ingererent verba alterius Rubricæ Ritualis, ibi: *Pro Viatico autem miniſtrabit, cùm probabile eſt, quòd eam* (ſacram Communionem) *ampliùs ſumere non poterit*. Vnde abſque hac probabilitate, Medicorum adhibito iudicio, non videretur poſſe conferri, niſi cum profligata ſit infirmi vita, aliàs formam Viaticam vſurpari non deberet.

Sed benè reponere poſſumus, ſufficere, ſi ita prudenter exiſtimetur, & infirmus in mortis limine ſit conſtitutus; quòd ſi duret ſtatus ante lapſi dies, non erit abſonum iudicare, quòd ampliùs non poterit illud accipere in tertia die.

Hiſce rationum fundamentis iungenda ſunt ea, quæ ab extrinſeco, vt aiunt, robur addere poſſunt, Doctorum ſcilicet auctoritates, & calculi quos congeſtos vid. bis à P. Diana. *Magna enim eſt fortitudo conſenſioni* (ait S. Ambroſius) *cui ad ſequendam veritatem auctoritas ſufficit etiam latente ratione*. Doctores autem ſunt Caſtropalaus, qui refert Tabienam, & Armillam, Henriquez, Sà, Hurtadus, Baunus, Leander, Eſcobar, Baſſæus, Quintanada, & Serra, cuius verba, cum valdè ad rem faciant, exſcribimus, ibi: *Reſponderi ſolet, communiter poſſe* (ſcilicet, non ieiunum infirmum poſt Viaticum ſumptum communicare) *dummodo inter vnam, & alteram*

Diana loc. cit.

S. Ambroſ. lib. 2. de Vocat. Gent. cap. 1.

Caſtrop. To. 4. tract. 21. diſp. vnica punct. 15. nu. 14.

Henriq. lib. 8. cap. 50.

Sà in verbo Euchariſtia n. 9. & 34. edit. Rom. *Hurtad* de Sacram. Euchar. diſp. 9. diff. 11. *Baunus* in Theol. moral. tract. 7. exam. 6 cap. 5. nu. 6. *Leand* de Sacram. to. 2. tract. 7. diſp 5. quæſt. 40. *Eſcobar* in Theol. moral. tract. 7. exam. 6. cap. 5. nu. 6. *Quintanad* in Theol. moral. To. 1 tract 4 ſingul. 14 nu 5. *Baſſ* in Flor. Theol. verbo Communio Sacram. nu. 45. *Serra* in 3. par. D. Thomæ quæſt. 80. art. 8.

Com-

Communionem mediet tempus ſex, vel octo dierum. Non deſunt tamen, qui dicant, ſi mortis periculum ſemper inſtet, poſſe etiam altero die poſt Viaticum ſumptum, & deinceps quotidiè communicare non ieiunum. Quia in mortis periculo non ſolùm permittitur non ieiuno Communio, vt poſſit implere præceptum accipiendi Viaticum; ſed etiam quia moriturus valde indiget huius Sacramenti præſidio. Ita ille, ac etiam Tamburinus, & alij. Et apud nos maioris probabilitatis pondus accepit ab auctoritate Doctiſſimi viri P. Io. Euerardi Nitdardi Societatis Ieſu, & Hiſpaniarum Auguſtiſſimæ Reginæ à Confeſſionibus. Is enim, qua pollet prudentia & doctrina, hoc permiſit efflagitanti Philippo IV. ſummæ pietatis Regi, & auitæ Maiorum ſuorum in Euchariſtiam religionis hæredi, dum in extrema ſuæ vitæ conflictatione hoc præſidium in Viaticum concupiuit.

Tamburin. in Method. exped. Commun. cap. 5. §. 11. num. 14.

Addimus pro coronide quæ inuenimus apud Raynaudum, *hac pagina iam prelo ſubiecta ad impreſſionem, quòd ſcilicet ipſe ex* S. Baſilio, Vaſquez, & Coccio *probet antiquiſſimam conſuetudinem ſumendi Euchariſtiam à ieiunis, & ſimul oſtendat, Miſſarum ſolemnia à Monachis non ieiunis celebrata etiam fuiſſe. Et hac, cum ſuperiùs dictis congruentia, prætermittenda non duximus.*

Raynaud. in Hagiol. exot. pag. 341. col. 2. & in tract. de Pontif. pag. 463. col. 2.

S. Baſil. in Epiſt. ad Cæſaream Patriciam. Vaſquez p. 3. diſp. 2. art. 11. Cocc. to. 2. l. 6. art. 19.

DE


NEQUICQUAM ABSCIDIT OCEANO
DISSOCIABILI Horat. Lib. 1. Od. III.

DE POTV CHOCOLATIS.

An Chocolates aqua dilutus, prout hodierno vſu ſorbetur, Eccleſiaſticum frangat Ieiunium.

QVAMVIS rerum plurimarum, & præſtantium remediorum, quibus nonnullas Natura exornauerat regiones, noſtras haſce, aliaſque expertes, indigenteſque feciſſet, ita vt iuſtè conqueri poſſe videremur: priſcis tamen, noſtriſque præſertim ſeculis, communicato veluti terrarum Orbe, induſtria feliciori, ſelectiſſima quæque, in delicias, & præſidia procreata, ad promiſcuum vſum humana ſolertia nobis etiam comparauit. Hinc noſtra hac tempeſtate Hiſpaniarum Regna Mexicanę arboris fructus, ad potum apud illas Gentes, admixtis alijs, concinnatos, aſciuerunt ad fœdus: atque ex alieno cœlo petitus, ſociato commercio, ille, qui barbaro nomine *Chocollat* ab indigenis vocatur, in Hiſpanias primùm inuectus, mox in Italiam tranſgreſſus, alijs demùm donatus Prouincijs, propter liquo-

ris ſalubritatem, & magnum ſibi nomen, & ciuitatem feliciter eſt aſſecutus, adeò ſecundis euentibus, vt non in deliciarum illecebras tantùm admiſſus, ſed vtilitatis præſtantia ad Studentium contubernium vocatus, in religioſiora clauſtra ſe ſe infuderit. Cumque apud illos frequentior, & accuratior vigeat abſtinentia, in Neotericorum mentes incidit dubitatio: An, ſeruato Eccleſiaſtico ieiunio conſueto more, vſurpari poſſit impunè huiuſmodi potionis hauſtus, ita vt iniecta Chocolatis pulueris vncia in ſex, aut maioris quantitatis vncias ſimplicis aquæ (quemadmodum tam ex Mexicanorum Medicorum, quàm Hiſpanorum monitis parari conſueuit) perpotari poſſit, nec ieiunium inde violetur.

In hac igitur diſcutienda controuerſia, vt ad ordinem, & [illegible] nos referamus: Primò pro vtraque confligentium parte rationes proferemus. Secundò Authores enumerabuntur, qui affirmatiuam amplexi pro ieiuni fractione ſcripſere; quique ex aduerſo pro negatiua propugnauerunt: vt, ad trutinam rationibus reuocatis, Scriptorumque authoritate perpenſa, quid pro rectè formanda conſcientia erui exinde poterit, ſincerè promamus, vt veritas agnoſcatur, & demùm contrarijs rationibus reſpondendum erit.

Subijt animum de hac re ſcribendi cupiditas, tum ex huius potus commendatione apud
Marrad. in tract. Chocolatis circa fin. Authores; nam Marradon affirmat, in Noua tantùm Hiſpania in condiendo Chocolate quotannis ſupra duodecim ſacchari librarum myriades

riades

riades inſumi: & Henricus Stubbæus Anglus *Indicum Nectar*, & cum Thoma Gagæo *Panaceam, & Vniuerſalem Medicinam* appellat; tum etiam, quia cum aliquorum recentiorum, & prę ceteris doctiſſimi Medici, & mei valde amici Caſparis Calderæ lucubrationes perſpexiſſem; is fundamenta, quibus affirmatiua nititur, quà medicè, quà Theologicè in certamen educit, conaturque negatiuam euertere, & ieiunij fractionem inducere; ſed, meo iudicio, victoriam non eſt aſſecutus. Tota autem vis difficultatis, vt arbitror, ſiſtit in eo, an ſcilicet in hac potione alimenti ratio vires ſuperet potus, adeò vt primò, & per ſe, non autem per accidens nutriat. Nam ſuppoſito, quòd in Chocolate duę partes adſint inſeparabiles (vt in vſu eſt) illa, quæ potabilis rationem ſortitur, vt liquida, & fluida; alia, quæ veram habet alimenti rationem, diſquirendum videtur; An in eo ratio alimenti, an verò potus præualeat. Cumque energia Theologicorum argumentorum, in ratiocinationibus Iatrophyſicis, tamquam in baſi, vt ita dicam, collocetur, illæ pariformiter erunt expendendæ.

Stubb. in Differt. de Chocol.

Gagaus de Chocol. pag 115.

Calder. in Tribun. Medico-Magico.

Primò igitur à nobis videndum erit, quid ſit alimentum, quid cibus, & potus, quantùm ad rem noſtram conferre poterit.

Secundò de viribus vini, ceterarumque frequentiorum potionum, & quoad Phyſicam.

Tertiò hiſtoricè, An Chocolates in eius natali ſolo, cœloque, vti potus, vel vti cibus vſurpetur. Pro morali verò videndum, quid ex

potu-

potulenta materia Eccleſiaſticum frangat Ieiunium, et an vinum, vel aliud. Et hæc dicentur, vt diſceptationi, et veritatis cognitioni præluceant.

Quid ſit alimentum, cibus, & potus.

Hippoc. & Galen. lib. 1. de Alim. cap. 7.

Ad primum igitur in Phyſica diſceptatione ſciendum ex Hippocratis, et Galeni ſententia, alimentum eſſe, quod ex natura ſua facilè in aliti ſubſtantiam conuertitur, et loco deperditæ ſubſtantiæ reponitur ſecundùm alendarum partium neceſſitatem; quod tamen in potu reperiri æquè poteſt, ac in cibo, cùm ſit res alimentoſa, vt infra apparebit. Cibus ſiquidem reſpondet fami, ſicut ſiti potus, quo quicquid humidioris ſubſtantiæ effluxit, reſtituimus, quemadmodum cibo, quicquid ſiccioris ſubſtantiæ eſt deperditum, reponimus. Sic Ariſtoteles, Auerroes, & Galenus. Vnde ex eiuſdem doctrina potus nutrit, &, ſi non ſuperat in ratione nutriendi ſolidiora, ſuperat tamen nutriendi celeritate; nutritio enim ex ſanguine fit, & ſic celeriùs per potum: & licèt vt cibus non præbeat *Eutrophicam*, & vberiorem nutritionem, nihilominus nutrit etiam per ſe, & vires fouet, ac reficit, dicente Ariſtotele. *Qui ſitit, res duas deſiderat, cibum, atque refrigerationem: iſthæc enim ambo potio exhibet.*

Ariſt. lib. 2. de Anima c. 28. *Auerr.* lib. 2. Coll. cap. 13. *Galen.* de ſan. tuen. lib 1. c. 2. & in Aphoriſm. Com. 2. aphor. 11. & in Method. meden. lib. 14. cap. 15. & lib. 2. de Decr. Hippoc. cap. 1.

Ariſt. in Probl. ſect. 28. nu. 5. & 6.

De vini, & cæterarum potionum viribus.

Ad ſecundum de viribus aliquarum potionum, & præſertim vini, quod inter eas principem locum obtinet (omiſſo, quòd ex Thalmudicis apud Buxtorphium ſexaginta ſint genera vinorum) certum eſt, aliqua ex ipſis *Oligophora*, aliqua verò *Poliphora* reperiri, iſtaque præ illis magis enutrire, maiuſque robur ſecum affer-

Buxtor. in lex. Rabb. col. 875.

afferre, & ætatem quoque ſortiri, non eam quidem, quam Hebræi apud eumdem Buxtorphium [1] gratis donant cuidam vino à mundi creatione efformato, quod ab Angelo allatum ſit Iacobo, vt Iſaaco eius patri propinaret accepturus ab ipſo benedictionem, idemque ab [2] eorum Meſſia adhibendum ſit in propriam potionẽ; ni velimus aſſerere cum Simeone [3] filio Iochai, per illud vinum intelligi arcana, quæ in Meſſiæ aduentu fuerant reuelanda, vel cum Samuele [4] Laniado intelligatur diuinitatis lumen ex Dei fruitione; quo pariter ſenſu cœleſtem gloriam intellexerunt Origenes [5], & Nanzianzenus in illis Chriſti Domini verbis [6] *Non bibam amodò de hoc genimine vitis vſque in diem illum, cum illud bibam vobiſcum nouum in regno Patris mei*. Eam tamen ętatem ſortitum eſt vinum, vt 200. annorum apud Plinium [7] inueniri legatur, & apud Ariſtotelem [8] & Rhodiginum habetur, ita craſſiora Arcadica vina reddi, quòd comedi poſſe videri affirment, niſi aqua diluantur. Vnde ad vinorum ętatem dignoſcẽdam, tabella vinarijs imponebatur vaſis, vt videtur apud Petronium [9] ibi. *Statim allatæ ſunt amphoræ vitreæ diligenter gypſatæ, quarum in ceruicibus pittacia erant affixa cum hoc titulo: Falernum Opimianum annorum centum*: hinc cecinit Iuuenalis [10]

------ cuius patriam, titulumque ſenectus
Deleuit multa veteris fuligine teſtæ.

Plurima videri de hoc argumento poſſunt apud Stu-

(1) *Buxtor.* loc. cit. col. 787.

(2) *Thalmud* in tract. Sanedrin fol. 99. col. 1. Vide *Buxtor.* in Synag. cap. 36.

(3) *Simeon* in Zohar in Geneſ. col 321. Ex hoc Simeonis libro, quem *Antiquiſſimum* tantùm nuncupat *Druſius* in lib de Voc. Hebr. N. T. c. 16. malè inferunt *Ramanellus* in Bibl verb. Gehenna. & noſter *Magnus* in Notit. præfatum Simeonem vixiſſe ante Chriſti aduentum. Nã licèt dictus liber quoad doctrinã præceſſerit Thalmudis compilationem iuxtà communem Hebræorum ſententiam relatam à *Buxtorphio*, in Bibl. Rabb. pag. mihi 187. & *Hottingero* in Bibl. Orient. pag. 32. nihilominus prædictus Simeon vixit ſub imperio Adriani Imp. vt inquiunt *Abraham* in Kabbala *David Gans* in Chron. *Buxtorph.* de Abbr. Hebr. pag. 164. & alij communiter: imò *Buxtorph.* ibid. pag. 167 probat, dictũ librum quoad compoſitionem editũ fuiſſe poſt Chriſti annum 1148 Additur, quòd antiquitus apud Synagogam plurimæ fuerint traditiones in ſacris paginis nõ ſcriptæ, vt ex *Origene*, *Hilario*, & *Anatolio* probat *Bellarminus* l. 4 de Verb: Dei c. 8 has verò traditiones, & interpretationes legis, quibus conſtat dictus liber *Zohar*, ante Hieroſolymæ captiuitatem à Tito allatam nunquã libris conſignarunt Hebræi, orali tantùm lege vtentes; eas tamen *Iudas* cognomento *Hakkadoſe* primùm compilare incœpit ſub vtroque Antonino Imperatore anno 120. poſt Hieroſolymæ euerſionem, teſte *David Gans* loc. cit. in 4 mill. ann 978 & *Maimon.* in præf. lad. Chazacà & legi poteſt apud *Hoornbeeck* l. 1. de Conuin. & conuer. Iud. c 3. idemque Iudas vixit admodùm charus Antonino Primo, quẽ Thalmudici apud *Selden.* in proleg. de Succeſſ. Hebr. inter Moſaicæ legis proſelytas deſcribunt. Nullus igitur ex Hebræis ante d. Iudam pro docenda, & interpretanda lege edidit librum. Nec obſtant opera Philonis, quem *Multorum librorum editione clarũ* appellat *Ioſeph Gorionides* l 5. c. 45. quique vixit ſub Caio Imp & D Petrum eſt allocutus: loquimur enim de Hebræorum libris Hebraicè, nõ autem Græce deſcriptis: etenim Alexandrini Iudæi Hieroſolymis Iulii fuere. Vide *Moſ. Aegypt.* in tract. Melachim c. 5. *Abr. Zacut.* in l. Iuchaſ. p. 17. *Cunæum* l. 2. de Repub. Hebr c. 23

(4) *Sam. Lan.* in Iſa. cap. 64. (5) *Orig.* in *Matth.* c. 26. & *Nanzian* orat. de Paſcha. (6) *S. Matth.* cap 26. (7) *Plin.* lib. 14 cap. 4. & lib. 19. cap. 4. (8) *Ariſt.* lib. 4. Meteor. text. 48. *Rhodig.* lib. 28. cap. 36. (9) *Petron.* in Satyric. (10) *Iuuenal.* Satyr. 5.

Stuck: l. 2. Antiq. Conuiual. cap. 10. *Buleng.* lib. 3. de Conuiu. cap. 2. *Bacc.* de Nat. vin.

Stuckium, Bulengerum, Baccium, & ſexcentos alios.

De vini nutritione.

Huiuſmodi autem generoſum vinum, quamuis ἄπυερον robuſtè nutrire apud omnes ita compertum eſt, vt de eo dubitari ſit nefas; nonnulla tamen teſtimonia, Antiquorum præſertim, & celebriorum, conferemus. Oribaſius ait, *Vinum nutrire proportione craſſitiei*. Docet Galenus, vinum nutrire, concoquere, roborare, & inter ea numerari, quæ noſtrum corpus alunt; adeò vt Pergamenum æquè ac ſuillam carnem, qua Athletę, & Paleſtritæ veſcuntur, nutrire affirmet. Galenum refert, & ſequitur Scaccus, & Ariſtoteles inquit: *Sitis rerum duarum libido eſt, potionis inquam, & cibi; fames vnius cibi tantummodò*. Hinc Petrus de Apono, antiquus Commentator, & nuncupatus *Conciliator*, notandum infert, quòd, cùm potus ſit triplex, primùm per potum intelligatur ille, qui eſt cibus, & potus ſimul, vt vinum: nutrit enim, refrigerat, & humectat. Ex quibus concludit Scaccus, Ariſtotelem non ſimpliciter tantùm ſenſiſſe, vinum nutrire, ſed vt cibum; quod confirmat ex Hippocrate, qui famem, *Thorexi*, id eſt vini potione, ſedari affirmat. Idem ſcribit Athenæus, apud quem Mnaſitheus ait: *Et robur ingens præbet illud corpori*: idemque ſentiunt Cardanus, Matthiolus, Groſſus, & Baccius comparat cum pane inter alimenta ex Hippocrate & Galeno: & hoc non tantùm de antiquis vinis, de quibus ſupra nempe Chijs, Coijs, Thaſijs, Cretis, & alijs, ſed de noſtris hodiernis intelligit, videlicet de *Manciauerris*, *Lachrymis*, *Vernacijs*, & ſimilibus, adeò quòd de his verum ſit etiam dicere ἀθρέως καὶ.

Oribaſ. lib. 4. Synop. c. 12. & Collect. l. 3. cap. 13.

Galen de Compoſ. pharm. 2. loc. c. 7. & de Alim. facul. cap. 40.

Scacc. de Salub. cib. cap. 7. *Ariſtot.* in Problem ſect. 28. probl. 5. & ibi *Pet. de Apono*.

Scacc. loc. cit.

Hippocr. ſect. 2. Aphor. 21.

Athen l. 2. cap. 3. in princ.

Mnaſith. in *Athen.* l. 1. c. 1.

Card de Sanit tuen. l. 1. c. 32. *Matthiol.* ad *Dioſcor* l 5. c 7. *Groſſ* de Cib. & pot. q. 1. 8. *Bacc.* de Nat. vini l. 3. c. 4. & 5.

ταχέως & ſic vnitim, & velociter enutrire. *Mercurialis vir doctiſſimus*, ait Plempius, *peculiari libello contendit, vinum non nutrire. At friuola ſunt eius rationes, & tanto Doctore indignæ.*

Plemp. de Valet. tuend. pag. 141.

Conſequenter alia iungenda ſunt potulenta, & de Ceruiſia aliquid dicendum, quæ Hiſpaniam, Galliam, vtramque Germaniam, & omnes regiones (vbi *Stat glacies iners, Menſes per omnes*) occupat, atque veluti propitiam patriam agnoſcit. Hanc ex tritico concinnatam alij bibunt, vt obſeruant Baccius, Nonnius, & noſter Caldera cumulatè, & apud eum Manardus, & nuper idem Plempius valde eruditè; alij ex Baccij narratione componunt ex hordeo; alij frugibus, herbiſque parant, vnde Tacitus ait: *Potus humor ex hordeo, aut frumento in quamdam ſimilitudinem vini corruptus*; Plinius addit: *Galliæ, & Hiſpaniæ frumento in potum reſoluto vtuntur, at ſemper ex granis optimis, & aquis ſalubribus*: et, vltra huiuſmodi monita à Scarandæo deſcripta, ex Hebraicis etiam libris colligitur apud Buxtorphium, Ceruiſiam hordeaceis aquis confectã à Medis pro potu adhiberi.

De Ceruiſiæ compoſitione.

Horat. lib. 2. Od. 9.

Bacc. lib. 7. de Bohem.

Nonn. de Re cibar. l. 4. c. 17.
Cald. loc. cit. ſect. 4. cap. 1.

Manard. l. 18. Epiſt. cap. 5.
Plemp. loc. cit. cap. 5. nu. 25.

Bacc. de Nat. vinor. lib. 7.

Tacit. de Morib. German.

Plin. lib. 17. cap. 7.

Scarand. de Ration. conſer. ſanit. cap. 8.

Buxtorph. in Lex. Rabbin. col. 1401.

Hinc, quantas obtineat vires hæc potio, per ſe patere poſſet; ſed adhibeamus adhuc teſtes experientia probatiſſimos. Idem Nonnius vim illi tribuit inebriandi ex lupuli admixtione, ſicut maximè nutriendi ex frumento, quo calidior redditur, ſubditque: *Ideò videre eſt, modico cibo contentos eſſe, qui tales ceruiſias liberaliùs bibunt*. Idque priùs aduerterat Gratarola, qui de ceruiſia meminit, & ait, quòd maximè nutriat, præſertim *Polypyra*

De Ceruiſiæ nutrimento.

Nonn. loc. cit.

Gratarol. lib. de Vini nat. cap. 24.

Gratarol. loc. cit. pag. 255.

incorrupta fruge compoſita, & addit. *Nutriunt omnes probatæ ceruiſiæ, & ſunt boni ſucci, vires, roburque corporibus addunt, quemadmodum in Partibus Septemtrionalibus, vbi tantùm eiuſmodi potu incolæ fruuntur, hominesque formoſiſſimi pariter, ac robuſtiſſimi inueniuntur.* Ita ille, idemque ait etiam

Manard. loc. cit.

Manardus, quod ſimiliter dici poteſt de *Cælia*

Iſidor. lib. 20. *Oroſ.* lib. 5. Hiſt. c. 17. *Nonn.* loc. cit.

huic potioni affine, vt apud Iſidorum, Oroſium, Nonnium, & alios. Prætermittimus autem, vt ad rem noſtram parùm ſpectantia, alia potionum genera, vt vinum palmarum, quod

Gonzal. in Hiſt. Sinen. c. 10. p. 2.

apud Sinas commendatur à Gonzali: *Chià*, ſiue *Cia* apud Iaponios, de quorum potu ſcribunt

Scac. d. lib. c. 2. *Bartol.* in Hiſt. Soc. Ieſu, & par 1. Aſiæ l. 3. pag. 187. *Maff.* lib. 5. 6. & 11. Hiſt. Ind.

Scaccus, & P. Bartolus, vti valde ſaluiferum commendans, & tandem Maffeus, qui etiam ait: *De Sagu arboris ramis artificis manu conciſis, leuandæ ſiti mirifico ſapore ſimul, & ſalubritate candidus liquor exſudat, quem vulgò* Tuacam *appellant.* Itidem non loquimur de *Caphè* ab Arabibus

Pet. de Valle in Itin. Turc. epiſt. 2. pag. 110. & epiſt. 3. pag. 151 *Butius* de Antiqu. potu cap. 10.

قهوة, de quo poſt ceteros Petrus de Valle, & Butius, & de eius virtutibus noſter Domi-

Magrus in Epiſtola de Caphe. *Alpin.* de Plant. Aegypt. cap. 16.

nicus Magrus, & Alpinus ſcripſere: neque de vino ex *Maizio*, ſiue *Tlaoli* Mexicanis (quod eſt frumentum Indorum Occidentalium, & *Turcicum* apud nos vocatur) cum aqua, & mel-

Lopez de Gomara in Hiſtor. Hiſp. del Mexico pag. 319.

le, vt apud Lopez de Gomara, cum tamen priſcus Indorum potus fuerit non admixto melle,

Laet. lib. 7. cap. 3. Atolle.

&, ſicuti ſcribunt etiam ceteri rerum Americanarum Scriptores, & præſertim Laet, non vinum tantùm conficiunt, & magni faciunt,

Colmen. in Trac. de Chocol. impreſſ. Matriti ann. 1631. & Pariſijs ann. 1643. à Renato Moreau Regio medicinæ Profeſſore pag. 36. ſuæ verſionis in Gallicū idioma. *Marrad.* in Tract. Gallico de Chocol. pag. 51.

ſed aquam ſolùm *Maizi* farina dilutam, ita vt euadat ad inſtar liquati, candidique amyli, vt narrat Colmenerus, & firmant Marrandon

de

de Marchena, & Stubbeus, & præ ceteris Nierembergus, & Gonzales de Ouiedo, alijque quàmplurimi.

Nieremberg. Hiſt. nat. l. 14. cap. 15. *Gonzal.* cap. 10. Naulg. Ind.

Nemini dubium eſt, quin præfatæ, & ſimiles potiones alimentoſæ ſimul, & nutritiuæ ſint, robuſtèque alant, vt præter citatos Scriptores alij docent: & id omne non parùm nobis deſeruiet ad argumenta affirmatiuæ opinionis maximè conuellenda, & idcircò vberiùs rem pertractauimus.

An Chocolate ſit cibus, vel potus.

Supereſt nunc prodomus hiſtoricæ inſpectionis articulus: An ſcilicet Chocolate in eius natali ſolo, vt cibus, an verò vt potus, agnoſcatur. Et quidem in hoc audiendi ſunt ij ipſi, qui vel in ijs vixerunt regionibus, vel ab alijs fide dignis, & in eiſdem prouinciis verſatis Scriptoribus, exceperunt. Acoſta ita ſcripſit. *Robuſtam, & ſalubrem, & aſſuefactis non iniucundam eſſe ſiceram (ſic enim iam dudum voco, iſtam vulgarem Indorum potionem, ſiue Maicio, ſiue Cacao, ſiue quouis alio genere conſtet) nullo modo negare poſſunt, quicumque iſta experti ſunt:* Vbi notandum eſt obiter, hunc authorem vſum fuiſſe Siceræ verbo, quod non à Græco σικερα, vel σικὴρ, vel τὸ σίκερα ſecundùm aliquos, ſed ab Hebraica voce שכר originem trahit, eiuſque mentio apud veteres Latinæ linguæ Lexicographos non reperitur, niſi penès Ximenez Arias, & poſtremò penès Martinium, & Rauanellum. Noſter Magrus, qui ex Arabum nomine سكر etymon agnoſcit, citatque Zachariam Chryſopolitanum, Siceram accipit pro quauis potione ad inebriandum apta, id tamen priùs aduerterat Ori-

Acoſta de Procur. Indor. ſalut. lib. 3. cap. 22.

Quid ſit Sicera.

Ximen. in Lex. Eccleſ.

Mart. in lex. Philol. *Rauan.* in Bibliot. p. 2. *Magr.* in Notit. verb. Sicera.

Zachar. Chryſ. in Euang. c. 2.

 genes,

Orig. in Leuit. c. 10. Hom. 7. *Sebber.* in Nu. c. 19. 24. 28. & in epist. ad *Nepotian. Isidor.* l. 2. Orig. c. 23. *Pagnin.* in Lex. Hebr. *Boderian.* in Lex. Chald. *Calas.* in Conc. Hebr. *Buxtor.* in Conc. Hebr. & in Lex. Rabb. *Voss.* in Etymol. *Fung.* in Etym trilin. *Beyer.* tom. 6. Theat. Vit. Hum. fol. 558. col. 1. *Kimchi*, & *De Pomis* in Lex. Hebr. *Theoph. Ant.* lib. Allegor. in Lucam

genes, & poſt eum eloquentiſſimè S. Hieronymus; quem ſecuti ſunt Iſidorus, Pagninus, Guido Fabricius Boderianus, Calaſius, Buxtorphius, Voſſius, Fungerus, Beyerlinck, aliique præter Dauidem Kimchium, & Dauidem de Pomis apud Hebræos. Quare Theophilus Antiochenus nimiùm coarctat Siceræ ſignificationem tantummodò ad potum ex dactylis confectum: etenim vbi apud Vulgatam legitur, *Vinum, & quidquid inebriare poteſt, non bibes*, & *A vino, & omni, quod inebriare poteſt, abſtinebunt*, ex Hebraicis textibus יין ושכר אל תשת, & מיין ושכר יזיר Latinè transferunt Vatablus, & Pagninus, *Vinum, & ſiceram ne bibas*, & *A vino, & ſiceræ abſtineat*, prout etiam vertitur apud Septuaginta Interpretes, à quibus non ſolùm Hebraicum Siceræ verbum translatum fuit σίκερα (non ſecùs quàm in Chaldaica Paraphraſi poſtea reddidit Onkelos מרוי) ſed etiam, vt obſeruat Ioannes de la Haye, aliquando interpretatum fuit μέθυσμα: ſicut in libro Regum, & in Michea Propheta ſtudioſus lector inueniet: quo pariter ſenſu Ionathan Chaldæus Paraphraſtes tranſtulit רוי, & in pluribus locis transfertur apud Vulgatam; nec inconcinnum huiuſcemodi etymon quis putet, cum vox שֵׁכָר emanet à verbo שָׁכַר, quod denotat *Inebriari*: & quia munera non tantùm excæcant, ſed etiam inebriant, propterea lepidam paronomaſiam inter שכר, & אשכר Villalpandus conſtituit. Vnde prætermittendus non eſt mos antiquiſſimus, quo ad hebetandam mentem, & alienandos ſenſus eorum, qui morte plectebantur, vt minores tormento-

Leuit. cap. 10. verſ. 9. Num. c. 6. verſ. 3.

Prouerb. cap. 20. verſ. 1. & cap. 31. verſ. 6.

Onkel. Deut. 29. verſ. 6.

Haye in leuit. c. 10.

3. Reg. 3. verſ. 15. & *Mich.* c. 2. verſ. 11.

Ionat. in *Mich.* c. 2. verſ. 11.

Prou. c. 20. v. 1. *Iſa.* c. 5. v. 11. & 22. c. 28. v. 7. c. 29. v. 9. *Mich.* c. 2. v. 11.

Villal. in Ezech. cap. 27.

rum

rum cruciatus experirentur, eis propinabatur Sicera iuxta illud Salomonis, *Date ſiceram mœrentibus*, vel ex Hebraico textu לאובד *Pereunti*. Hincque originem duxit conſuetudo in Thalmudicis libris deſcripta, & relata à Moyſe Aegyptio, Abrahamo Zacuthio, Raymundo Martino, Lyrano, Galatino, Caſaubono, Bulengero, & Bartholino, qua vltimo ſupplicio damnati thureo vino potabantur, quemadmodum vinum myrrha conditum Chriſto Domino porrectum fuit: quo propinationis officio; ſi Iudæis fidem præſtare libet, Hieroſolymis fungebantur honeſtæ, ac deuotæ mulieres, à quibus ex Lyrani ſententia myrrhatum vinum pro Chriſto allatum eſt, ſed illud amouentes Hebræi vinum felle mixtum ſuppoſuere. Hinc igitur inter vina factitia, quorum mentionem faciunt Hadrianus Iunius, Plinius, Dalemchapius, & Stuckius, recenſenda eſt etiam Sicera, pro qua Dauidicũ illud apud Hebræos שותי שכר legitur apud Septuaginta *οἱ πίνοντες οἶνον*, & in Vulgata, *Qui bibebant vinum*; nec non in Thargumica verſione Onkelos, & Ionathan verbo חמר עתיק pro *Vino veteri* traduxerunt, quantumuis Hebraicum Siceræ nomen Ioſeph Cæcus, Chaldæus etiam Paraphraſtes, retineat. Quare pro ſenſus notione nonnulli hanc afferunt diſtinctionem, quòd ſcilicet Sicera, cum in ſacris paginis vino iungitur, innuat vinum factitium, ex pomis, aliiſque fructibus confectum; at ſeorſim accepta quemlibet potum, tum inebriantem, tum ſitim explentem, ac etiam ſimpliciter vinum denotet: alij verò in-

quiunt,

Prou. cap. 31. verſ. 6.

Thalm. in tr. Sanedrin c. 13

Moſ. Aegyp. l. 14. Halacoth.

Zacut. in lib. Iuchaſin pag. mihi 114. col. 2. *Raym. Mart.* in Pug. Fid. p. 3. d. 3. c. 16. *Galat.* l. 8. c. 19. *Lyran.* in Prou. c. 31. & in Pſal. 68. *Caſaub.* in *Baron.* exerc. 16. nu. 95. pag. 548. col. 2. *Bulen.* in *Caſaub.* diatr. 3. pag. 262. *Barthol.* de Cruce Hypom. 2. §. 3. & 4.

Lyran. in Matth. c. 27.

Hadr. Iun. l. 3. Animad. c. 12. *Plin.* l. 14. c. 16. & l. 22. cap. vlt. *Dalemch.* In not. ad *Plin.* d. c. 16. *Stuck. Conuiu. Antiq.* l. 3. c. 9.

Pſal. 68. verſ. 16.

Onkel. Deuter. c. 14. v. 26. *Ionath. Iud.* c. 13. v. 4. 7. 14. & 1. Reg. 1. v. 15. *Iſa.* c. 5. v. 11. 22. c. 28. v. 7.

Ioſeph. Prou. c. 20. v. 1. c. 31. v. 6. & Pſal. 68. verſ. 16.

quiunt, quòd merum, purum quidem, viuum, temetum, non tamen dilutum ſignificet. Ergo, vt ad rem noſtram redeamus, ſicut Elias Leuites, Marinus, Bonfererius, & Schindlerus pro Sicera intelligunt Ceruiſiam (quam Scoockius inebriantem monſtrat, & Abenezra refert, Siceram ex melle, & dactylis, aut tritico, & hordeo confici) eadē etiam voce Acoſta voluit nuncupare Chocolaten (cum apud Latinos municeps adhuc non extet) vt eius vires exaggeraret: quare de Americis ſcripſit Petrus Martyr, *Trita* (Cacao) *ſeruatur ad potum, & pulueris illius portione coniecta in aquam, mox reuoluta parumper, poculum efficitur Rege dignum*. Hoc etiam confirmatur ab Anania, & Herrera, qui loquens de incolis Indiarum Occidentalium ait: *Beuen el vino, y Cacao, que lo embuéluen en pimienta y molido con el maiz lo deslien en agua, y lo beuen*; & Ioannes de Barrios apud eumdem Calderam idem refert, additque Ioannes de Laet: *Principalis vſus eſt in potu, quem conficiunt, Chocolaten vocant, inſanum in modum ab incolis harum regionum dilectum*: & inferiùs idem Laët de Cacao: *ſimplex enim potu refrigerat, & nutrit inſigniter*: ac tandem Bernardus de Caſtillo, agens de menſa Principis Motezumā, hoc diſertè oſtendit apud Henricum Stubbeum Anglum, qui etiam accuratè antiquitatem huius potus apud Americanos commendat, & ante eum Piſo; ac denique inquit Lopez de Gomara: *La meior, y mas delicada, y cara beuida, que tienen es de harina de Cacao, y agua: algunas vezes le mezclan miel, y harinas de otras legumbres, eſta no emboracha, antes refreſca mucho*

Elias in Thisbi.

Marin. in Lex. Hebr. *Bonfer.* in leuit. c. 10. *Schindler.* in Pentaglot.
Scoock. de Ceruiſ. cap. 17.

Abenez. Deut. 14.

Petr. Mart. Dec. 5. cap. 4. Comm. Americ.

Anan. in Mundi Fabr. tr. 4.
Herrera l. 9. de las Indias Occident. Dec. 4.

Calder. loc. cit. cap. 5.

Io. de Laet lib. 7. Deſcrip. Ind. Occid. cap. 2.

Bernar. de Caſtillo in ſua Cortes. cap. 91.

Henric. Stubb. de Chocol. c. 2. pag. 6. & cap. 1.

Piſo in Mantiſ. Aromat. cap. 17. pag. 196.

Lopez de Gomara in Hiſt. del Mexico, y ſu conquiſta Cap. *De los vinos y borrachez* pag. mihi 319.

por

por eſto lo beuen con calor, y ſudando. Huic inſuper ſubſcribit noſter Caldera, & Hiſtoria Americana per Theodorum de Bry refert. *Tum eleemoſynæ loco Cacao pauperibus diſtribaunt. Potus ex hoc fructu paratus Chocolate nuncupatur*; & hæ ſufficiant authoritates, cum, vltra quàm opus eſſet, ſatis roborata veritas videatur, & *in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum*.

Caldera loc. cit.

Theod. de Bry par. 9. lib. 4. cap. 22.

Deut. 19. verſ. 15. Matth. 18. verſ. 16.

Antiqui Chriſtiani in ieiunijs abſtinebant à vino.

Subdenda nunc eſt moralis hypotheſis de ieiunio Eccleſiaſtico, eiuſque violatione. Et primùm dicendum eſt aliquid de priſco antiquorum Chriſtianorum vſu circà ieiunia, in quibus ſecundùm nonnullos Scriptores à cibis, & à vini præſertim potu ſimul erat abſtinentia. Inſignis ad hoc probandum eſt locus Tertulliani (quem apud neminem, quos viderim, eorum, qui de hoc argumento ſcripſere, perpenſum reperi) ait ille. *Qualis enim eſus, talis & potus: veriſimile non eſt, vt quis dimidiam gulam Deo immolet*; &, cum de Quadrageſimali ieiunio loquatur, eleganter addit: *Ipſa natura enunciabit, quales nos ante pabulum, & potum in virgine adhuc ſaliua exhibere conſueuerit*: Nam quartæ, & ſextæ feriæ ieiunium argutè vocat *Semiieiunium*, hora enim nona ſoluebatur; at in Quadrageſima veſperi, & occidente ſole (quod exactiſſimè obſeruant Orientales Chriſtiani vſque in præſentem diem) vt habetur ex S. Clemente, licèt intelligi debeat de Hebdomada maiori, vt patet, dum dicit: *A vino, & carnibus vos abſtinete in ijs diebus; ſunt enim dies luctuoſi*: & S. Cyrillus Hieroſolymitanus ſcribit: *Ieiunamus à vino, & à carnibus abſtinentes, non quòd hæc tanquàm abomina-*

Tertull. in lib. contra Pſychicos.

S. Clemens lib. 5. Conſtit. Apoſt. cap. 19.

S. Cyrill. Hieroſol. Catheс. 4.

tiones

tiones oderimus, ſed quòd præmium exoptamus. Sanctus etiam Baſilius ait, *A vino abſtines, ſed ab iniurijs tibi non temperas &c.* Idem docet S. Ambroſius, & ſcribit S. Ioannes Chryſoſtomus inquiens: *Quid difficilius non iurare, an per totum diem inediam pati, & aqua potu, & tenui victu ſiccari? Certum eſt, quòd hoc illo grauius; ſed tamen conſuetudine res eſt facilis, & expedita, quòd adueniente ieiunio, & ſi millies quis exhortetur, & cogit vinum delibare, vel aliud quid ieiunij lege non conceſſum guſtare, omnia mallet pati, quàm prohibitum tangere nutrimentum*. Sic & alij apud Azorium, videlicet Theophilus Alexandrinus, Origenes, S. Hieronymus, & Theodoretus.

S. *Baſil.* Hom. 1. de laud. ieiun.

S. *Ambroſ.* ſerm. 35.

S. *Io. Chryſoſt.* hom. 6. ad pop. Antioch.

Azor. p. 1. l. 7. c. 10. q. 7. *Theoph. Alex.* ſerm. 5. de Paſchate. *Origen.* lib. 3. in Iob. *S. Hieron.* lib. 2. cont. Iouinian. *Theod.* in Epit. diuin. Script.

Orientales Chriſtiani à vino abſtinent in Quadrageſima: ſecus eſt in Eccleſia Occidentali ex conſuetudine.

Eamdem etiam hodie conſuetudinem ſeruant Arabes Chriſtiani, vt ex eorum Catechiſmo de præceptis propriæ Eccleſiæ colligitur; etenim Quadrageſimæ tempore non ſolùm à carne, & lacticinijs, vti nos ſolemus, ſed inſuper à vino, & piſcibus ſanguine præditis ieiunant iuxta morem Orientalium, & pari ritu etiam Maronitæ abſtinent. Nihilominus, cùm apud noſtram Occidentalem Eccleſiam per decem, & ampliùs ſecula permiſſum fuerit vinum in ieiunio etiam Quadrageſimali, ſicut & alij ad potum deſeruientes liquores; & S. Gregorius reſponderit Auguſtino Anglorum Epiſcopo, id licere, vt habemus in canone (quamuis apud D. Gregorium id non reperiatur, vt optimè aduertit Couarruuias) & iam præter canones etiam ſufficienter regulam hanc habeamus confirmatam, cùm poſt S. Thomam omnes ferè Theologi hanc ſectati ſint opi-

Can. Denique diſt. 4.

Couar. lib. 4. var. reſol. cap. 10. num. 15. in medio.

S. Thom. 1. 2. qu. 147. art. 6.

opinionem, vt plenè demonſtrat P. Paſquali- gus operæ pretium tamen videri poteſt antiquæ cum noſtra, licèt minùs antiqua, conſuetudinis conciliatio, quam iudicio meo optimè præſtat maximus Doctor, & omnium Magiſter Auguſtinus inquiens. *Sed & illa eſt in quadrageſimæ diebus grandis vtilitas, quòd, dum etiam à licitis abſtinemus, magis ac magis admoneamur illicita vitare: qui enim abſtinemus à carnibus, quibus alijs diebus vti licet, qui nos abſtinemus à vino, quo moderatè vti licet, qui ergo iſta vitamus, quæ aliquando licent, peccata fugiamus, quæ omninò numquam licent.*

Paſqualig. In Prax. Ieiun. decis. 116.

S. Auguſt. ſerm. 64.

Ex quibus euidenter eruitur, non eſſentialiter ieiunio coniunctam eſſe abſtinentiam à vino, & clariùs elicitur ex Apoſtoli diſpenſatione cum Timotheo Υ'δροπότεί, non quia iuxta Goduuini, & Leuſdeni ſententiam Timotheus vixerit aſſecla Eſſenorum, qui, tertiam Hebræorum ſectam conſtituentes, è Philonis aſſertione à vino abſtinebant, & ab Euſebio, & SS. Epiphanio, & Hieronymo, quos refert, & ſequitur Bellarminus, agnoſcuntur pro primis Alexandriæ Fidelibus. Quamuis enim Eſſeni, ſiue, vt alij volunt, Eſſæi (non tamen Ieſſæi à Ieſu, vt ait noſter (1) Magrus) quamuis, inquam, Eſſeni fuiſſent Nazaræi propter abſtinentiam à vino, prout concedit (2) Serarius,

D. Paul. epiſt. 1. ad *Timoth.* cap. 5. verſ. 23.

Godun. l. 1. de Moſ. & Aaron. cap. 12. *Leuſd.* in Phil. Hebr. to. 2. diſſ. 20. in fin.

Philo. in lib. de Vit. cõtempl.

Bellarm. de Monac. c. 25.

(1) De multiplici etymo pro Eſſenorum nomine vide *Serar.* l. 3. Trihær. c. 1 *Hotting.* in Theſ. Phil. pag. 57. *Scalig.* in Elen. Trihær. c. 19 & 22. *Druſ.* l 4. de Trib. ſect. *Fuller.* l. 2. miſcell. ſacr. c. 3. & l. 4. c 3 *Fang.* in Etym. triling. *Menoch* l. 3. Reip. Hebr. c. 16. *Leuſd.* loc. cit.

Z ſed

Sed noſter *Magrus* In Notit. ait, Eſſenos, Chriſtianam fidem amplexos, dictos fuiſſe Eſſæos, nempe Ieſſæos à Ieſu, & hoc forſan deſumpſit à *Baronio* ann. 64. num 4 vel à *D. Epiphanio* qui lib 1. to. 2 hær. 9. nu. 5. ex editione *Petauij* ait vocatos eſſe Ieſſæos, quia *Ieſus Hebraicè Curatorem, hoc eſt Medicum, ac Seruatorem ſignificat*. Attamen, quamuis Eſſeni ex medicinæ peritia, qua callebant iuxta *Philonem* apud *Euſeb.* l. 2. hiſt. Eccl. c. 17. & *Ioſeph.* l. 2. de Bell. Iud. c. 12 Chaldaice dici poterint אסיאי *Medici*, nihilominus nomen *Ieſu* iuxta proprium, & eſſentiale eius etymon non procedit à verbo Chaldaico (quod *Hebraicum* nuncupat *Epiphanius*, vtpote vernaculum tunc apud Hebræos) videlicet à verbo אסיא *Medicus* l. dixit enim Angelus apud *S. Matth* c. 1. *Vocabis nomen eius Ieſum, ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum*. Quare nomen Ieſu, quod ab Hebræis, & Chaldæis dicitur ישוע, emanat à verbo ישע *Saluare*. Hebraicum itaque & Chaldaicum Ieſu nomen, vel etiam Græcum Ἰησοῦς cum Eſſæis, quaſi Ieſſæis conferre, quàm ſit incommodum, nemo non videt.

(2) *Serar.* loc. cit. c. 8.

Scalig. l. c. nu. 175. *Druſ.* l. c. cap. 14.

ſed negant Scaliger, & Druſius, nihilominus Timotheus non vti Nazaræus, ſed ob temperantiam, & ieiunium erat abſtemius, vt aſſerunt SS. Hieronymus, Io. Chryſoſtomus, Proſper, & alij: ac propterea D. Paulus ei ſuadet vinum ceu προὔργον φάρμακον; non enim illi id indefinitè permiſiſſet, imò imperaſſet, ſed ex deuotione, ſeu religioſa ſeueritate, &, vt ita dicam, φιλεγκρατείᾳ à priſcis illis Chriſtianis, vix adulta Eccleſia, & primis adhuc feruoribus incumbente, id fuit vſurpatum. Vnde potuit etiam D. Gregorius, & tota Latina Eccleſia in forma ieiunij, & circumſtantijs, quæ ab Eccleſiaſtico præcepto dependent, abſque peccato, vinum indulgere, inſpectis hominum complexionibus, quæ, ſeneſcente mundo, quotidie infirmiores euadunt. Sed quicquid ſit, ſatis nobis erit, quòd hodie opinio hæc communis, & ab omnibus recepta ſit, vt vino ſcilicet condire ieiunia poſſimus. Et hæc dixi, ne materiam ieiuniorum ieiunè admodùm dicerer pertranſiſſe. At nos iam reuocat principalis controuerſia, An ſcilicet Chocolatis potio, prout hac tempeſtate communiter eſt in vſu, Eccleſiaſticum violet ieiunium. Et tres reperio opiniones. Prima eſt affirmantium ieiunij fractionem. Secunda eſt negantium. Tertia afferentium aliquas temperationes, conditioneſque, quibus opinionem negatiuam tutè, & ſine ſcrupulo ſequi poſſimus.

S. Hier. l. 2. in *Iouin. S. Io. Chryſ.* Hom. 16. in epiſt. 1. ad Timot. *S. Proſp.* lib. 1. de Vit. Contempl. cap. 22.

Argumenta affirmantium, ieiunium frangi e Chocolatis potu.

Primum, & validiſſimum affirmantium fundamentum ita procedit. Ea, quæ habent rationem cibi, etiam ſi potabili modo ſumantur,

tur, ſoluunt ieiunium: ſicut è contra id ſolùm non derogat abſtinentiæ in ieiunio ab Eccleſia indicto, quod eſt verè, & ſubſtantialiter potus. Ita Paludanus, Abulẽſis, Angles, Hẽriquez, Sancius, & alij penes diſertiſſimum noſtrum Dianam, Paſqualigum, & Lezanã. Sed Chocolatis potio habet rationem cibi, nec ſubſtantialiter eſt potus; conſequens ergo eſt, quòd violet ieiunium Eccleſiaſticum. Ad probandam minorem propoſitionem (maior enim ex communi doctrina deſumitur, vt vidimus) ſuppoſitione vtuntur, quòd ſcilicet Chocolates ſit cibus ex natura ſua maximum afferens nutrimentum, etiam ſi aqua ſit dilutus, adeòque hoc exaggerãt Paſqualigus, & Lezana, vt ferè cum pane ſubcineritio Heliæ æquari poſſet. Aiunt enim, & præſertim Paſqualigus, quòd in nutritione ferè omnes alios cibos excedat, ita vt vna tantùm vncia illius maſſæ, quam Hiſpani *Migas*, ſiue *Paſtillos* appellant, ſufficiat pro hominis ſubſtentatione per viginti quatuor horas abſque vlla corporis debilitatione; imò efficiat, quòd homo non egeat ſomno; & Caldera refert, puerum recèns ablactatum per quatuor menſes ſolo Chocolatis hauſtu, & rarò pani commixti, vitam produxiſſe. Roboratur autem Theſis, quòd ſit cibus, à P. Lezana, & Paſqualigo, & demum à Domino Caldera tali pacto. In Chocolatis potione reperitur totum id, quod vero alimento ex definitione Galeni competit, quòd ſcilicet reficiat deperditam ſubſtantiam, quòd vertatur in ſubſtantiam aliti ſimilem deperditæ, & quòd aſſimiletur,

Dian. par. 4. tract. 4. reſol. 194. *Paſqualig.* in Prax. de Ieiun. decif. 117. & 141. *Lezan.* Conſult. 48. à num. 88.

Paſqual. & Lezan. loc. cit.

Paſqual. d. deciſ. 141. nu. 3.

Calder. in d. ſuo Tribun. pag. 486.

Lezan. & Paſqual. loc. cit.

Calder. in Appen. d. tract. de Chocol. pag. 494. col. 2.

letur, quemadmodum alia faciunt alimenta, partibus ſanguineis ſpermaticis, & organicis; & demum, quòd alat non primis tantùm qualitatibus, ſed à tota ſubſtantia, ergo &c.

Tertiò propoſitum probatur, velut à priori, ex qualitatibus rerum, quæ Chocolatis ingrediuntur compoſitionem: nam, ait Caldera. Cacao eſt butyroſum, calidum, & humidum; Saccarum eſt calidum, & humidum, & alit maiori ſui parte, quæ qualitates ex Galeno facillimè in alimentum vertuntur, & nutriunt; Cinnamomum, & Vaginulæ odoriferæ alunt, & roborant ſecundùm partes diuerſas: ſed ipſæmet rerum qualitates, & formæ ſubſtantiales rerum prædictarum commixtarum manent etiam in Chocolatis potione, & aqua, qua diluitur, ergo eſt cibus, & non potus, vel eſt alimentum potabile, non ſecùs ac ius carnium, & lac, quæ potabilia dicuntur alimenta ad differentiam ſolidorum alimentorum, & ſubeunt nihilominus preſſiſſimam alimenti, & cibi ſubſtantiam. Quòd autem non ſit potus, nec illius ſortiatur naturam, hac ratiocinatione comprobare nituntur. Potus in ſua formali ratione ad ſedandam ſitim à natura eſt comparatus: ſitis enim eſt naturalis appetitus frigidi, & humidi externi pro reficienda ſimili ſubſtantia interna iam conſumpta, cum ſiccis, humidis, calidis, & frigidis alantur omnia viuentia. Quare aiunt Ariſtoteles, & Plato *Sitis appetitus eſt natura inſitus potionis, vt fames cibi*; & Galenus inquit: *Cibo quicquid ſiccioris ſubſtantiæ effluxit, reſtituimus: potione quicquid*

Cald. in d. Appen pag. 469. cap. 6 litt. D. & E.

Ariſtot. lib. 2. de Anima textu 28. *Plato* lib. 4. de Republ.

Galen. de Sanit. tuen. lib. 1. cap. 2.

quid humidioris; & hoc etiam firmat Auerroes. Sed nunquam videmus, homines Chocolate ad ſitim ſedandam, ſed quidem ad nanciſcendum ſtomachi robur, vti conſueuiſſe; vnde non omni tempore, ſed mane, vel ſerò ſumitur, quando, iam cibi digeſtione confecta, homo nouo eget nutrimento, ergo &c. quod ſanè argumentum viſum eſt validiſſimum noſtro Dianæ. Patet igitur, quòd non ſit à natura comparatus ad potum, ſed ad cibum; vnde vt aduertit Paſqualigus, ſumitur calidus ferè ſemper, quod demonſtrat, non eſſe verè potum, cùm ſitis, vt diximus, ſit frigidi, & humidi appetitus.

Auerr. lib. 2. Coll. cap. 1.

Dian. d. reſol. 194. par. 4. in Miſcell.

Secundum Calderæ fundamentum eſt huiuſmodi. Si ingredientia compoſitionem, & maſſam ſumantur per ſe, antequam maſſam conficiant, & in aquam inijciantur, violant certè ieiunium, vt patet; ergo idem eſt dicendum, poſtquam in aquam tranſierint, ſi bibantur. Nam propria cuiuſque forma, & ſubſtantia eo artificio non mutatur, ſed tantùm variatur figura, dum ex ſoluta maſſa fit potus, ſolùm ſuperueniente aliquo accidentali.

Et hæc ſunt ſolidiora affirmantium argumenta; ſed inſuper ab extrinſeco, & Doctorum authoritate, & numero ſuam confirmant ſententiam. Sunt autem in duplici differentia; nonnulli enim genericè tantùm loquuntur, nec aliquid de Chocolate meminerunt, ſed ſolùm aſſerunt, quòd ea, quæ habent cibi rationem, vt lac, & iuſculum, licèt hauriantur per modum potus, ſunt nihilominus verè cibus.

Doctores affirmantes, à Chocolatis potu ieiunium frangi.

bus.

Stuck: l. 2. Antiq. Conuiual. cap. 10. *Buleng.* lib. 3. de Conuiu. cap. 2. *Bacc.* de Nat. vin.

Stuckium, Bulengerum, Baccium, & ſexcentos alios.

De vini nutritione.

Huiuſmodi autem generoſum vinum, quamuis ἄπνεον robuſtè nutrire apud omnes ita compertum eſt, vt de eo dubitari ſit nefas; nonnulla tamen teſtimonia, Antiquorum præſertim, & celebriorum, conferemus.

Oribaſ. lib. 4. Synop. c. 12. & Collect. l. 3. cap. 13.

Oribaſius ait, *Vinum nutrire proportionè craſſitiei*. Docet Galenus, vinum nutrire, concoquere, roborare, & inter ea numerari, quæ noſtrum corpus alunt; adeò vt Pergamenum æquè ac ſuillam carnem, qua Athletę, & Paleſtritæ veſcuntur, nutrire affirmet.

Galen de Compoſ. pharm. 2. loc. c. 7. & de Alim. facul. cap. 40.

Scacc. de Salub. cib. cap. 7. *Ariſtot.* in Problem ſect. 28. probl. 5. & ibi *Pet. de Apono*.

Galenum refert, & ſequitur Scaccus, & Ariſtoteles inquit: *Sitis rerum duarum libido eſt, potionis inquam, & cibi; fames vnius cibi tantummodò*. Hinc Petrus de Apono, antiquus Commentator, & nuncupatus *Conciliator*, notandum infert, quòd, cùm potus ſit triplex, primùm per potum intelligatur ille, qui eſt cibus, & potus ſimul, vt vinum: nutrit enim, refrigerat, & humectat. Ex quibus concludit Scaccus, Ariſtotelem non ſimpliciter tantùm ſenſiſſe, vinum nutrire, ſed vt cibum; quod confirmat ex Hippocrate, qui famem, *Thorexi*, id eſt vini potione, ſedari affirmat. Idem ſcribit Athenæus, apud quem Mnaſitheus ait: *Et robur ingens præbet illud corpori*: idemque ſentiunt Cardanus, Matthiolus, Groſſus, & Baccius comparat cum pane inter alimenta ex Hippocrate & Galeno: & hoc non tantùm de antiquis vinis, de quibus ſupra nempe Chijs, Coijs, Thaſijs, Cretis, & alijs, ſed de noſtris hodiernis intelligit, videlicet de *Manciauerris*, *Lachrymis*, *Vernacijs*, & ſimilibus, adeò quòd de his verum ſit etiam dicere ἀληϑῶς

Scacc. loc. cit.

Hippocr. ſect. 2. Aphor. 21.

Athen. l. 2. cap. 3 in princ.

Mnaſith. in *Athen.* l. 2. c. 1.

Card de Sanit tuen. l. 1. c 32. *Matthiol.* ad *Dioſcor* l 5 c 7. *Groſſ* de Cib. & pot. q 1. 8. *Bacc.* de Nat. vini l. 3. c. 4. & 5.

ταχέως & ſic vnitim; & velociter enutrire. *Mercurialis vir doctiſſimus*, ait Plempius, *peculiari libello contendit, vinum non nutrire. At friuola ſunt eius rationes, & tanto Doctore indigna.*

Plemp. de Valet. tuend. pag. 141.

Conſequenter alia iungenda ſunt potulenta, & de Ceruiſia aliquid dicendum, quæ Hiſpaniam, Galliam, vtramque Germaniam, & omnes regiones (vbi *Stat glacies iners, Menſes per omnes*) occupat, atque veluti propitiam patriam agnoſcit. Hanc ex tritico concinnatam alij bibunt, vt obſeruant Baccius, Nonnius, & noſter Caldera cumulatè, & apud eum Manardus, & nuper idem Plempius valde eruditè; alij ex Baccij narratione componunt ex hordeo; alij frugibus, herbiſque parant, vnde Tacitus ait: *Potus humor ex hordeo, aut frumento in quamdam ſimilitudinem vini corruptus*; Plinius addit: *Galliæ, & Hiſpaniæ frumento in potum reſoluto vtuntur, at ſemper ex granis optimis, & aquis ſalubribus*: et, vltra huiuſmodi monita à Scarandæo deſcripta, ex Hebraicis etiam libris colligitur apud Buxtorphium, Ceruiſiam hordeaceis aquis confectā à Medis pro potu adhiberi.

De Ceruiſiæ compoſitione.

Horat. lib. 2. Od. 9.

Bacc. lib. 7. de Bohem.

Nonn. de Re cibar. l. 4. c. 17. Cald. loc. cit. ſect. 4. cap. 1.

Manard. l. 18. Epiſt. cap. 5. Plemp. loc. cit. cap. 5. nu. 15.

Bacc. de Nat. vinor. lib. 7.

Tacit. de Morib. German.

Plin. lib. 17. cap. 7.

Scarand. de Ration. conſer. ſanit. cap. 8.

Buxtorph. in Lex. Rabbin. col. 1401.

Hinc, quantas obtineat vires hæc potio, per ſe patere poſſet; ſed adhibeamus adhuc teſtes experientia probatiſſimos. Idem Nonnius vim illi tribuit inebriandi ex lupuli admixtione, ſicut maximè nutriendi ex frumento, quo calidior redditur, ſubditque: *Ideò videre eſt, modico cibo contentos eſſe, qui tàles ceruiſias liberaliùs bibunt*. Idque priùs aduerterat Gratarola, qui de ceruiſia meminit, & ait, quòd maximè nutriat, præſertim *Polypyra*

De Ceruiſiæ nutrimento.

Nonn. loc. cit.

Gratarol. lib. de Vini nat. cap. 14.

incorrupta fruge compoſita, & addit: *Nutriunt omnes probatæ ceruiſiæ, & ſunt boni ſucci, vires, roburque corporibus addunt, quemadmodum in Partibus Septemtrionalibus, vbi tantùm eiuſmodi potu incolæ fruuntur, homineſque formoſiſſimi pariter, ac robuſtiſſimi inueniuntur*. Ita ille, idemque ait etiam Manardus, quod ſimiliter dici poteſt de *Celia* huic potioni affine, vt apud Iſidorum, Oroſium, Nonnium, & alios. Prætermittimus autem, vt ad rem noſtram parùm ſpectantia, alia potionum genera, vt vinum palmarum, quod apud Sinas commendatur à Gonzali: *Chà*, ſiue *Cià* apud Iaponios, de quorum potu ſcribunt Scaccus, & P. Bartolus, vti valde ſalutiferum commendans, & tandem Maffeus, qui etiam ait: *De Sagu arboris ramis artificis manu conciſis, leuande ſiti mirifico ſapore ſimul, & ſalubritate candidus liquor exſudat, quem vulgò* Tuacam *appellant*. Itidem non loquimur de *Caphè* ab Arabibus قهوة, de quo poſt ceteros Petrus de Valle, & Butius, & de eius virtutibus noſter Dominicus Magrus, & Alpinus ſcripſere: neque de vino ex *Maizio*, ſiue *Tlaoli* Mexicanis (quod eſt frumentum Indorum Occidentalium, & *Turcicum* apud nos vocatur) cum aqua, & melle, vt apud Lopez de Gomara, cum tamen priſcus Indorum potus fuerit non admixto melle, &, ſicuti ſcribunt etiam ceteri rerum Americanarum Scriptores, & præſertim Laët, non vinum tantùm conficiunt, & magni faciunt, ſed aquam ſolùm *Maizi* farina dilutam, ita vt euadat ad inſtar liquati, candidique amyli, vt narrat Colmenerus, & firmant Marrandon de

Grataról. loc. cit. pag. 135.

Manard. loc. cit.

Iſidor. lib. 20. *Oroſ*. lib. 5. Hiſt. c. 17. *Nonn*. loc. cit.

Gonzal. in Hiſt. Sinen. c. 10. p. 2.

Scac. d. lib. c. 2. *Bartol*. in Hiſt. Soc. Ieſu. & par. 1. Aſiæ l. 3. pag. 187. *Maff*. lib. 5. 6. & 12. Hiſt. Ind.

Pet. de Valle in Itin. Turc. epiſt. 2. pag. 110. & epiſt. 3. pag. 151 *Butius* de Antiqu. potu cap. 10.

Magrus in Epiſtola de Caphe. *Alpin*. de Plant. Aegypt. cap. 16.

Lopez de Gomara in Hiſtor. Hiſp. del Mexico pag. 319.

Laet. lib. 7. cap. 3. Atolle.

Colmen. in Trac. de Chocol. Impreſſ. Matriti ann. 1631. & Pariſiis ann. 1643. à *Renato Moreau* Regio medicinæ Profeſſore pag. 36. ſuæ verſionis in Gallicũ idioma. *Marrad*. in Tract. Gallico de Chocol. pag. 51.

de Marchena, & Stubbeus, & præ ceteris Nierembergus, & Gonzales de Ouiedo, aliįque quàmplurimi.

Nieremberg. Hiſt. nat. l. 14. cap. 15.

Gonzal. cap. 10. Naulg. Ind.

Nemini dubium eſt, quin præfatæ, & ſimiles potiones alimentoſæ ſimul, & nutritiuæ ſint, robuſtèque alant, vt præter citatos Scriptores alij docent: & id omne non parùm nobis deſeruiet ad argumenta affirmatiuæ opinionis maximè conuellenda, & idcircò vberiùs rem pertractauimus.

An Chocolate ſit cibus, vel potus.

Supereſt nunc prodomus hiſtoricæ inſpectionis articulus: An ſcilicet Chocolate in eius natali ſolo, vt cibus, an verò vt potus, agnoſcatur. Et quidem in hoc audiendi ſunt ij ipſi, qui vel in ijs vixerunt regionibus, vel ab alijs fide dignis, & in eiſdem prouinciis verſatis Scriptoribus, exceperunt. Acoſta ita ſcripſit. *Robuſtam, & ſalubrem, & aſſuefactis non iniucundam eſſe ſiceram (ſic enim iam dudum voco, iſtam vulgarem Indorum potionem, ſiue Maicio, ſiue Cacao, ſiue quouis alio genere conſtet) nullo modo negare poſſunt, quicumque iſta experti ſunt.* Vbi notandum eſt obiter, hunc authorem vſum fuiſſe Siceræ verbo, quod non à Græco σικερα, vel σικὴρ, vel τὸ σίκερα ſecundùm aliquos, ſed ab Hebraica voce שכר originem trahit, eiuſque mentio apud veteres Latinæ linguæ Lexicographos non reperitur, niſi penès Ximenez Arias, & poſtremò penès Martinium, & Rauanellum. Noſter Magrus, qui ex Arabum nomine سكر etymon agnoſcit, citatque Zachariam Chryſopolitanum, Siceram accipit pro quauis potione ad inebriandum apta, id tamen priùs aduerterat Origenes,

Acoſta de Procur. Indor. ſalut. lib. 3. cap. 22.

Quid ſit Sicera.

Ximen. in Lex. Eccleſ.

Mart. in lex. Philol. *Rauan.* in Bibliot. p. 2. *Magr.* in Notit. verb. Sicera.

Zachar. Chryſ. in Euang. c. 2.

Orig. in Leuit. c. 10. *Hom.* 7. *S. Hiero.* in Isa. c. 13. 24. 28. & in epiſt. ad *Nepotian.* *Iſidor.* l. 2. Orig. c. 23. *Pagnin.* in Lex. Hebr *Boderian.* in Lex. Chald. *Calaſ.* in Conc. Hebr. *Buxtor.* in Conc. Hebr. & in Lex. Rabb. *Voſſ.* in Etymol. *Fung.* in Etym trilin. *Beyer.* tom. 6. Theat. Vit. Hum. fol. 558. col. 1. *Kimchi*, & *De Pomis* in Lex. Hebr. *Theoph. Ant.* lib. Allegor. in Lucam

genes, & poſt eum eloquentiſſimè S. Hieronymus, quem ſecuti ſunt Iſidorus, Pagninus, Guido Fabricius Boderianus, Calaſius, Buxtorphius, Voſſius, Fungerus, Beyerlinck, aliíque præter Dauidem Kimchium, & Dauidem de Pomis apud Hebræos. Quare Theophilus Antiochenus nimiùm coarctat Siceræ ſignificationem tantummodò ad potum ex dactylis confectum: etenim vbi apud Vulgatam legitur, *Vi-*

Leuit. cap. 10. verſ. 9. Num. c. 6. verſ. 3.

num, & quidquid inebriare poteſt, non bibes, & *A vino, & omni, quod inebriare poteſt, abſtinebunt*, ex Hebraicis textibus יין ושכר אל תשת, & מיין ושכר יזיר Latinè transferunt Vatablus, & Pagninus, *Vinum, & siceram ne bibas*, & *A vino, & ſicera abſtineat*, prout etiam vertitur apud Septuaginta Interpretes, à quibus non ſolùm Hebraicum Si-

Prouerb. cap. 10. verſ. 1. & cap. 31. verſ. 6.

ceræ verbum translatum fuit σίκερα (non ſecùs quàm in Chaldaica Paraphraſi poſtea reddidit

Onkel. Deut. 29. verſ. 6.

Onkelos מרוי) ſed etiam, vt obſeruat Ioannes de

Haye in leuit. c. 10.

la Haye, aliquando interpretatum fuit μέθυσμα;

3. Reg. 1. verſ. 15. & *Mich.* c. 2. verſ. 11.

ſicut in libro Regum, & in Michea Propheta ſtudioſus lector inueniet: quo pariter ſenſu Io-

Ionat. in *Mich.* c. 2. verſ. 11.

nathan Chaldæus Paraphraſtes tranſtulit מרו,

Prou c. 20. v. 1. *Iſa.* c. 5. v. 11. & 22. c. 28. v. 7. c. 29. v. 9. *Mich.* c. 2. v. 11.

& in pluribus locis transfertur apud Vulgatam; nec inconcinnum huiuſcemodi etymon quis putet, cum vox שֵׁכָר emanet à verbo שָׁכַר, quod denotat *Inebriari*: & quia munera non tantùm excæcant, ſed etiam inebriant, propterea lepidam paronomaſiam inter שכר, & אשכר

Villal. in Ezech. cap. 27.

Villalpandus conſtituit. Vnde prætermittendus non eſt mos antiquiſſimus, quo ad hebetandam mentem, & alienandos ſenſus eorum, qui morte plectebantur, vt minores tormento-

rum

Digitized by Google

rum cruciatus experirentur; eis propinabatur Sicera iuxta illud Salomonis, *Date ſiceram mærentibus*, vel ex Hebraico textu לאובד *Pereunti*. Hincque originem duxit conſuetudo in Thalmudicis libris deſcripta, & relata à Moyſe Aegyptio, Abrahamo Zacuthio, Raymundo Martino, Lyrano, Galatino, Caſaubono; Bulengero, & Bartholino, qua vltimo ſupplicio damnati thureo vino potabantur, quemadmodum vinum myrrha conditum Chriſto Domino porrectum fuit: quo propinationis officio; ſi Iudæis fidem præſtare libet, Hieroſolymis fungebantur honeſtæ, ac deuotæ mulieres, à quibus ex Lyrani ſententia myrrhatum vinum pro Chriſto allatum eſt, ſed illud amouentes Hebræi vinum felle mixtum ſuppoſuere. Hinc igitur inter vina factitia, quorum mentionem faciunt Hadrianus Iunius, Plinius, Dalemchapius, & Stuckius, recenſenda eſt etiam Sicera, pro qua Dauidicũ illud apud Hebræos שותי שכר legitur apud Septuaginta *οἱ πίνοντες οἶνον*, & in Vulgata, *Qui bibebant vinum*; nec non in Thargumica verſione Onkelos, & Ionathan verbo חמר עתיק pro *Vino veteri* traduxerunt, quantumuis Hebraicum Siceræ nomen Ioſeph Cæcus, Chaldæus etiam Paraphraſtes, retineat. Quare pro ſenſus notione nonnulli hanc afferunt diſtinctionem, quòd ſcilicet Sicera, cum in ſacris paginis vino iungitur, innuat vinum factitium, ex pomis, aliiſque fructibus confectum; at ſeorſim accepta quemlibet potum, tum inebriantem, tum ſitim explentem, ac etiam ſimpliciter vinum denotet: alij verò inquiunt,

Prou. cap. 31. verſ. 6.

Thalm. in tr. Sanedrin c. 13.

Moſ. Aegyp. l. 14. Halacoth.

Zacut. in lib. Iuchaſin pag. mihi 114. col. 2. *Raym. Mart.* in Pug. Fid. p. 3. d. 3 c. 16. *Galat.* l. 8. c. 19. *Lyran* in Prou. c. 31. & in Pſal. 68. *Caſaub.* in *Baron.* exerc. 16. nu. 95. pag. 148. col. 2. *Bulen.* in *Caſaub.* diatr. 3. pag. 162. *Barthol* de Cruce Hypom. 3. §. 1. & 4.

Lyran. in Matth. c. 27.

Hadr. Iun. l. 3. Animad. c. 22. *Plin.* l. 14. c. 16. & l. 22. cap. vlt. *Dalemch.* in not. ad *Plin.* d. c. 16. *Stuck. Conuiu. Antiq.* l. 3. c. 9.

Pſal. 68. verſ. 16.

Onkel. Deuter. c. 14. v. 26. *Ionath.* *Iud.* c. 13. v. 4. 7. 14. & 1. Reg. 1. v. 15. *Iſa.* c. 5. v. 11. 22. c. 28. v. 7.

Ioſeph. Prou. c. 20. v. 1. c. 31. v. 6. & Pſal. 68. verſ. 16.

quiunt, quòd merum, purum quidem, viuum, temetum, non tamen dilutum ſignificet. Ergo, vt ad rem noſtram redeamus, ſicut Elias Leuites, Marinus, Bonfererius, & Schindlerus pro Sicera intelligunt Ceruiſiam (quam Scoockius inebriantem monſtrat, & Abenezra refert, Siceram ex melle, & dactylis, aut tritico, & hordeo confici) eadē etiam voce Acoſta voluit nuncupare Chocolaten (cum apud Latinos municeps adhuc non extet) vt eius vires exaggeraret: quare de Americis ſcripſit Petrus Martyr, *Trita* (Cacao) *ſeruatur ad potum, & pulueris illius portione coniecta in aquam, mox reſoluta parumper, poculum efficitur Rege dignum*. Hoc etiam confirmatur ab Anania, & Herrera, qui loquens de incolis Indiarum Occidentalium ait: *Beuen el vino, y Cacao, que lo embueluen en pimienta, y molido con el maiz lo deslien en agua, y lo beuen*; & Ioannes de Barrios apud eumdem Calderam idem refert, additque Ioannes de Laet: *Principalis vſus eſt in potu, quem conficiunt, Chocolaten vocant, inſanum in modum ab incolis harum regionum dilectum*: & inferiùs idem Laët de Cacao: *ſimplex enim potus refrigerat, & nutrit inſigniter*: ac tandem Bernardus de Caſtillo, agens de menſa Principis Motezumā, hoc disertè oſtendit apud Henricum Stubbeum Anglum, qui etiam accuratè antiquitatem huius potus apud Americanos commendat, & ante eum Piſo; ac denique inquit Lopez de Gomara: *La meior, mas delicada, y cara beuida, que tienen es de harina de Cacao, y agua: algunas vezes le mezclan miel, y harinas de otras legumbres, eſta no emboracha, antes refreſca mucho,*

Elias in Thisbi.

Marin. in Lex. Hebr. *Bonfer.* in leuit. c. 10. *Schindler.* in Pentaglot.
Scoock. de Ceruiſ. cap. 17.

Abenez. Deut. 14.

Petr. Mart. Dec. 5. cap. 4. Comm. Americ.

Anan. in Mundi Fabr. tr. 4.
Herrera l. 9. de las Indias Occident. Dec. 4.

Calder. loc. cit. cap. 5.

Io. de Laet lib. 7. Deſcrip. Ind. Occid. cap. 2.

Bernar. de Caſtillo in ſua Cor. tel. cap. 91.

Henric. Stubb. de Chocol. c. 2. pag. 6. & cap. 1.

Piſo in Mantiſ. Aromat. cap. 17. pag. 196.

Lopez de Gomara in Hiſt. del Mexico, y ſu conquiſta Cap. *De los vinos y borrachez* pag. mihi 319.

por eſto lo beuen con calor, y ſudando. Huic inſupèr ſubſcribit noſter Caldera, & Hiſtoria Americana per Theodorum de Bry refert. *Tum eleemoſynæ loco Cacao pauperibus diſtribuunt. Potus ex hoc fructu paratus Chocolate nuncupatur*; & hæ ſufficiant authoritates, cum, vltra quàm opus eſſet, ſatis roborata veritas videatur, & *in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum*.

Caldera loc. cit.

Theod. de Bry par. 9. lib. 4. cap. 12.

Deut. 19. verſ. 15. Matth. 18. verſ. 16.

Subdenda nunc eſt moralis hypotheſis de ieiunio Eccleſiaſtico, eiuſque violatione. Et primùm dicendum eſt aliquid de priſco antiquorum Chriſtianorum vſu circà ieiunia, in quibus ſecundùm nonnullos Scriptores à cibis, & à vini præſertim potu ſimul erat abſtinentia. Inſignis ad hoc probandum eſt locus Tertulliani (quem apud neminem, quos viderim, eorum, qui de hoc argumento ſcripſere, perpenſum reperi) ait ille. *Qualis enim eſus, talis & potus: veriſimile non eſt, vt quis dimidiam gulam Deo immolet*; &, cum de Quadrageſimali ieiunio loquatur, eleganter addit: *Ipſa natura enunciabit, quales nos ante pabulum, & potum in virgine adhuc ſaliua exhibere conſueuerit*: Nam quartæ, & ſextæ feriæ ieiunium argutè vocat *Semiieiunium*, hora enim nona ſoluebatur; at in Quadrageſima veſperi, & occidente ſole (quod exactiſſimè obſeruant Orientales Chriſtiani vſque in præſentem diem) vt habetur ex S. Clemente, licèt intelligi debeat de Hebdomada maiori, vt patet, dum dicit: *A vino, & carnibus vos abſtinete in ijs diebus; ſunt enim dies luctuoſi*: & S. Cyrillus Hieroſolymitanus ſcribit: *Ieiunamus à vino, & à carnibus abſtinentes, non quòd hæc tanquàm abominationes*

Antiqui Christiani in ieiunijs abſtinebant à vino.

Tertull. in lib. contra Pſychicos.

S. Clemens lib. 5. Conſtit. Apoſt. cap. 19.

S. Cyrill. Hieroſol. Cathec. 4.

tiones oderimus, ſed quòd præmium exoptamus. Sanctus etiam Baſilius ait, *A vino abſtines, ſed ab iniurijs tibi non temperas &c.* Idem docet S. Ambroſius, & ſcribit S. Ioannes Chryſoſtomus inquiens: *Quid difficilius non iurare, an per totum diem inediam pati, & aqua potu, & tenui victu ſiccari? Certum eſt, quòd hoc illo grauius; ſed tamen conſuetudine res eſt facilis, & expedita, quòd adueniente ieiunio, & ſi millies quis exhortetur, & cogat vinum delibare, vel aliud quid ieiunij lege non conceſſum guſtare, omnia mallet pati, quàm prohibitum tangere nutrimentum.* Sic & alij apud Azorium, videlicet Theophilus Alexandrinus, Origenes, S. Hieronymus, & Theodoretus.

S. Baſil. Hom. 1. de laud. ieiun.

S. Ambroſ. ſerm. 39.

S. Io. Chryſoſt. hom. 6. ad pop. Antioch.

Azor. p. 1. l. 7. c. 10. q. 7. Theoph. Alex. ſerm. 5. de Paſchate. Origen. lib. 3. in Iob. S. Hieron. lib. 2. contr. Iouinian. Theod. in Epit. diuin. Script.

Orientales Christiani à vino abſtinent in Quadrageſima: ſicut eſt in Eccleſia Occidentali ea conſuetudine.

Eamdem etiam hodie conſuetudinem ſeruant Arabes Chriſtiani, vt ex eorum Catheehiſmo de præceptis propriæ Eccleſiæ colligitur; etenim Quadrageſimæ tempore non ſolùm à carne, & lacticinijs, vti nos ſolemus, ſed inſuper à vino, & piſcibus ſanguine præditis ieiunant iuxta morem Orientalium, & pari ritu etiam Maronitæ abſtinent. Nihilominus, cùm apud noſtram Occidentalem Eccleſiam per decem, & ampliùs ſecula permiſſum fuerit vinum in ieiunio etiam Quadrageſimali, ſicut & alij ad potum deſeruientes liquores; & S. Gregorius reſponderit Auguſtino Anglorum Epiſcopo, id licere, vt habemus in canone (quamuis apud D. Gregorium id non reperiatur, vt optimè aduertit Couarruuias) & iam præter canones etiam ſufficienter regulam hanc habeamus confirmatam, cùm poſt S. Thomam omnes ferè Theologi hanc ſectati ſint opi-

Can. Denique diſt. 4.

Couar. lib. 4. var. reſol. cap. 10. num. 15. in medio.

S. Thom. 1. 2. qu. 147. art. 6.

opinionem, vt plenè demonſtrat P. Paſqualigus operæ pretium tamen videri poteſt antiquæ cum noſtra, licèt minùs antiqua, conſuetudinis conciliatio, quam iudicio meo optimè præſtat maximus Doctor, & omnium Magiſter Auguſtinus inquiens. *Sed & illa eſt in quadrageſimæ diebus grandis vtilitas, quòd, dum etiam à licitis abſtinemus, magis ac magis admoneamur illicita vitare: qui enim abſtinemus à carnibus, quibus alijs diebus vti licet, qui nos abſtinemus à vino, quo moderatè vti licet, qui ergo iſta vitamus, quæ aliquando licent, peccata fugiamus, quæ omninò numquam licent.*

Paſqualig. in Prax. Iciun. deciſ. 116.

S. Auguſt. ſerm. 64.

Ex quibus euidenter eruitur, non eſſentialiter ieiunio coniunctam eſſe abſtinentiam à vino, & clariùs elicitur ex Apoſtoli diſpenſatione cum Timotheo ὑδροποτεῖν, non quia iuxta Goduuini, & Leuſdeni ſententiam Timotheus vixerit aſſecla Eſſenorum, qui, tertiam Hebræorum ſectam conſtituentes, è Philonis aſſertione à vino abſtinebant, & ab Euſebio, & SS. Epiphanio, & Hieronymo, quos refert, & ſequitur Bellarminus, agnoſcuntur pro primis Alexandriæ Fidelibus. Quamuis enim Eſſeni, ſiue, vt alij volunt, Eſſæi (non tamen Ieſſæi à Ieſu, vt ait noſter (1) Magrus) quamuis, inquam, Eſſeni fuiſſent Nazaræi propter abſtinentiam à vino, prout concedit (2) Serarius,

D. Paul. epiſt. 1. ad *Timoth.* cap. 5. verſ. 23.

Goduu. l. 1. de Moſ. & Aaron. cap. 12. *Leuſd.* in Phil. Hebr. to. 2. diſſ. 20. in fin.

Philo. in lib. de Vit. cõtempl.

Bellarm. de Monac. c. 25.

(1) De multiplici etymo pro Eſſenorum nomine vide *Serar.* l. 3. Trihær. c. 1 *Hotting.* in Theſ. Phil. pag. 37. *Scalig.* in Elen. Trihær. c. 19 & 22. *Druſ.* l 4. de Trib. ſect. *Fuller.* l. 1. miſcell. ſacr. c. 3. & l. 4. c 3 *Fung.* in Etym. triling. *Menoch* l. 3. Reip. Hebr. c. 16. *Leuſd.* loc. cit.

Z ſed

Sed noſter *Magrus* in Notit. ait, Eſſenos, Chriſtianam fidem amplexos, dictos fuiſſe Eſſæos, nempe Ieſſæos à Ieſu, & hoc forſan deſumpſit à *Baronio* ann. 64. num 4 vel à *D. Epiphanio* qui lib 1. to. 2 hær. 9. nu. 5. ex editione *Petauij* ait vocatos eſſe Ieſſæos, quia *Ieſus Hebraicè Curatorem, hoc eſt Medicum, ac Seruatorem ſignificat* At tamen, quamuis Eſſeni ex medicinæ peritia, qua callebant iuxta *Philonem* apud *Euſeb.* l. 2. hiſt. eccl. c. 17. & *Ioſeph.* l. 2. de Bell. Iud. c. 12 Chaldaice dici potuerint אסיאי *Medici*, nihilominus nomen *Ieſu* iuxta proprium, & eſſentiale eius etymon non procedit à verbo Chaldaico (quod *Hebraicum* nuncupat *Epiphanius*, vtpote vernaculum tunc apud Hebræos) videlicet à verbo אסא *Medicus*: dixit enim Angelus apud *S. Matth* c. 1. *Vocabis nomen eius Ieſum, ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum*. Quare nomen Ieſu, quod ab Hebræis, & Chaldæis dicitur ישוע, emanat à verbo ישע, *Saluare*. Hebraicum itaque & Chaldaicum Ieſu nomen, vel etiam Græcum Ἰησοῦς cum Eſſæis, quaſi Ieſſæis conferre, quàm ſit incommodum, nemo non videt.

(2) *Serar.* loc. cit. c. 8.

Scalig. l. c. nu. 175. *Druſ.* l. c. cap. 14.

ſed negant Scaliger, & Druſius, nihilominus Timotheus non vti Nazaræus, ſed ob temperantiam, & ieiunium erat abſtemius, vt aſſerunt SS. Hieronymus, Io. Chryſoſtomus, Proſper, & alij: ac propterea D. Paulus ei ſuadet vinum ceu προσῦεργον φάρμακον; non enim illi id indefinitè permiſiſſet, imò imperaſſet, ſed ex deuotione, ſeu religioſa ſeueritate, &, vt ita dicam, φιλεγκρατεία à priſcis illis Chriſtianis, vix adulta Eccleſia, & primis adhuc feruoribus incumbente, id fuit vſurpatum. Vnde potuit etiam D. Gregorius, & tota Latina Eccleſia in forma ieiunij, & circumſtantijs, quæ ab Eccleſiaſtico præcepto dependent, abſque peccato, vinum indulgere, inſpectis hominum complexionibus, quæ, ſeneſcente mundo, quotidie infirmiores euadunt. Sed quicquid ſit, ſatis nobis erit, quòd hodie opinio hæc communis, & ab omnibus recepta ſit, vt vino ſcilicet condire ieiunia poſſimus. Et hæc dixi, ne materiam ieiuniorum ieiunè admodùm dicerer pertranſiſſe. At nos iam reuocat principalis controuerſia, An ſcilicet Chocolatis potio, prout hac tempeſtate communiter eſt in vſu, Eccleſiaſticum violet ieiunium. Et tres reperio opiniones. Prima eſt affirmantium ieiunij fractionem. Secunda eſt negantium. Tertia afferentium aliquas temperationes, conditioneſque, quibus opinionem negatiuam tutè, & ſine ſcrupulo ſequi poſſimus.

S. Hier. l. 2. in *Iouin. S. Io. Chryſ.* Hom. 16. in epiſt. 1. ad Timot. *S. Proſp.* lib. 2. de Vit. Contempl. cap. 22.

Argumenta affirmantium, ieiunium frangi e Chocolatis potu.

Primum, & validiſſimum affirmantium fundamentum ita procedit. Ea, quæ habent rationem cibi, etiam ſi potabili modo ſumantur,

tur, ſoluunt ieiunium: ſicut è contra id ſolùm non derogat abſtinentiæ in ieiunio ab Eccleſia indicto, quod eſt verè, & ſubſtantialiter potus. Ita Paludanus, Abulẽſis, Angles, Hẽriquez, Sancius, & alij penes diſertiſſimum noſtrum Dianam, Paſqualigum, & Lezanã. Sed Chocolatis potio habet rationem cibi, nec ſubſtantialiter eſt potus; conſequens ergo eſt, quòd violet ieiunium Eccleſiaſticum. Ad probandam minorem propoſitionem (maior enim ex communi doctrina deſumitur, vt vidimus) ſuppoſitione vtuntur, quòd ſcilicet Chocolates ſit cibus ex natura ſua maximum afferens nutrimentum, etiam ſi aqua ſit dilutus, adeòque hoc exaggerãt Paſqualigus, & Lezana, vt ferè cum pane ſubcineritio Heliæ æquari poſſet. Aiunt enim, & præſertim Paſqualigus, quòd in nutritione ferè omnes alios cibos excedat, ita vt vna tantùm vncia illius maſſæ, quam Hiſpani *Migas*, ſiue *Paſtillos* appellant, ſufficiat pro hominis ſubſtentatione per viginti quatuor horas abſque vlla corporis debilitatione; imò efficiat, quòd homo non egeat ſomno; & Caldera refert, puerum recèns ablactatum per quatuor menſes ſolo Chocolatis hauſtu, & raro pani commixti, vitam produxiſſe. Roboratur autem Theſis, quòd ſit cibus, à P. Lezana, & Paſqualigo, & demum à Domino Caldera tali pacto. In Chocolatis potione reperitur totum id, quod vero alimento ex definitione Galeni competit, quòd ſcilicet reficiat deperditam ſubſtantiam, quòd vertatur in ſubſtantiam aliti ſimilem deperditæ, & quòd aſſimiletur,

Dian. par. 4. tract. 4. reſol. 194. *Paſqualig.* in Prax. de Ieiun. deciſ. 117. & 141. *Lezan.* Conſult. 48. à num. 88.

Paſqual. & *Lezan.* loc. cit.

Paſqual. d. deciſ. 141. nu. 3.

Calder. in d. ſuo Tribun. pag. 486.

Lezan. & *Paſqual.* loc. cit.

Calder. in Appen. d. tract. de Chocol. pag. 494. col. 2.

letur, quemadmodum alia faciunt alimenta; partibus ſanguineis ſpermaticis, & organicis; & demum, quòd alat non primis tantùm qualitatibus, ſed à tota ſubſtantia, ergo &c.

Tertiò propoſitum probatur, velut à priori, ex qualitatibus rerum, quæ Chocolatis ingrediuntur compoſitionem: nam, ait Caldera: Cacao eſt butyroſum, calidum, & humidum; Saccarum eſt calidum, & humidum, & alit maiori ſui parte, quæ qualitates ex Galeno facillimè in alimentum vertuntur, & nutriunt; Cinnamomum, & Vaginulæ odoriferæ alunt, & roborant ſecundùm partes diuerſas: ſed ipſæmet rerum qualitates, & formæ ſubſtantiales rerum prædictarum commixtarum manent etiam in Chocolatis potione, & aqua, qua diluitur, ergo eſt cibus, & non potus, vel eſt alimentum potabile, non ſecùs ac ius carnium, & lac, quæ potabilia dicuntur alimenta ad differentiam ſolidorum alimentorum, & ſubeunt nihilominus preſſiſſimam alimenti, & cibi ſubſtantiam. Quòd autem non ſit potus, nec illius ſortiatur naturam, hac ratiocinatione comprobare nituntur. Potus in ſua formali ratione ad ſedandam ſitim à natura eſt comparatus: ſitis enim eſt naturalis appetitus frigidi, & humidi externi pro reficienda ſimili ſubſtantia interna iam conſumpta, cum ſiccis, humidis, calidis, & frigidis alantur omnia viuentia. Quare aiunt Ariſtoteles, & Plato *Sitis appetitus eſt natura inſitus potionis, vt fames cibi*; & Galenus inquit: *Cibo quicquid ſiccioris ſubſtantiæ effluxit, reſtituimus: potione quicquid*

Cald. in d. Appen. pag. 463. ... 6 litt. D. & E.

Ariſtot. lib. 2. de Anima textu 28. *Plato* lib. 4. de Republ.

Galen. de Sanit. tuen. lib. 3. cap. 2.

quid humidioris; & hòc etiam firmat Auerroes. *Auerr. lib. 2. Coll. cap. 15.* Sed nunquam videmus, homines Chocolate ad ſitim ſedandam, ſed quidem ad nanciſcendum ſtomachi robur, vti conſueuiſſe; vnde non omni tempore, ſed mane, vel ſerò ſumitur, quando, iam cibi digeſtione confecta, homo nouo eget nutrimento, ergo &c. quod ſanè argumentum viſum eſt validiſſimum noſtro Dianæ. *Dian. d. reſol. 194. par. 4. in Miſcell.* Patet igitur, quòd non ſit à natura comparatus ad potum, ſed ad cibum; vnde, vt aduertit Paſqualigus, ſumitur calidus ferè ſemper, quod demonſtrat, non eſſe verè potum, cùm ſitis, vt diximus, ſit frigidi, & humidi appetitus.

Secundum Calderæ fundamentum eſt huiuſmodi. Si ingredientia compoſitionem, & maſſam ſumantur per ſe, antequam maſſam conficiant, & in aquam inijciantur, violant certè ieiunium, vt patet; ergo idem eſt dicendum, poſtquam in aquam tranſierint, ſi bibantur. Nam propria cuiuſque forma, & ſubſtantia eo artificio non mutatur, ſed tantùm variatur figura, dum ex ſoluta maſſa fit potus, ſolùm ſuperueniente aliquo accidentali.

Et hæc ſunt ſolidiora affirmantium argumenta; ſed inſuper ab extrinſeco, & Doctorum authoritate, & numero ſuam confirmant ſententiam. *Doctores affirmantes, à Chocolatis potu ieiunium frangi.* Sunt autem in duplici differentia; nonnulli enim genericè tantùm loquntur, nec aliquid de Chocolate meminerunt, ſed ſolùm aſſerunt, quòd ea, quæ habent cibi rationem, vt lac, & iuſculum, licèt hauriantur per modum potus, ſunt nihilominus verè cibus.

Sanchez to. 2. Opuſc. lib. 5. cap. 1. dub. 23. nu. 1. Layman. lib. 4. tr. 8. c. 1. nu. 7. Ludou. de S. Io. in Summ. quæſt. de ieiunio art. 12. diffic. 1. dub. 2. Dian. d. par. 4. tr. 4. reſ. 194. Villalob. in Summ. to. 1. tr. 13. diffic. 8. nu. 15. Franc. Syl. in 2. 2. S. Thomæ d. qu. 147. art. 6. Caſtropal. p. 7. de Virt. prud. diſp. 3. punct. 2. §. 2. nu. 4.

bus. Hi autem ſunt Sanchez, Laymanus, Ludouicus de Sancto Ioanne apud Dianam, Villalobus, Franciſcus Syluius, Caſtropalaus, & alij, qui optimè explicantur, imò non poſſunt pro aduerſarijs adduci, quando probatum fuerit Chocolatem non habere rationem cibi, vt infra videbimus. Alij verò ſpecificè de Chocolate mentionem facientes credunt, quòd

Anton. de Leon. in Tract. de Chocol. p. 3. nu. 20. Trull. in Decal. to. 1. l. 3. c. 2. dub. 2. nu. 15.

ieiunium euertat, & ſunt Antonius de Leon, Trullen. (qui tamen non damn[illegible] contrariam

Villalob. loc. cit. Machadus de Perfect. Confeſſ. tom. 1. lib. 2. p. 4. tract. 3. docum. 1. nu. 8. Leander à Murcia in cap. 3. regul. S. Franc. q. 5. num 8. Solorzan. lib. 2. Polit. cap. 10. Paſqualig. in Prax. loc. cit. Leſſ. to. 3. moral. tit. 21. nu. 107.

opinionem, vt etiam Villalobus,) Machadus, Leander à Murcia, Solorzanus, Paſqualigus, ſicut quoque Lezana, Boſſius, Medina, & Petrus de Tapia Archiepiſcopus Hiſpalenſis, quos re-

Calder. loc. cit.

fert, & ſequitur Caldera, & ferè totus hic labor debetur ſummæ eruditioni, & ſolerti ſtu-

Dian. par. 4. tract. 4. Miſcell. reſ. 194. & p. 5. tr. 5. reſ. 11. & par. 8. tr. 7. reſol. 54.

dio noſtri P. Dianæ, qui colligit omnes ferè Doctores de hac re pertractantes; licet Reue-

Dian. d. reſol. 54.

rendiſſimus Caramuel in loco ab eodem Diana citato negatiuæ potiùs faueat opinioni, ſuppoſito, quòd Chocolates ſit potus vſualis, vt inferiùs inſpiciemus.

Argumenta negantium à Chocolatis potu ieiunium frangi.

Ex aduerſo negatiua ſententia firmis etiam, & robuſtis fulcitur argumentis, & rationibus, adeò quòd non metuat arma, nec fugiat Aduerſariorum incurſionem. Prima ratio, & fundamentum eſt idem ac contrariæ opinionis, licèt in minori propoſitione opponantur. Ea, quæ cibi rationem habent, quamuis vti potabilia hauriantur, ſoluunt nihilominus ieiunium ex ſuppoſito primæ ſententiæ; ſed Chocolatis potio non eſt eiuſmodi, conſequens ergo eſt, quòd non violet ieiunium. Tota igitur

tur vis in hoc ſiſtit, An Chocolates ſit potio, & in genere preſsè potulentorum collocandus. Hoc autem in facto probatum latiſſimè fuit in tertio articulo hiſtoricæ inſpectionis iam præmiſſo, ergo &c. Et animaduertendum eſt, quòd nos loquamur de maſſa Chocolatis non vt ſic, ſed vt aqua ſoluta, & vt communi conſuetudine bibitur, & vſurpatur hodie apud omnes. Cùmque Aduerſarij vim argumenti cognouerint, effugium quæſiuere, concedentes in illis Americæ Regionibus (in quibus vſus iam obtinuit illum bibendi) non frangere, nam in illis iam eſt communis potus, & vſualis; at ſecùs in noſtris, vnde & nonnulli apud Dianam ex eadem ratione etiam in Hiſpanijs id extendunt.

Vide ſuperiùs pag. 171.

Dian. par. 4. tract. 4. reſol. 194 & reſolut. 54. tract. 7. par. 8;

Sed facillimè ruit Antagoniſtarum reſponſio. Nam aut Chocolates eſt verè cibus, licèt potu ſorbeatur, vt ipſi dicunt, aut non eſt? Si primum conceditur, certum eſt, quòd aliqua regionis conſuetudo, & vſus non poteſt cibum reddere potum, neque rei ſubſtantiam commutare, vt optimè aduertunt in materia eiuſdem ieiunij Villalobus, & Fr. Ioannes de Soria eius Compendiator, & idem Paſqualigus, licèt ad alium finem. Sicut non poſſet conſuetudo, vſuſque efficere, vt carnibus in ieiunio veſcamur, cùm ſit contra ieiunij ſubſtantiam, quæ in hac à carnibus abſtinentia conſiſtit iuxta Paſqualigum, & Dianam poſt ceteros, & Bardum, & alios, quoniam immutari ab vſu non poteſt, tunc enim eſſet abuſus, & corruptela; ſed contrarium videmus in lacte, & ouis,

Villalob. in Summ. *Ioann. de Soria* par. 2. tr. 1 ſect 5 d. 2. de præcept. Eccleſ. *Paſqualig.* d. deciſ. 141. nu. 4.

Paſqual. deciſ. 355. num. 3. *Diana* p 1. tr. 9. reſ. 25. & 26. & tr. 11. reſol 4. & p. 9. tr. 6. reſ. 11. & par 10 tr. 12. reſol. 45. *Bard.* in Bull. Cruc. par. 2. tract. 3. ſect. 4. num. 73. & ſeq. de commeſt. cib. prohib. cap. 1.

& ouis, quæ cum non ſint de eſſentia ieiunij, vſurpari, & licita vſu fieri poſſunt: ſic tandem idem dicimus in tempore, & conſuetudine, vnde ab vſu aliqua Ieiunia, & Vigiliæ inductæ ſunt, de quibus videndus eſt D. Thomas.

D. Thom. 2. 2. quæſt. 147. art. 8. ad tertium.

Si ſecundum aſſeratur, habemus intentum, quòd ſit potus, & non cibus; vnde quocumque in loco, quacumque in Prouincia eodem modo ac in Mexico eamdem ſortietur naturam, & qualitatem, & non violabit ieiunium, ſicut & in illis, præciſo omni vſu, vel conſuetudine. Quod valdè roboratur teſtimonio Frācıſci Fernandez Proto-Medici Mexicani; tribuit enim in primis Chocolati, quòd ſitim mirabiliter leniat, quod etiam confirmat Colmenera; vnde cum ſuapte natura ſit potabilis, non ab vſu mutuari id cogetur. Hinc ſatis mirari illorum incogitantiam ἐ χασμῷ non queo, qui hæc aſſerentes obedire rerum naturam hominum conſuetudini, & voluntati fecerunt, & certè nunquam dari poterit diſparitatis ratio, cur materia facta potabilis in vna regione, in alia non ſit eadem, ea tantùm ratione, quia non ſit aſſueta hominum potioni, vel in potulentorum cenſum excepta, & Hiſpanis, at non Italis, vel Gallis concedatur. Hanc argumenti vim agnoſcit ſubtiliſſimus noſter Caramuel à Diana relatus, ſed non fixit pedes: attamen poſt hæc nobis apertè conſenſit, vt literis ad nos datis teſtatus eſt.

Franc. Fernand. l. 1. ſect. 2. de Arboribus cap. 36.

Colmen. loc. cit.

Caram. in Reg. D. Bened. diſp. 128. nu. 1613. Dian. d. reſol. 54. par. 8. tract. 7.

Huic aſſertioni obſtitit Zacchias, ſed falſo nititur fundamento: ait enim, quòd huiuſmodi po-

Zacch. in QQ. Medicoleg. to. 2. lib. 9. t. 8. quæſt. vnic. num. 6. & 7.

di po-

di potio nunquam ad ſitim ſedandam ſumatur At illarum Regionum Medici, quin & experientia contrarium docuere, ſi, vt ſupponimus ſit valde liquida,& potioni facilis: quod etiam confirmatur ex primis Cacai qualitatibus admodùm frigidis, vt communis Medicorum fert ſententia.

Secundò probatur à ſimili, imò à maioritate rationis; nam ſi permittitur vinum, & ceruiſia, eo fortiùs, vel ſaltem æquè erit Chocolates permittendus, ita vt inconcuſſo ieiunio poſſit vſurpari. Certum eſt enim,quòd ex probatis in ſecunda inſpectione phyſica de alimentoſis vini viribus ſatis liqueat, nihil Chocolati cedere debere; imò celerioris, & robuſtioris alimenti palmam vinum illi præripere: nec, ſi vinum principaliter non alit, poteſt hoc tribui Chocolati, adeò quòd dari maior queat ratio, aut diuerſitas inter eiuſmodi poculenta: quicquid noſter Caldera conſideret (omnes enim intendit neruos, & operosè nititur diuerſam rationem effingere inter vtraque & differentiæ rationes eruere conetur ex fontibus Iatrophyſicis, cum ait, vinum ſuapte natura non alere, ſed potiùs præſtare digeſtionem aliorum ciborum, adiuuando naturam; & ſi quid alimenti afferat, ſit fluxile, nec dici poſſit, ait, quòd in ratione alimenti, ſed tantummodò potabilitatis præualeat. Et è contra ait, quòd Chocolates ſecundùm omnes ſuas partes tenues, craſſas, lentas, humidas, dulces, & vaporoſas ſit exquiſitum, & verum alimentum.

Calder. loc. cit. pag. 488 & ſeqq. & latiùs in Append.

Sed meo iudicio valde à ſemita veritatis abripitur optimus vir, & doctiſſimus. Vires ſiquidem vini non æquant tantùm, ſed ſuperant Chocolatis robur in illo genere; & pretermittens conſiderata in ſecunda, vt dicebamus, inſpectione, & quomodo Hippocrates, & Galenus ad eaſdemmet virium lineas, ad quas Chocolate D. Caldera perduxit, vini facultates efferant, addam tantùm ex Plinio teſtimonium Iuliæ Auguſtæ de vino Pucino, quo vtebatur; huic enim illa referebat acceptos octuaginta duos vitæ annos, quos valida ſanitate, & vegeta corporis, animique habitudine tranſegerat. Hinc, vt eiuſdem Plinij vtar verbis, *ſe quiſque Iudicem ſtatuere poterit, vtrinam ex his duabus potulentorum ſpeciebus coronæ prærogatiua in fouendo, alendoque homine ſit deferenda.* Hanc difficultatem agnoſcit P. Lezana & conatur eludere (dùm reſpondere non poteſt) ex eo, quòd multi docuerunt, à vino violari ieiunium; ſed ipſimet confitentur, quòd deinde huiuſmodi opinio ab omnibus fuerit exploſa; animaduertit nihilominus, quòd ſi vino miſceantur ſaccharum, cannella, piper, vt accidit in Hippocraſſo, tunc ieiunium ruet; ſed hoc modo Chocolatis maſſa conditur, ergo pari ratione non poterit cum ieiunio ſociari. At facilis, & prompta eſt reſponſio, & diuerſitatis ratio, ſi conſideremus, quòd illa aromata vino inijciuntur, vnde robuſtiores alendi vires acquirunt, quod ſecùs eſt in Chocolate, cuius maſſæ puluis, ſeu particulæ, cum in aquam demerguntur, tàm notabili quantitate

Hipp. 2. Aphor. 21. *Galen* in Method. med. lib. 14. cap. 15. & de Ren. affectio. dignoſc. cap 6. in fin. & de Aliment. facult. lib. 3. cap. 4. & de Compoſit. pharmac. 2. loc. cap. 7. & alibi.

Plin. lib. 14. cap. 6.

Lezan. d. Conſult. 48. n. 94.

ferè

ferè eneruantur, eiuſque nutritiuæ facultates debilitantur, & ſic concidit Lezanæ effugium. Experientia autem rem totam conficiam.

Certum namque eſt apud Chymicos, quòd per ignem, et chymica inſtrumenta primæ qualitates rerum diſtillatarum apertiùs, validiùſque cognoſcántur, vt optimè poſt ceteros nuperrimus, & diſſertus Medicus Schneiderus cōtra aliquos concludit, & ſolidè confiirmat; & ante eum Porta. Ignis enim, & ſtillatio non aufert, ſed addit robur Simplicibus, vt quotidie experimur; cùm ſit ars perficiendi magiſteria, & eſſentias puras à mixtis ſeparato corpore extrahendi, vt ipſi loquuntur: Sic poſt alios Beguinus, Pelshofer, Vlſtadus, Hieronymus Rubeus, alijque apud Schneiderum. Et nihilominus, cùm primas Chocolatis qualitates, eiuſque vires cognoſcere hoc experimento voluiſſem, illumque in Elembicum in *Balneum mariæ*, vt dicunt, & in alia chymica inſtrumenta, quibus *Aqua vitæ*, ſiue *Ardens* extrahitur, infundi curaſſem, omni ſolerti adhibito magiſterio, optimique Chocolatis maſſa, & ſelectis magiſtris, deprehendimus, eius vires euaneſcere, adeòque flaccidas, & acciſas euadere, vt eius liquor nullatenus *Aquæ vitæ* ſit comparandus. Et licèt Dominus le Febure apud eumdem Stubbæum videatur, contrarium experientiæ ductu aſſeruiſſe, vimque Cacai diſtillati, ſiue ſpiritum inde extractum, ſiue oleum ſpectemus, non parùm extuliſse; nihilominus aduertendum rogo, me loquutum fuiſſe de exprimento in diſtillatione Chocolatis

Schneid. to. 4. de Catar, l. 3 cap. 7. pag. 466.

Porta de Diſtillat. cap. 18.

Beguin. in Tyrocin. Chym.

Hier. Rub. de Diſtill. ſect. 1. cap. 2. & 6. & cap. 2. ſect. 2. pag. 60. *Schneid.* loc. cit. pag. 472. & ſeqq.

Stubb. loc. cit. pag. 175.

habito, & ſic maſsæ ex diuerſis partibus effor-
matæ, & præſertim non mediocri ſacchari mo-
le confectæ, vnde nil mirum ſi ex conflictu diſ-
ſimilium, & Heterogeneorũ permixtione ſim-
plicium, ignis vi alteratorum, refractæ ſubſtan-
tiæ imbecilliores euaſerint. Ex quo radicitùs
colligi potuit, quàm inferior virtute Choco-
lates ſit vino comparatus, & argumenti ener-
gia euidentiùs dignoſci poteſt; vnde ſi fas eſt
vinum ſarcto, tectoque ieiunio adhibere, ma-
gis Chocolati, tanquam inualidiori & ener-
uiori, eſt concedendum.

Ad experientiam pueri recenter ablactati, quam noſter Caldera obiecit, obuia ſe offert reſponſio: miſcuit ſiquidem panem Chocolate; vnde quid mirum? Inſuper non deſunt ſimilia exempla eorum, qui alio, & tenuiori alimento vitam produxerint; nam ſi eidem infantulo vinum ſaccharo conditum propinaſſent,

Arnal. de Villanou. de Conſeru. Iuuent. c. 1. in princ.

de quo Arnaldus de Villanoua meminit, robuſtiùs certè nutrijſſent, vt idem teſtatur, cùm ſit firmiſſimum præſidium, & præſeruatiuum in fouendis, & reintegrandis viribus effractis ex ipſius affirmatione; aut dediſſent aquam, cuius vſu M. Gallum Caroli Imperatoris medicũ ad annum vigeſimum quar-

Geſner. in Euonym.

Rubeus de Diſtill. loc. cit. ſect. 2. c. 3. de vino.

tum ſupra centeſimum vixiſse referunt Geſnerus, & Rubeus; Quot inſuper homines legimus apud grauiſſimos Scriptores ſine cibo, ac potu naturaliter vixiſse ex humorum abundantia?

Hyppocr. lib: de Princip.

Hippocrates ad ſeptem dies humanæ vitæ terminos ſine cibo, ac potu præſcribit, quod ſæpè videmus in nauigantibus ſtomachi nauſea labo-

ran-

rantibus. Quàmplurima exempla referunt Albertus Magnus, Mercurialis, Damaſcenus apud Mendozam, Medina, Rogerius Baconus apud Delrium, & ad ſatietatem collegit Lapius in epiſtola ad Abbatem Iuſtinianum ſcripta, & ab eodem impreſsa, qui omnes narrant, aliquos ſine cibo, & potu vixiſse vltra menſes, & annos. Quid igitur mirum, ſi puer, in quo ex abundatiori humorum maſsa retardatur facultas concoctrix, vt aduertit Auicenna, vitam protraxerit per aliquot dies? Nil autem de Ceruiſia dicemus; iam illius robur oſtendimus ex probatiſſimis Scriptoribus in phyſicæ inſpectionis articulo; & nihilominus, ex communi Scribentium ſententia, Eccleſiaſticum non viciat ieiunium. Ita Sylueſter, & alij apud Bonacinam. Quare obiter aduerte, quòd etiam Ceruiſia non violat ieiunium, & nihilominus apud nos præſertim Italos ea non eſt in vſu; vnde licet arguere, quòd vſus quoad roborandum argumentũ ex ipſo erutum nil operetur. Et prædicta magis confirmantur cum Sanchez, qui contra Caietanum in voto pro vini abſtinentia non comprehendit Ceruiſiam, niſi obſtaret vouentis intentio de abſtinendo à quocumque inebriatiuo: vnde à fortiori infert Tancredus, quòd in eodem voto non comprehendatur Chocolates: *licèt enim*, ait ille, *ſpiritus, & vires auget; tamen vinum non eſt, nec inebriat, vt Ceruiſia, & ſic abſolutè non venit in abſtinentia vini, & poteſt ſumi*. Nec diſſimiliter opinatur Lorinus, quòd in eo pro Nazarenis præcepto de arcendo vino, & quocumque poculo inebriatiuo non compre-

Albert. Magn. lib. 22. de Animal. tract. 2. *Mercurial.* 2. Epidem. Hypp. fol. 66. *Mendoz.* lib. 4. Virid. problem. 24. *Medina* lib. 2. de Recta fide in Deum cap. 7. *Delrius* lib. 2. Diſq. magic. q. 21.

Abb. Iuſtin. tom. 2. Epiſtol. memorab. epiſt. 40.

Auicen. lib. 1. ſen. 3. doct. 2. cap. 6.

Sylueſt. in Verb. Ieiunium. nu. 9. qu. 3. *Bonac.* tom. 2. in 8. decal. præcep. diſp. vlt. qu. 1. pun. 1. prop. 2. nu. 7.

Sanch. l. 4. c. 11. num. 44.

Caiet. 2. 2. q. 150. ar. 1.

Tancred. in QQ. moral. tr. 3. quæſt. 25.

Lorin. in Num. cap. 6.

pre-

Tertull. adu. Valentin.

Maiol. tom. 1. dier. canic. pag. 621.

prehenderentur aquæ, quæ ex Tertulliano, alijſque apud Maiolum referuntur, vi inebriatiua naturaliter potiri.

Tertiò negantium theſis ita probatur. Tranſmutatio ſolidæ maſſæ Chocolatis in fluidam, & liquidam ſubſtantiam verè efficit, vt potabilem ille naturam ſortiatur, et vincat alimenti rationem, cùm ex communi ſententia in mixtione duorum oppoſitorum pars, quæ ſuperat, denominetur, et det eſſe rei, et ſemper actio in mixto qualitati præualenti tribuatur: vt in hac materia aduertunt Leander poſt Turrianum ab eodem laudatum, et Verricellus. Et videmus, quòd in caſu noſtro tunc non dicitur *Maſſa*, aut ſicut Hiſpani dicunt, *Paſtillos*, aut *Migas*; ſed aqua, ſiue potio Chocolatis, cùm ebibitur. Et à ſimili clariùs euincitur. Certum eſt enim apud omnes, et praxis communis admittit, quòd ſi muſto, dum feruet, aqua miſceatur in valde minori quantitate, nullatenus excluditur à vini denominatione, et natura, ſiue ſubſtantia, et in multis regionibus non diuerſimode vina parantur; et itidem adhuc certum eſt, quòd tunc in valde fortiori, et duriori caſu huiuſmodi vino vtamur validè, et licitè pro Sanctiſſimi Sacramenti Euchariſtiæ materia, vt poſt Vaſquez, Suarez, Auerſam, Filiucium, et communiter omnes firmat P. Quartus, ea tantùm ratione, quia hoc modo compoſitum vinum propriam non mutat ſubſtantiam, et preſsè vinum dicitur: aliàs enim admitti nequiret. Imò P. Verricellus ait, Chocolatis aquam eſſe materiam Baptiſmi, ex eo tan-

Leand. loc. cit. p. 2. tract. 5. diſp. 5. qu. 5.

Verricell. de Apoſt. Miſſ. tit. 15. qu. 210.

Vaſquez diſp. 175. par. 3. num. 8. *Suar.* diſp. 45 ſect. 1. *Auerſ.* de Euchar. ſect. 5. *Filiuc.* tractat. 4. num. 87. *Quart.* in Rubr. Miſſal. p. 3. tit. 4. dub. 3. de defect. vin.

Verricel. de Apoſt. miſſ. tit. 4. §. 23. dub. 12. num. 133. in fin. fol. 150.

tantùm, quòd aqua maioris quantitatis Chocolate infundatur. Eò igitur fortiùs in theſi ieiunij, quòd non eſt Iuris Diuini, ſed Eccleſiaſtici poſitiui, & ſic mutabilis in noſtris terminis, argui poterit, quòd admixtio minimæ quantitatis Chocolatici pulueris cum maxima aquæ quantitate non mutabit aquæ ſubſtantiam, aut denominationem, cùm ex methodo (quam idem Caldera poſt ceteros tradit) parandi Chocolatis potionem, vt proſit, & placeat, octo aut ſex ad minùs aquæ portiones vnicam Chocolatis portionem tantùm exigant.

Quartò neruosè admodum, & demonſtratiuè probatur hæc opinio ex materię paruitate: nam apud omnes Theologos compertum habetur, in ieiunij Eccleſiaſtici præcepto dari materiæ paruitatem, vt poſt D. Thomam firmant, alioſque colligunt Paſqualigus, & Diana referens Tannerum, Merollam, Hurtadum, Sanchez, & alios. Hoc ſuppoſito, diſquirendum eſt, quænam dicatur parua materia quoad ieiunij violationem, & nonnulli putarunt, eſſe duarum vnciarum quantitatem. Ita Villalobus, Soria eius Compendiator, Leander, Ioannes à Conceptione, Turrianus, Reginaldus, Remigius, Machadus, Martinus à S. Ioſeph, Paſqualigus, & Vidal, & Roccaful apud noſtrum Dianâm, quibus ipſe conſentit poſt Turrianum, quem retulimus, ac Thomam Hurtadum, & alios. Eſcobar autem, cui ſubſcribo, vnicam Chocolatis vnciam eſſe paruam materiam exiſtimat, etiamſi Chocolates eſſet cibus, vt aliqui dixerunt, nimis verò arctat

An-

D. Thom. 2. 2. in d. q. 147. art. 6. ad 3.

Paſqualig. in Prax. Ieiun. deciſ. 139. *Dian.* p. 1. tr. 9. reſol. 43. & reſol. 22. & 32. p. 5. tr. 5. *Sanch.* in Opuſc. moral. lib. 5. cap. 2. dub. 22. num. 3.

Villalob. in Summ.

Soria p. 2. tr. 1. ſect. 5. d. 2. de præcep. Eccleſ. *Leand.* de Ieiun. diſp. 5. *Io. a Concept.* de Ieiun. diſp. 5. de reb quæ contrar. vnic. commeſt. *Turrian.* p. 1 Summ. Theol. mor. c. 156. dub 27. nu 2. *Reginal.* l. 4 c. 19. nu. 183. *Remig.* in Summ. tr. 3. c. 4. § 2. nu. 2. *Machad.* tom. 1. lib 2. p 4. tr. 3. docum 6. nu. 3. *Mart. a S. Ioſeph.* to. 1. mor. l 2. tr. 5. de ieiun. nu. 3. *Paſqual.* deciſ. 139. *Dian.* p. 10 tr. 14. reſ. 56. & p. 4. tr. 4. reſol. 194 & p. 8. tr. 7. reſ. 34. *Thom. Hurt.* R 1. mor. tr. 10 c. 1. nu. 2. *Eſcob.* in Theolog. mor. tr. 1. exam. 13. c. 3. nu. 104.

Anton. de Leon. in Quæſt. mor. de Chocol. p. 3. n. 10.

Antonius de Leon, cum paruam materiam in Chocolate mediam vnciam eſſe affirmauerit.

Ex hoc fundamento adeo firmiter ſtabilito ſurgit minor hæc propoſitio. Sed ſic eſt, quòd, vt iam diximus, in ſuperiori argumento, vnum Chocolatis poculum, vt ſapiat, & non tantùm ſtomacho, verùm etiam guſtui ſeruiat, non admittit, niſi vnciam maſſæ, vel Chocolatici pulueris, vt idem Caldera optimè docuit, & ante eum Robles agens de modo, quo conficitur, & inquiens: *Luego lo echan en caxitas, ò lo hazen panezillos de à onza, que es lo que ha da lleuar vna xicara de beuida, &c.* ergo ſaltem ex paruitate materiæ (etiamſi eſſet cibus, quod negamus) ieiunium non infringitur. Qua ratione P. Diana probabilem exiſtimat opinionem negatiuam, etiamſi duas vncias deſumeret quis per aquam ſolutas, nec diſſentit Machadus ab eodem relatus, & ait Ludouicus Lopez: *Quia parua materia maſſæ, ſiue formula admiſcetur ibi cum aqua, ideo non frangit ieiunium.* Nec aqua, licèt in quantitate vnciarum ſex, aut parùm minori, quæ in Empyribete, ſeu vaſe calefactorio immittatur, oberit, quin parua dicatur. Indubitatum ſiquidem eſt, quòd aqua, quamuis cum Chocolatis puluere decocta, non egreditur veræ potabilitatis qualitatem, & naturam, & nunquam in quauis quantitate ieiunium offendet; quia, iuxta animaduerſionem Paſqualigi poſt Boſſium, Leandrum, & alios, aqua, quæ miſcetur, non auget cibi ſubſtantiam in ordine ad nutritionem, cum non afferat ſecum aliquid nutritiui, ſed tantùm ſit medium ſoluendi con-

Caldor. loc. cit.

Robles de Plant. Occident. Indiæ cap. 54.

Dian. d. tr. 7. reſol. 54. p. 8.

Ludou. Lopez in Inſtruct. Conſc. to. 2. cap. 112.

Paſqual. decil. 108.

di concretam maſſam. Hoc tamen limitarem cum noſtro Caldera, vt ſemel tantùm, & vnum conſumatur poculum: nam ſi plura ſumentur pocula, non erit quidem paruitas in materia, & , ſaltem in aliorum ſententia, ieiunium frangent. Tandem opinio hæc negatiua vires adipiſci poterit ex alia ponderatione. Siquidem certum eſt ex D. Thoma apud omnes Scribentes, ieiunium non lædi ab ijs, quæ vt medicamenta, & ad ſalutem iuuandam ſumuntur, niſi in fraudem, & malitiosè accipiantur iuxta Bonacinam, & Paſqualigum, Doctores ſupra triginta pro hac concluſione coaceruantem, quibus addendus eſt Vidal. Sed Chocolates ex eodem Caldera poſt ceteros Archiatros, & Medicos Hiſpanos, qui de Chocolate ab experto diſſeruerunt, roborat naturalem calorem, puriorem generat ſanguinem, cordis ſubſtantiam viuificat, facultates naturales principales conſeruat, flatus diſſipat, aufert obſtructiones, & ſenibus præcipuè prodeſt ad ſtomachum roborandum (quæ omnia confirmant ijdem Ferdinandus, & Zacchias) ergo ſaltem hoc medicamento abſque ieiunij offenſione vti valebimus.

Calder. loc. cit. pag. 487. lit. B. & C.

D. Thom. d. qu. 147. art. 6. ad 3.

Bonacin. loc. cit. num. 7.

Paſqualig. deciſ. 133.

Vidal. in Theol. mor. De ſic. iun. inquiſit. 1. num. 82. *Calder.* cap. 6. pag. 468. & cap. 7. pag. 473.

Ferdinand. de Chocolate. *Zacch.* in QQ. Medico-leg.

Dices ex aliquorum opinione penès noſtrũ Dianam, quòd, licèt medicinalibus vti poſſimus abſque ieiunij violatione, hoc non ſit concedendum, niſi quando quis actu infirmetur, aut propinquam timeat ægritudinem iuxta Abulenſem, & Innocentium, qui non approbat, vt quis pro ſanitate conſeruanda vti poſſit medicinali pharmaco, vel cibo, abſque eo quòd conteratur ieiunium; ſed tantùm ad remouendam,

Dian. p. 10. tr. 14. reſ. 60.

Abulen. in Matth. c. 6. qu. 178. *Innoc.* in cap. 1. de Obſeru. ieiun. num. 6.

dam, vel fugiendam infirmitatem; at Chocolatis potio dici non poteſt ad hoc inſtituta, ergo &c. Sed parata eſt reſponſio: ſi enim manè vſurpare poſſumus, ad roborandam ſtomachi, vel capitis debilitatem, modicum ientaculum ex multorum opinione apud eumdem Dianam & Paſqualigum, cur fas etiam non erit, Chocolatem ad eumdem effectum adhibere? Siquidem, vt vidimus, ſtomachum roborat eximiè, & naturalem auget calorem. Nec Innocentius eſt audiendus, cùm ſit contrarius communi omnium praxi, quæ pari præſidio pharmaca parat ægrotis iacentibus, ac illis, qui malorum pericula præcauentes ſe remedijs muniunt, & ſic æquè ac infirmi actu reputantur, licèt ſemper dici queat, quòd, dùm pro fugienda ægritudine ipſe licere firmat, noſtra propoſitio vigeat: nam verè ad fugiendum malum, quod nos aggredi poteſt, Chocolate vtimur, & hoc apertè firmat Sanchez concedens, non tantùm infirmitatis curatiua, verùm etiam cõſeruatiua ſanitatis electuaria. Et cum Iuriſconſultis dici poteſt: *Tutius eſſe, anteuertere damnum, quàm illatum reſarcire.*

Dian. & Paſqual. loc. cit.

Sanch. in Opuſc. mor. l. 5. c. 1. dub. 22. num. 2.

Hæc negatiua ſententia ab extrinſeco (quemadmodum contraria affirmatiua) plurium, & ſapientiſſimorum ſuffragijs pariter confirmatur, quos, vt vidimus, noſter diſertiſſimus Diana veluti in aciem educit, cuius fidei, quoad aliquos à me hùc vſque non viſos, ſtandum erit qui ſunt Traſmiera, Antolinez, Baſilius Pontius, & Corneus. Aſſentiuntur etiam plures Societatis Ieſu Theologi, & Cathedratici Salmati-

maticenſes apud Machadum affirmantẽ, quod nunc in Hiſpania eſt adeò vſualis potus, *Que caſi nadie haze eſcrupulo de tomarlo el dia de ayuno*. Eamdem ſecuti ſunt opinionem Turrianus, & latiſſimè, ac doctè Thomas Hurtadus, referens Nauarræ conſilium, varioſque inſignes Theologos: eamque admittunt Reuerendiſs. Caramuel, Verricellus, & alij apud Paſqualigum, & noſtrum Calderam; ac Ioannes de S. Thoma, P. Henriquez, Lopez, & Ramirez apud eumdem Hurtadum: nam, quia ſumitur vt potus, & potiùs ad alterandum, quàm ad nutriendum, in die ieiunij eius vſus non interdicitur. Martinus Azpilcueta conſultus ex mandato Gregorij XIII. ſapientiſſimam, ac rationibus roboratam edidit reſolutionem per extenſum allatam ab Hurtado, & probantem, à Chocolate ieiunium non frangi.

Machad. de Perf. confeſſ. to. 1. l. 2. p. 4. tr. 3. docum. 1. num. 8.

Turrian. in Summ. par. 1. c. 256. dub. 24. con. 4. & 7. *Tho. Hurt* trac. 10. Reſol. mor. c. 1. & ſeqq. & cap. 5. nu. 107. & cap. 8.

Caram. in Reg. S. Bened. diſp 128. nu. 1613. *Verricell.* de Apoſt. Miſſ. tit. 4. dub. 12. q. 98. §. 23. *Paſqual.* d. deciſ. 141. num. 1. *Cald.* loc. cit pag. 485 lit. E. F. *P. Io.* de S. Thom. & *P. Henriq.* in Summ. verb. Ieiunium, & pag. 487. & 488. *Lop.* in Inſtr. conſc. c. 112. *Hurtad.* loc. cit. cap. 4. in Append.

Hurtad. d. tract. 10. cap. 8. in fine.

Huic ſententię ſubſcribent etiam ij, qui eamdem exiſtimarunt probabilem, quorum ſupra meminimus in numerandis affirmatiuę ſententiæ Doctoribus. Non aſciſcam mihi in hac aſſertione præſidium ex aſſertis Summorum Pontificuum Pij V. Gregorij XIII. Pauli V. & Gregorij XV. declarationibus relatis poſt ceteros ab Hurtado, aut ex Bulla fel. mem. Vrbani VIII. cuius meminit Henricus Stubbeus, & priùs Pellicer ab Hurtado relatus negatiuã noſtram ſententiam confirmantibus. De his enim mihi legitimè non conſtat, neque illas vidi, neque id à viris, quorum certè cognitionem fugere non poterat, audiui. Imò cum plerumque coram Pontifice in Epiſcoporum exami-

Hurtad. d. tr. 10. cap. 3. 4. & 5.

Henr. Stubb. d. cap. 6. pag. 123.

Pellic. in lib. de Phen. fol. 84. *Hurtad.* d. cap. 3.

ne, me præſente, hæc controuerſia fuerit propoſita, nulla de aſſertis Bullis mentio facta fuit.

Sunt & tertiò, qui aliquas excogitarunt temperationes inter oppoſita iſtarum duarum ſententiarum argumenta. Vnde Turrianus exiſtimat, paruam Chocolatis quantitatem, quæ ſcilicet non excedat vncias duas, poſſe incontaminato ieiunio ebibi. Et Leander ſcribit, quòd, ſi non ſumatur in maſſa, &, vt ipſe dicit, *En paſtillas*, vel *migas* (quia tunc diceretur comeſtio) ſed in aqua, quæ valde ſuperet Chocolatem, etiam ſi illa ſint binæ vnciæ, poterit cum ieiunij integritate conſiſtere.

Turrian. loc. cit.

Leand. loc. cit.

Alij (vt Eſcobar, & Lopez) exigunt, ne potio frangat ieiuniũ quòd non ſit nimiùm craſſa ob perpenſam rationem, quia ſcilicet diceretur comeſtio: & Hurtadus, cui libenter aſſentio, cenſet, quòd, ſi quinæ aquæ parti vna Chocolatis pars in Empyribite immiſceatur, ieiunium nõ violetur. His ſubſcribunt apud Paſqualigum Leander, Benedictus, Remigius, & Noydenus. Et reuera (ſi praxim, qua cõmuniter vtimur in Chocolatis ſumptione, conſideremus) ij, qui vnico contenti ſunt poculo, & vt dicunt Hiſpani, *Xicara*, & Indi *Tecomate*, ſi ſupra vnciam huiuſce materiæ quantitatem non excedunt, tanquam ieiunij violatores damnari nequeunt: imò cum ex vnica Chocolatis vncia, in quinque vncias aquæ conjecta, prædicto liquore duo benè impleantur pocula manifeſtiùs apparet, quòd in vnciæ medietate à ſingulis aſſumatur, ideoque ſtrictior Antonij de Leone ſententia

Eſcob. loc. cit. *Lopez.* Inſtruct. conſc. to. 2. cap. 112.

Paſqual. d. decis. 141. nu. 4.

Leand. in præcept. Eccleſ. tr. 15. diſp. 5. qu. 5. §. 5. *Noyden.* tr. 3. Sum. c. 4. §. 1. num. 2.

tia

tiã non officeret negantium opinioni, quòd ieiunium non frangat. His omnibus mentis oculis ſubiectis, & perpenſis, negatiua hæc valde arridet mihi concluſio, quòd ſcilicet Chocolatis potio vnius vnciæ non excedens quantitatem cum quinque vncijs ſimplicis, aut ſtillatæ aquæ non inferat ieiunio iniuriam, & idcirco ij, qui, vt tertio loco diximus, affirmatiuam temperant opinionem, nobiſcum ſentire coguntur. Diximus *ſimplicis aquæ*, quia ſi carnium iuſculo, aut ſimilibus (quæ per ſe ieiunio aduerſantur) permiſceretur non ob rationes ab aduerſarijs propoſitas, ſed ex alia cauſa ieiunio detraheretur.

Remanet poſtremò, vt oppoſitis ex aduerſo argumentis faciamus ſatis. Solidiora autem, & maiorem plauſum excitantia ſunt, quę ex iſtius potionis viribus ad ſummum vſque roboris eleuatis eruuntur. Sed ea proh quantùm fallunt, ijſque falluntur Auctores! Hoc ſanè impoſitum fuit Dianæ & Paſqualigo, vtrique meo ſummoperè amico, quemadmodum etiam illi optimo, religioſoque viro quondam P. Lezanæ, cum, an verè ita ſe res habeat, nunquam fuiſſe expertos, ſatis candidè profiteantur. Aiunt enim, quòd magis nutriant duæ Chocolatis vnciæ, quam tres carnis; quodque vnica Chocolatis vncia alat per 24. horas abſque vlla corporis debilitatione, & efficiat, quòd homo non egeat ſomno. Vnde cum ſit ſubſtantialiſſima, & ſit inſuper cibus, non poterit vnquam admitti tamquam potus: ſed iterum dico mirum quantùm decipiantur. Quod

Lezan. d. Conſul. 48. n. 88. *Paſqual.* dec. 42. nu. 15. & dec. 141. *Dian.* loc. cit.

ſi hoc

ſi hoc eſſet veritati conſentaneum, quis nam pauper iter agens peram aliqua Chocolatis portione refertam, non geſtaret, ne cogeretur, cauponum vexationes, illorumque fraudes ſubire, & per 24. horas alio non egere nutrimento? Sed valeant commenta, nam cum Hurtado argumenti infirmitatem, imò falſitatem agnoſco. Certum enim eſt, & experientia, ac omnium teſtimonio Chocolate vtentium compertum habeo, quòd vltra ſex, aut ſeptem horas vires non porrigat, & ad ſummum, vt ait Ioannes de Barrios à Stubbeo relatus, loquens de Chocolate. *Es comoda pues ella ſola ſupple el almuerço &c.* excuſat ſcilicet, & ſupplet matutinum ientaculum, quòd vltrò concedo; ſicut neque abnuerim, quòd ſtudioſis viris, & abſtinentia obduratis aciem faciliùs obtundat appetentiæ, ita vt ieiunium minori imbecillitate vltra id tempus protendere valeant. At vinum *Polyſerum*, vnà cum nautici panis fruſtulo aſſumptum, nil minùs efficeret; & tamen ex omnium opinione in ieiunio non prohibetur. Nihilominus mihi ſuadere quidem poterit Stubbeus, ex Cacao *Iamaico* oleum, vel pinguedinē adeo copioſam extrahi (prout ipſe expertus eſt) vt maiorē promat pinguedinem vnica illius vncia, quàm ſexdecim ouinæ, vel bubalæ carnis vnciæ depromerent. At ex hoc nō poterit argui in Chocolatis maſſa eamdem vim, virtutemque deprehendi; ſi quidem ex aliorum ingredientium mixtione, vt diximus, refrangi certè, & emungi experimur, vt aduertit Piſo; præterquam quòd vnica Chocolatis vncia vix

Hurtad. loc. cit. in Append. cap. 9. num. 141.

Stubb. pag. 31.

Stubb. pag. 124.

Piſo in Mantiſ. Aromat. cap. 18. pag. 199.

pro

pro medietate conſtat ex Cacao. Sed, vt hoc commentum funditùs deleamus, à priori res agenda nobis eſt, & ſic apparebit, quòd nec tam validè nutrire, nec famem implere poſſit vnquam vnicum Chocolatis poculum. Appetentia ſiquidem, & fames apud Galenum eſt implendi deſiderium, idque oritur ex eo, quod natura dedit animalibus penuriæ ſenſum, quo ad cibum, potionemque proritata in tempore expleantur. Nam, cum venæ ex ipſo ventriculo quodammodo emulgentes, ſugenteſque aliquod trahant, ventriculus non ferens eum ſuctum, & quoadmodo diuulſus, comparat à cibo illius offenſæ medelam, quippe venæ hoc pacto ad obiectos cibos conuertuntur; fames autem ex ſuctu ipſius ſenſus oritur. Hanc Galeni doctrinam, meo iudicio, diſertè explicat Andreas Laurentius dicens: *Fames naturalis ſedatur ſola aſſimilatione. Animalis autem, cum ſit ſenſus diuulſionis, ceſſante diuulſione ſedatur. Et aſſumpto cibo, ceſſat ſtatim fames animalis ventriculi. Naturalis autem fames irrigatis interioribus tunicis, aliqua ex parte ſedatur, ſed non omnino &c.* quod optimè roboratur ex doctiſſimi Medici Ramirez ſententia apud Hurtadum. Hinc clarè, & enucleatè dignoſcitur, Chocolatem epotum nullatenus ventriculum opplere; ſed tantùm irrigatis tunicis interioribus aliqualiter ſuam operationem producere imperfectè, & *aliqua*, vt ait, *ex parte*. Nec minus habebit roboris aliud à priori, vt dicitur, argumentum. Siquidem apud omnes, pertractantes *Quanto temporis ſpatio ſpecies Sacramentales in ſtomacho durent*,

Galen. de Symptom. cauſ. l. 1. cap. 7.

And. Laurent. Anatom. l. 6. q. 17. & ſeqq. & præſertim quæſt. 20.

Hurtad. loc. cit. in Appen. & cap. 4. à num. 61.

rent, receptum eſt ex Medicorum placitis, eas ad ſummum vltra dimidiam horam inalteratas non permanere, & ij hac potiſſimùm ratione ducuntur, quia calor naturalis ſingulis horis duas vncias ſolidi cibi conſumere poteſt, vt Marſilius Cagnatus, & Manelphus apud Eminentiſs. Cardinalem de Lugo, ab eodem conſultus, aſſeruere, quicquid opinati ſint Sancius, & Verricellus, integrum horæ ſpatium requirentes. Quomodo igitur ſuppoſito huius veritatis experimento, per viginti quatuor horas alimentum, præſtabit media, aut vnica Chocolatis vncia? Quomodo hæc magis, quàm cibus poterit famem ſedare, & omninò mitigare illam diuulſionem, & per 24. horas appetentiam comprimere, vt ex aduerſo opinantur? Sic etiam ruunt Calderæ argumenta: negatur enim in Chocolate totum id, quod vero alimento competit, reperiri, & hoc experientia nos docuit, vt probauimus; quin rerum eam compoſitionem ingredientium qualitates adeò maxima illa aquæ portione refranguntur, & eneruantur, vt potiùs accidentia, ſcilicet odorem, & ſaporem, quàm ſuam ſubſtantiam retineant ideoque parum enutrire queunt. Non tamen ambigitur, quin aliquando contingat ab huiuſmodi potione appetentiam retundi, eamque hebetiorem reddi, præſertim ſi Chocolaticus puluis valde ebullire in vaſe permittatur; tunc enim butyroſa pars ſeparatur à terreſtri, quæ ſubſidens, ſi ebibatur, ſtomachum ſoluit, aufertque appetitum, vt appoſitè aduertit Colmenerus: & tunc quiſquis Cho-

Marſil. Cagnat. de Sanit. tuend.

Card. de Lugo in tract. de Euchar. diſp. 10. ſec 3. n. 54.

Sanc. in ſelect. diſp. 18. nu. 2. circa fin. *Verricell.* in Moralib. qu. 35.

Colmen. loc. cit. pag. 17. par. 3.

Chocolate vtetur, non ſaturabitur, ſed κακοϛομά-χος erit.

Non impari facilitate conteritur ratio, quòd ſcilicet quãtumuis in aliquibus regionibus eſſet potus vſualis, non inde oriatur, vt ſit purus potus; alioquin, ſi vſus prodeſſet, vſus etiam ſtillati gallinæ, aut pulli columbacei introduci poſſet. Inſuper, quòd non ſit in ſua formali ratione ad ſedandam ſitim comparatus, cum ſitis frigidi, & humidi ſit appetitus: hic verò non niſi calidus ferè ſemper hauriatur, nec omni tempore, ſed hominibus noua nutritione egentibus deſumatur. Addit & aliam conſiderationem Caldera, qua probat, quòd ſicut ingredientia compoſitionem, quando in maſſa, & propria figura extant, ieiunium frangerent; frangant pariter aqua diſſoluta; quia propria forma, & ſubſtantia ab illo artificio non mutantur. Sed, vt dicebamus, non eſt valde nobis laborandum in prædictis, & ſimilibus argumentis euertendis, cum iam ex ſupra perpenſis ſolutiones emergant, præſertim de vſu; & abſona valde eſt abſurdi ponderatio de ſtillato gallinæ. Illud enim non ex hoc frangeret ieiunium, quia ſit multæ ſubſtantiæ, ſed quia eſt carnis iuſculum, quæ eſt contra ieiunij eſſentiam, vt vidimus; ideoque ſemper eſſet abuſus, neque vſus ieiunij ſubſtantiam, in abſtinentia à carne conſiſtentem, vt diximus, poſſet honeſtare. Quòd autem calidus vſurpetur, non ex hoc ſitim ſedare nequit; nam præterquam quòd multotiès, & æſtiuis præcipuè diebus frigidus imò gelu rigens admoueatur in pluribus regionibus,

Scacc. de Salub. potu cap. 2.

Maff. l. 6. & lib. 12. hiſt. Ind. pag. mihi 244. *Bartol.* in Hiſt. Societ. p. 1. Aſiæ lib. 3. pag. 187. *Hugo Liſcotan.* in ſua nauigat. ad Iaponios. *Hurtad.* loc. cit. cap. 7. num. 149.

Galen. de Conſuet. cap. 1.

Athen. lib. 2. c. 2. & lib. 3.

Scacc. loc. cit. cap. 2. *Caſtillion.* in eius tract. de hac materia. *Butius* de Potu Antiquor. cap. 5. & 6.

Freinshem. in differt. de Calida potu aduerſ. *Mercurial.* & præſertim cap. 1. & 2. *Stubb.* lib. cit. cap. 6. pag. 121. & ſect. 3. lib. 5. cap. 1.

nibus, homines (vt Iaponij, & Sinenſes) calida ſemper potione, & nunquam frigida vtuntur, & nihilominùs ſitim expellunt, vt ex Scacco videri licet, idque confirmant Maffeus, Bartolus, Hugo Liſcotanus, & benè aduertitur ab Hurtado. Hunc verò morem in delicijs antiquitùs fuiſſe affirmant nō pauci, & Ariſtotelem calida ſemper vſum refert Galenus, aitque Athenæus: *Poſtea aquam bibere hyeme quidem, & vere calidam, æſtateque frigidam, ne ſtomachum ſoluat.* Idem etiam deſcripſere Scaccus, & Caſtillionus, ac nuper Butius profitens, & probans, à Græcis poſt Homeri tempora deriuaſſe, ſed diſertiſſimè ſcripſit Freinshemius: ac tandem Henricus Stubbeus aptiſſimè, & eruditè poſt Campanellam, Antonium Perſicum, & Gaſſendium Phyſicum id quoque confirmat.

Auicen. lib. 1. fen. 2. c. 16.

Colmen. in 2. par. ſui tract. in princ.

Hurtad. in d. Appen. cap. 4. num. 6.

Non nego cum Auicenna, ab aqua calida non illicò extingui ſitim: non hinc tamen exoritur, quòd numquam extinguat, cum habitu, licèt non actu, ſit frigida, & ſemper humida. Hoc poſtremo expertus probat Colmenerus referens, ſe in regionibus Mexicanis pluriès ex infirmorum viſitatione ſiti penè enectum vnico huius liquoris calentis poculo recreatum illam ſedaſſe. Huic opinioni ſubſcribit Ramirez apud Hurtadum docens, quòd ſitim extinguat.

Infirmum tandem euadit Calderę argumentum, quòd non mutetur ingredientium ſubſtantia. Soluat namque ipſe priùs inſtantiam de Ceruiſia. Debebit enim neceſſariò confiteri, quòd frumenti ſubſtantia in ipſa permaneat, &

nihilo-

nihilominùs, vt vidimus, non aduerſatur ieiunio; vnde idem cogetur dicere de Chocolate, cuius partes integrales apertè ſunt frumento infirmiores. Sed reuera dici numquam poterit, quòd remaneant ſubſtantiæ dictarum partium in priſtino robore, vt rectè firmat Hurtadus, expertuſque ſim Cacai ſemen ſaccharo tantùm conditum, & comeſtum, difficillimæ, & durioris eſſe digeſtionis, vt priùs aduerterant Colmenerus, ac Piſo, & pari modo *Mayzij*, ſiue frumentum *Turcicum* non cognoſci, aut vix cognoſci ab expertis in maſſa Chocolatis aqua diluti, & id euenit non ex alia cauſa, quàm ex aquæ notabilis quantitatis admixtione: ni velimus aſſerere, id euenire ex paruitate materiæ, quam vnicum Chocolatis poculum admittit; vtrumque enim noſtræ deſeruit ſententiæ.

Hurtad. loc.cit.in Append. cap. 2. num. 125. & cap.8.

Colme. loc. cit. pag. 15. in Gallica impreſſ. *Piſo* in Mantiſ. Aromat. cap. 18. pag. 199.

Conſtans igitur, firmiſque innixa radicibus remanet opinio negatiua, quòd Chocolates, licèt per accidens nutriat, per ſe primò non ſit alimentum, aut cibus. In ieiunij autem materia Eccleſia, vt magiſtraliter aduertit D. Thomas, tantummodò prohibet illius rei ſumptionem, quæ per ſe alimentum eſt, non quæ per accidens nutrit. Vide Sanchez, Leſſium, & Laymanum, & alij poſt eos ita firmant.

D. Thom. 2. 2. d. q. 147. art. 6. ad 2.

Sanc. in Select. q. 50. nu. 2. §. vnde audiendus. *Leſſ.* l. 4. c. 2. dub. 2. num. 10. *Laym.* l. 4. Sum. tr. 8. c. 1. nu. 7.

Non negauerim tamen reprehenſione dignum id, quod abuſu, & effræni humanæ gulæ intemperantia introductum fuit, quòd ſcilicet Chocolates à nonnullis ſumatur adeò ſpiſſus & concretus, vt certè potiùs ſit comedere, quã bibere, & magis cibus, quàm potus videatur. Tunc enim amittit illam ſymmetricam

proportionẽ καὶ διάθεσιν Chocolatis ad aquam,ex qua habet eſſe potabilem, vt patet ad oculum, & parùm, aut nihil differt à comeſtione maſſæ, & vt Hiſpani dicunt *En migas* , *y paſtillos*, vt optimè D. Thomas, Paludanus, Eſcobar, Diana, & aduertunt Lopes, ac Hurtadus.

D. Tho. in 4. diſt. 15. qu. 3. art. 4. *Palud.* in d. diſt. 15. qu. 4. concl. 3. *Eſcob.* loc. cit. tr. 1. exam. 13. c. 3. nu. 104. *Dian.* q. 8. tr. 7. reſ. 54. *Lop.* Inſtr. conf. cap. 112. *Hurt.* loc. cit. cap. 3. nu. 61. & 68.

Neque pariter probarem, vt quis tertiò, & pluriès per diem ſe ſe ingurgitet Chocolate iuxta eam D. Hieronymi reprehenſionem, *Sorbitiunculas delicatas non calice ſorbere, ſed concha*: etenim, licèt id ieiunij legi non aduerſaretur, intemperantiæ tamen culpam certè contraheret. Et non ſecùs explicandus eſt (1) Piſo ex Proſpero Aquitanio, quem refert.

D. Hier. in epiſt. ad Nepotian.

Ex his verbis D. *Hieronymi* aduertunt *Morinus* in Adnot. ad Sytor. Ordinat. nu. 78. & *Buxtorphius* in Lex. Rabb. col. 2069 apud Hebræos reperiri verbũ Latinæ voci *Concha* affine, videlicet קונכי, & videri poteſt apud *Dauidem de Pomis* in Lex: eoque verbo ſignificari volunt vas, in modum Conchæ concauum. Quarè ea verba de Abrahami ſeruo deſcripta Gen. 24. v. 53. *Et protulit vaſa argentea*, explicãtur in *Bereſcith Rabbà* ſect. 60. §. 13. רב הונא אמר קונכי *R. Huna* dixit *Conchas*. Nam ex Conchis olim bibebant, & delicioſiùs habebatur Concha bibere, quàm calice. Et comprobatur etiam ex Virgilio Georg. 2. ad fin. *Vt Concha bibat, & Sarrano dormiat oſtro*. Et cum ex textu Hebraico, Chaldæo, Græco, & Latino habeatur, quòd prædictus Abrahami ſeruus obtulerit deſponſatæ Rebeccæ vaſa argentea, veriorem duco præfatam lectionẽ in Rabbinicis commentarijs, quàm קונכי, vel קונפי, & intelligere iuxta Gloſſatorem Iaicuth, & Bereſcith Rabbà d. c. 24. à dicto ſeruo oblata fuiſſe tragemata (vulgò *Confetti*) Rebeccæ ſponſæ Iſaaci.

Hæc pari beneuolentia, ac breuitate (2) Plinij ſecutus conſilium, vt ſcilicet commendationem ex ipſa mediocritate libri peterem, amicè ſcripſi ad Amicum, & in primis, vt meam potiùs dirigerem conſcientiam, quàm altercandi libidine, certuſque ſum, quòd is æquè bonique faciet.

(1) *Piſo* in Mantiſ. Aromat. cap. 17. in fine. *Proſp. Aquitan.* lib. 11. cap. 23. (2) *Plin.* lib. 2. epiſt. 5.

M E.

METHODVS
AD CONCINNANDAM
CHOCOLATIS
POTIONEM,
Eiuſque Phyſicæ Qualitates.

ANtiquior huius potionis memoria in Europa eſt illa, quam attulit quidã miles anno 1520. in debellatione Mexicanę Prouinciæ, licèt eo tempore apud Indos minori ſimplicium admixtione ſorberetur; præcipuè cùm eo ſeculo apud ipſos ſacchari vſus nullus eſſet: quare cum ſola *mayzi* farina, & aliquando melle admixto Cacao contenti cum Iouis felicitate certabant. Hodie tamen diuerſas aromatum ſpecies admittit pro regionum, & geniorum diuerſitate. Communiter tamen componitur, vt diximus, ex Cacao, Vaginulis, Cinnamomo, ac Saccharo.

Cacao, qui eſt præcipua huius potionis ſubſtantia, eſt humidus, ac frigidus ſecundùm Fernandez dicentem: *Sitim lenit mirabiliter, calidum hepar temperat, ac toſtum dyſſenteriæ prodeſt.* Et licèt aliqui Scriptores exiſtiment, eſſe frigidum, ac ſiccum, facilè tamen conciliantur hæ con-

Qualitates Cacai.

Fernand. lib. 1. ſec. 2. de Arborib. cap. 36.

contrariæ opiniones iuxta doctiſſimi Ioannis de Cardenas ponderationem. Tres enim ſubſtantias continet Cacao. Prima eſt aërea, ac butyroſa, & conſequenter calida, & humida, quæ ceteris præualet, ideòque pinguem ſanguinem creat, cordis ſubſtantiam viuificat, ſpiritusque nobiles progenerat. Secunda eſt terrea, ſicca, & frigida; hæc in imo poculi remanet. Tertia ignea, calida, & ſicca, quæ guſtui amareſcit, eſtque aliorum ſimplicium vehiculum, ſubleuando vapores ad caput, ſudoremque prouocando; ideò obſtructiones reſerat, & abſtergit, & tandem butyroſa qualitate ventris lenitionem ſollicitat.

Qualitates Vaginularum.

Io: de Card. l. 7. de Prop. Chocol.

Vaginulæ eximiè commendantur à Doctore Io. de Cardenas exiſtimante, eas eſſe calidas, & ſiccas in primo gradu, & idcircò cordi amicas, cuius ſpiritus vitales roborat, prouocatque vrinam. Ferdinandus tamen, vti calidas, ac ſiccas in tertio gradu, eas collocat.

Qualitates Cinamomi.

Cinnanomum eſt ſiccum, & calidum in ſecundo gradu: ideòque aromatica ſua virtute, nutritionis inſtrumenta roborat, nobiliſſimos ſpiritus, purioremque ſanguinem producit, deterſa cruditate, iuxta Dioſcoridem.

Dioſcor. lib. 1. cap. 147.

Qualitates Sacchari.

Saccharum denique, quod eſt calidum, & humidum, ad gratiorem guſtum miſceri ſolet. Aliqui addunt *Achiottam* ad purgandos renes; ſed peritiſſimi Phyſici putant, eam eſſe melancholicam. Omnia ſupradicta aromata, nec recentia, nec vetuſtate cariata, præcipuè verò Cacao, ſunt eligenda.

Modus coquendi Chocolatis.

Varij aſſignantur modi in coquenda Chocolatis.

latis maſſa. Frequentiſſimus, & vſu approbatus eſt, vt diximus, cuilibet Chocolatis vnciæ ſex circiter aquæ aſſignare: hæc igitur in empyribete, ſeu ollula cuprea, vel argilloſa ad ignem apponatur, deinde, cum feruet, ſtatim immittatur Chocolatis maſſa ſcobinata cum ſaccharo pro dimidia proportione. Statim autem eliquatus humor rotabulo concutiatur, donec pars butyroſa totam penetret maſſam, & ſpuma eleuetur. Aduertendum tamen eſt, ne iterùm ad ignem ebulliat, quia aceſcit, & corrumpitur: quare perniciosiſſimus erit. Denique quàm noxius ſit Chocolates congelatus, ac frigidus, validiſſimis rationibus demonſtrat peritiſſimus Caldera. *Calder. cap. 7. fol. 475.*

Quo tempore ſumendus ſit Chocolates.

Laudatur, ac electior exiſtimatur Chocolatis vſus manè peracta concoctione, & ieiuno ventriculo, aut poſt leuem cibi oblationem. Idem Caldera aſſerit, Chocolatem Hiſpali (quæ eſt calidiſſima regio) bis in die ſorberi non ſolùm à Proceribus, ſed etiam à mediæ fortunæ Ciuibus, & eo carere maximam eſſe infelicitatem. Commendat autem hanc potionem æſtiuo tempore, quia tunc ſtomachus fructuum abundantia, ac niuis vſu flatibus turget, ſcatet cruditatibus, algent interiora, innatus calor ad externas corporis partes euocatur. Vniuerſam hanc doctrinam ex Calderæ, Colmeneri, Piſonis, Zacchiæ, Stubbei, aliorumque Phyſicorum vberrimis fontibus exhauſi, & ad ſedandam Amicorum ſitim methodum arctaui limite anguſtiore, *itidemque arentibus riuulis* laxiores ripas refugi.

EX-

EXCELLENTISSIMI ARCHIATRI
ALBVM CALCVLVM.

AMPLISS. ET EMINENTISS.
DOMINO MEO

FRANCISCO MARIAE
CARDINALI BRANCATIO

Summam felicitatem.

LIteras Veſtræ Eminentiæ, *ſummæ beneuolentiæ, & excelſæ magnitudinis refertas, cum Diatribe multiplici eruditione, ſolidaque doctrina exornata, accepi die xv. Decemb. Anni Domini* 1662. *conſcripta ſexto Idus menſis Iulij. Et certè*, Amantiſſime Princeps, *teſtari poſſum, quòd vſquedum generis claritatem veneratus, purpuram religioſo cultu adoraui; ſed nunc omnifariæ ſcientiæ oraculum, ſummi ingenij faſtigium admiror (quaſi Bibliothecam dixerim ambulantem) vidi, legi, probaui* Veſtræ Eminentiæ *altiſſimum iudicium in Diatribe multiplici eruditione, ſolidaque doctrina illuſtrata de fractione ieiunij Chocolatis. Et quando Sapientis non eſſet mutare conſilium, veritas volentes trahit, & nolentes compellit. Nec dubito (ſi generale vocaretur Concilium) quin meis collatis cum*

Ve-

Veſtræ Eminentiæ *rationibus*, *à* Veſtra Eminentia *præfinitum probaret, quòd Eccleſiaſticum ieiunium Chocolate non frangat, ſolo clariſſimo* Veſtræ Eminentiæ *iudicio, quà Phyſicè, quà Theologicè, quà moraliter, & tandem quà incomparabili prudentia labentis humanæ naturæ ſtatum perpendit, & conſiderat; nam in hoc aſſumptu non alios tantùm, ſed* Veſtræ Eminentiæ *Eminentia ſe ipſam ſuperauit. Viue felix, ò* Eccleſiæ Princeps, *vt Romana Eccleſia per longiora ſecula tanti Viri antidoto tueatur. Hiſpali die* XII. *Decembris* 1663,

Obſequentiſs, & qui ſuper omnes Veſtræ Eminentiæ Eminentiam adorat, & veneratur,

Doctor GASPAR *Caldera de Heredia.*

AD EMINENTISS. AC REVERENDISS. PRINCIPEM,

FRANCISCVM MARIAM CARDINALEM BRANCATIVM SCRIBENTEM DE CHOCOLATIS POTV.

ODE

ALOYSII FERRONII SOCIETATIS IESV.

O Nata terris Arbor in vltimis,
Et Mexicani gloria littoris,
Fœcunda ſucco, quo ſuperbit
Æthereum Chocolata nectar.
Tibi omne lignum cedat, & omnium
Propago florum; Laurus adoreas
Nectens triumphis, Quercus, Alnus,
Et Libani pretioſa Cedrus.
Ferunt Adamum gentis originem
Pulſum beatis ſedibus arborem
Vexiſſe ad Indos, quæ hoſpitale
Nacta ſolum, generoſa trunco
Vitalis æui ſemina protulit,
Opimiani munera Liberi
Notata multis vina luſtris,
Queis titulum, patriamque cana
Deleuit ætas; Cretica, Maſſica
Baccho reſigno, dum mihi viuidus
Irroret imber pectus, almi
Fons animi, ingenijque vena.

Eutychius Patriarcha Alexandrinus, & alij ex Orientalibus apud *Seldenum* lib. 1. de Syned. Vet. Ebr. cap. xi. referunt, Adamum, ex horto Eden expulſum, Indiam Orientalem incoluiſſe.

O miſ.

O miſſus aſtris ſudor, & inclytus
Potus Deorum! Caſtalij procul
Valete rores, hæc Poëtis
Perpetuo fluat vnda riuo.
O fulgurantis gloria purpuræ,
Et Vaticanæ Sidus adoreæ,
FRANCISCE, quantùm ſuccus auſis
Iſte tuis, calamoque debet!
Rumor ferebat lædere morſibus
Ieiuniorum iura: tyrannidis
Tu fræna laxas, veritatis
Fax rutilans, Superumque vindex.
Lenis profundo gurgite laberis
Sententiarum, gemmeus inſonat
Hinc inde fluctus, vel Latina
Arua premas, vel aperta Graium,
Anguſtioris marginis impotens
Luſtras Mineruæ regna licentiùs
Vndantis auro more Idaſpis
Pandis opes, animique gazas.

DE REGVLIS SANCTORVM PATRVM.

IN Romano Pontificali, vbi agitur *De ritu Conſecrationis electi in Epiſcopum*, adſcita hæc iuriſiurandi ab Epiſcopo præſtandi forma conſpicitur. *Ego N. electus &c. Regulas Sanctorum Patrum, Decreta, Ordinationes, ſeu Diſpoſitiones, Reſeruationes, Prouiſiones, & mandata Apoſtolica totis viribus obſeruabo, & faciam ab alijs obſeruari &c.*

Pontif. Rom. pag. 60. col. 1. Vide quæ ad hoc adnotauit D. Haller. de elect. lect. 6. §. 1. De origine iuram.

Exquiſiuit hinc Reuerendiſſimus Preſinilienſis Epiſcopus ab Eminentiſſimis Patribus, Sac. Concilij Tridentini Interpretibus, quid ſibi velint, importentque verba illa tantùm *Regulas Sanctorum Patrum*. Cumque ſtrictè ad iſtam iuramenti particulam reſponendum nobis fuiſſet, aliqua ex more ſtatuimus præmittenda, vt viam noſtræ ſententiæ, Eccleſiaſtica ornatam eruditione, ſternere nobis fortè contingeret.

De iuramento in Pallij ſuſceptione emittendo, aliud prætexentes, conqueſti olim fuerant Epiſcopi Siculi: vnde Paſchalis Secundus Panormitanũ arguere Archiepiſcopum, (vt habetur in *Cap. 4. ſignificaſti de Elect.*) quaſi contra Chriſti Domini præceptum iuramentũ prohibentis exigeretur, coactus fuit; rationem reddens, cur ita fieri Sedes Apoſtolica conſtituiſſet. Videndus ad hoc *Ianus à Coſta* in Summarijs poſt *Florẽtem* in tit. de Elect. pag. 42.

De aliquibus huiuſmet iuriſiurandi clauſulis & particulis dubitauit olim Guillelmus Monaſterienſis Epiſcopus Electus, conſuluitq; Georgium Caſſandrum non obſcuri nominis virum, vt ad rem noſtram appoſitè eruditus valdè Epiſcopus Sauſſay aduerterat. Sed conſultiùs Reuerendiſſimus noſter hic Epiſcopus à Sacri Tridentini Concilij, vt dicebam, Interpretibus Cardina-

Inter Caſſandri epiſt. 20. & ſequ. cent. 1.

Sauſſ. in Panopl. Epiſc. lib. 1. de Iuramento pag. 170.

dinalibus id exegit, inter quos minimus in hanc ſententiam (quam explicare, & confirmare infra conabor) deſcendebam, vt ſcilicet per ly *Regulas Sanctorum Patrum* intelligi debeant ijdem Canones, & Conciliares conſtitutiones, quas renouare voluit ſacrum Oecumenicum Concilium Chalcedonenſe, dum ait. *REGVLAS Sanctorum Patrum per ſingula nunc vſque Concilia conſtitutas proprium robur obtinere decreuimus*. Vnde, & Nicænum præſertim, & Sardicenſe, aliaque ante ipſa celebrata Concilia, quamuis non generalia, & alia tria Oecumenica (vt clariùs patebit inferiùs) in noſtra hac iuriſiurandi formula comprehenſa videntur.

Concil. Chalcedonenſe Can. 1.

Sardicenſe, vt Nicænum Appendicem ſuſcipimus, nam contra Arrij reliquias coactum. ait Synodalis Epiſtola Chalcedonē. ad Martianū Imperat.

Erui clarè poteſt ex Concilio Gangrenſi paulò poſt Nicænum coacto, ibi. *Sed & hos condemnamus, qui ſe extollunt aduerſus ſcripturas, & Eccleſiaſticas Regulas, & noua introducunt præcepta.* At nullum quidem Concilium Oecumenicum præceſſerat, ſed aliqua tantùm prouincialia. Canon Gangrenſis relatus fuit in cap. *Hæc autem diſt.* 30. & apertiùs ad rem noſtram ex Concilio III. Carthaginen. anno Chriſti 397. *can.* 5 & ſic paulò poſt Concil. Primum Cōſtantinop. & Oecumenicum Secundum anno 381. cum ordinandis Epiſcopis profitenda proponantur decreta Conciliorum, ibi: *ne ſi aliquid contra ſtatuta Concilij fecisſe pœniteant.* Vnde cum recens, & ante quindecim annos Conſtantinopolitanū celebratum fuerit, valdè ſimile vero videtur, cum ſtatuta Concilij, non autem Conciliorū proponit, quod de Nicæno id affirmante intelligantur. Hic canon. relatus eſt in cap. *Placuit diſt.* 38.

Ad huius autem ſententiæ fundamenta ſolidiùs ſubſtruenda aliquibus vtemur coniecturis, & rationibus; &, vt faciliùs idem euadat, lumen ab Eccleſiaſtica adſciſcendum hiſtoria opportunum imprimis exiſtimauimus.

Primam ex coniecturis nobis offeret communis recentiorum Synodorum poſt Nicænam trium generalium ſequentium, nec non apud Sanctos Patres vſurpata frequenter acceptio. Et quidem in Secunda, quæ eſt Prima Conſtantinopolitana anno 381, *Alexandriæ Epiſcopi* (aiunt Patres) *ſolius Orientis curam gerant, ſeruatis tamen honoribus primatus Eccleſiæ Antiochenæ, qui in REGVLIS NICAENAE SYNODI continentur*. Et Damaſus. *Si quis contra hanc regulam noſtram, & contra REGVLAM Sanctorum. 318. Patrum, qui in Nicæno Concilio hoc conſtituerunt, temeritatis præſumptor fuerit, &c.*

Conc. C.P. can. 2: & habetur in Can. Epiſcopi 9. qu. 2.

Habetur in can. fin. 20. qu. 1.

Inde Pelagius Secundus, loquens de Concilijs pro-

Habetur in Can. Sciat. 7. q. 1. ex Pelagij epiſtola 10. ad Benignum Archiepiſcopum.

prohibentibus de vna in alterã Eccleſiam Epiſcoporum translationes, ait. *Non ergo bene intelligunt Eccleſiaſticas REGVLAS, qui hoc negant cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis fieri poſſe.* Regula autem deſumpta erat ex Concilio Nicæno.

Conc. Nicæn. Can. 15.

Et Sanctus Hieronymus idem aſſeruit, dum ait: *Tu, qui REGVLAS quæris Eccleſiaſticas, & Nicæni Concilij canonibus vteris, &c.* Et Innocentius I. itidẽ inquit. *Si quæ cauſæ, vel contentiones inter Clericos, tam ſuperioris ordinis, quàm etiam inferioris fuerint exortæ, vt ſecundùm Synodum Nicænam congregatis eiuſdem Prouinciæ Epiſcopis iurgium terminetur.*

S. Hier. ad Pammachium aduer. error. Io. Hieroſolymitani paulò ante finem.

Innocentius I. ad Victricium Rothomagenſem.

Et circa annum 425. Cœleſtinus vſus iiſdem ẽſt verbis, cum ait. *Nulli Sacerdotum liceat Canones ignorare, nec quidquam facere, quod Patrum poſſit REGVLIS obuiare.*

Cœleſtinus in Epiſt. ad Epiſcopos per Apuliam, & Calabriam conſtitutos, & habetur in Can. *Nulli Sacerdotũ Diſt.* 38.

Et paulò poſt ſanctus Leo eadem in eodem ſenſu verba vſurpauit ſcribens ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem, & ſextum Nicænum Canonem de iure Metropolitanorum in fine innouans inquit, *Ita vt à REGVLIS præſtitutis nulla, aut negligentia, aut præſumptione diſcedant.* Et aliàs loquens de ſecundo Canone Nicæno ait. *Meritò Beatorum Patrum Venerabiles ſanctiones, &c.* Et de iiſdem Regulis Nicænis ſcribit alibi: *Conſenſiones verò Epiſcoporum Sanctorum Canonum apud Nicæam conditorum REGVLIS repugnantes vnita vobis cum noſtræ fidei pietate in irritum mittimus,* Et infra: *In omnibus Eccleſiaſticis his legibus obſequentes, quas ad pacificationem omnium* Sacerdotum *per trecentos, & decem, & octo Antiſtites Spiritus Sanctus inſtituit, &c.* Et ad Martianum ſcribens. *Priuilegia Eccleſiarum ſanctorum Patrum Canonibus inſtituta, &*

Anno S. Leonis circiter 445. & Theodoſij 18.

Habetur in can. *Igitur* 25. *qu.* 2. & in *Epiſt* 87. ad Epiſcopos Africanos per Cæſarien. Mauritan. conſtitutos, & in Cã. *Miramur diſtin.* 61.

Sanctus Leo ad Pulcheriam Auguſtam Epiſ. 55.

Sanctus Leo Epiſ. 54. ad Martianum Auguſtum.

Venerabilis Nicænæ Synodi fixa decretis nulla poſſunt improbitate conuelli, nulla nouitate mutari. Et ad Epiſcopos Africæ, *Non præiudicantes Apoſtolicæ Sedis ſtatutis, nec Beatorum Patrum REGVLAS ſoluentes, &c.* Illud enim erat contra Canones Nicæni, & Sardicenſis Concilij, ne laici ordinentur Epiſcopi. Eodemque ſenſu loquitur Gelaſius.

Habetur in Can. *Exigunt.* 1. *qu.* 7.

Conc. Nic. can. 3. & *Conc. Sard.* can. 13.

Gelaſius circa annum 452. in Epiſt. ad Mart. & Iuſtum Epiſcopos relata in can. *Ex antiquis diſt.* 54. & *can.* 1. (qui eſt Sancti Leonis) *diſt.* 54. per totam.

Et clariùs euincitur ex eodem Chalcedonenſi Cõcilio in omnibus eius Actionibus, & præſertim ibi. *Vnum iuxta REGVLAS Sanctorum Patrum volumus eſſe Metropolitam,* & alibi: *Petimus, vt REGVLAE Sanctorum Patrum teneant.* Et anno 502. in Synodo Romana ſub Symmaco contra *Patrum Regulas* aſſeritur id, quod in libertatem eligendi Romanum Pontificem Rex Odoacer moliebatur.

Concilium Chalced. Act. 4. par. 2. in impreſſ. Pariſ. 1636. pag. 330. tom. 3.

Habetur in can. 1. diſt. 96.

Itidem ſanctus Gregorius ad Felicem Meſſanæ Epiſcopum ſcribens ait, quòd *Adhibendum bis in anno concilium Patrum ſit REGVLIS inſtitutum;* quæ ſanè conſtitutio eſt Nicæni Concilij.

S. Gregor. lib. 12. epiſt. 32.

Conc. Nic. can. 15.

Idem ex Dionyſio Exiguo habetur, ibi: *REGVLAS Nicænæ Synodi, & deinceps omnium Cõciliorum, &c.* Is autem ſcripſit circa annũ 527. ex Bellarmini teſtimonio, cumque primus ex Iuſtello id tentauerit, poſtque editionem Canonum Cõciliorum ad colligenda Pontificum decreta manus admouiſſet, videlicet à Siſicio vſque ad Anaſtaſium; ideo hæc animaduerſio benè iuramento Epiſcoporũ ſub Gregorio Secundo edito (in quo priùs Regulæ iurandæ proponuntur, ac deinde Pontificum decreta) deſeruire poteſt.

Dionyſius Exiguus in principio ſuæ collectionis, & in Epiſ. ad Stephanum Epiſcopum, quam *Creſconius* in ſua retulit.

Bellar. de Scriptoribus Eccleſ. vbi videndus *Labens*, & *Trithemius* in opere eiuſdem argumenti.

Iuſtel. pag. 19. & in Præfatione ad Cod. Can. Eccleſiæ Africanæ circa finem pag. 318. quamuis *Baronius* anno 527. tom. 7. non agnoſcat *Dionyſium* in primum collectorem; aliam enim aſſerit collectionem anteriorem, licèt mendis ſcatentem, ſiue Interpretis vitio ſiue incuria librariorum. Idem agnoſcit *Præfator* in tom. 1. Bibliot. Iur. Canonici Vet. Iuſtelli, & in Præfatione ad *Ferrandi Diaconi* Breuiariũ. vide etiam *Bin.* tom. 3. Concil. pag. 826.

Inſuper à Iuſtiniani Nouellæ verbis eadem aſſertio robur non infirmum deſumit, ibi. *Sanci-*

Iuſtinianus in Nouel. 131. anno 541. & habetur in Auth. co. *De Eccleſ. Canon.*

mus

mus vices legum obtinere Sanctos Eccleſiaſticos Canones qui à ſanctis quatuor Concilijs conſtituti ſunt, & confirmati. Canones autem, & Regulas idem ſonare quis ignorat?

Vlteriùs anno circiter 553. ſub Vigilio & eodem Iuſtiniano in Synodo V. & Conſtantinopolitana II. Euthychius Patriarcha Conſtantinopolitanus id ipſum confirmare videtur in eius Synodica, & fidei profeſſione ad Vigilium in prima collatione, ibi: *Nos ſemper ſeruauimus, & ſeruamus fidem ab initio traditam à magno Deo, & ſaluatore noſtro Ieſu Chriſto*; & infra: *Et maximè ab his, qui in SS. quatuor Synodis congregati ſunt, quos per omnia, & in omnibus amplectimur, ideſt 318. Patres, qui Nicææ congregati ſunt*; & infrà: *Suſcipimus autem & 150. Patres Conſtantinopoli congregatos*; & infra: *ſuſcipimus & SS. 200. Patres in Epheſina prima Synodo congregatos*; & infra: *Ad hæc autem ſuſcipimus & 630. SS. Patres Chalcedone congregatos, &c.*

Cumque hæc fuerit Synodus prima poſt dictam Chalcedonenſem, & Patres in Synodica ad Vigilium directa expreſsè profiteantur Decreta, & *Regulas* quatuor præcedentium Synodorum, hinc non obſcurè colligi poterit, quòd ſub nomine *Regularum* veniebant apud eoſdem quatuor prædictorum Conciliorum decreta: & eo fortiùs, quòd, cum Quinta Synodus fuerit habita anno 553. ſub eodẽ Iuſtiniano, quo tempore Dionyſij, & Ferrandi collectiones tantùm paulò ante præceſſerant, & anno circiter 530. in lucem editas conijcere poſſimus, veroſimile non eſt, quòd viginti trium dumtaxat annorum ſpatio iam per manus omnium tererentur,

tur, adeo vt hiſce Patribus innotuiſſent?

Eadem pariter anno 563. exequũtur in Concilio Bracharenſi I. Patres ibidem collecti hiſce verbis. *Neceſſarium arbitror, ſi Veſtra Fraternitati videtur, vt inſtituta nobis Sanctorum Patrum recenſitis antiquis Canonibus innoteſcant.* Idemque ex Sancto Gregorio (1) confirmatur, qui loquens de ordinatione quatuor Patriarcharum ait. *In quatuor præcipuis ſedibus Antiſtites ordinentur, ſynodales ſibi Epiſtolas viciſſim mittant, in quibus ſe Sanctam Chalcedonenſem Synodum cum alijs generalibus ſynodis cuſtodire fateantur.* Et alibi (2)

Et tandem in Septima Synodo anno 787. legimus (3). *Cum ſimus debitores omnes Sacras REGVLAS cuſtodire, & eam quæ dicit, in vnaquaque Eccleſia Oeconomos eſſe debere, &c.* Et hæc Regula in Concilio Chalcedonenſi habetur. Et ſub Nicolao I. eadem confirmatur aſſertio; is enim Rodulpho Archiepiſcopo Bituricenſi (4) ſcribens, *Itaut*, inquit, *ſecundum Nicænas REGVLAS ſua Priuilegia ſeruentur Eccleſijs.*

At, vt cetera mittamus, animaduertendũ nobis erit, quòd circa eadem ferè tempora, quibus, vt infra videbimus, huius noſtri iuramenti formã ab Epiſcopis emittendam cœptum eſt proponi, Hadrianus Secundus ad Carolum Caluum Regẽ de Hincmaro agens, de ſe affirmans ait (5) *Nihil audemus iudicare, quod poſſit Nicæno Concilio, & quinque ceterorum Cõciliorum REGVLIS, vel decretis noſtro-*

Ex *Hincmaro* colligit *D. de Marca* in Concord. lib. 3. c. 5. num. 5. tom. 1. collationem hanc Dionyſij circa annum 870. auctoritatem in Gallijs obtinuiſſe.

Conc. Brac. 1, Can: 18: Hic adnotandum cenſeo, *Regulas SS. Patrum* aliquando nominari *Inſtituta*, vt hic, & ab Anacleto, & Zacharia PP. dicentibus: *Iuxta Sanctorum Patrum, & Canonum inſtituta, &c.* & habetur can. 4. diſt. 93. item à Paſchali Pontifice: *Secundùm Apoſtolorum, & Sanctorum Patrum inſtituta &c.* & habetur in can *Epiſcopi* 2. q. 7. Aliquando dictæ fuere *Statuta*, vt à Fabiano Pont. ibi. *Omnes, qui Sanctorum Patrum ſtatuta tam præteritis, quam futuris temporibus anathematizant, ſubmouemus, &c.* & habetur 3. q. 5. can. 7. item apud Zoſimum Pont: ibi. *Contra ſtatuta Patrum condere aliquid, vel mutare, nec huius quidem ſedis poteſt auctoritas*: & habetur in can. *Contra.* 25. q. 1. & Innocentius II. *ſecundum formam canonum, & Sanctorum Patrum ſtatuta.* can *Quotieſ.* 2. q. 5. & Adrianus Papa ſcripſit Ignatio Patriarchæ Cõſtã. *Contra ſtatuta Patrum priſcorum, & Synodi Oecumenicæ proxime celebrata &c.* Vide To. 7. Concil. pag. 986. Itidem dixit Gregorius VII. in Synodo. *Si quis Epiſcopus præbendas, archidiaconatus, præpoſituras, vel aliqua Eccleſiaſtica officia vendiderit; vel aliter, quam Statuta SS. Patrum præcipiunt, &c.* & habetur 1. q. 3. can 3. & ſicut dixit Nicolaus I. *Cano. Patrum deliberatio.* 2. qu. 6. can. 13. Ita etiam prius dixerat Euſebius I *Cano. Patrum ſtatuta.* 3. qu. 5. can. *Conſtituimus.* Itidem in Concilio Stephani III. legitur: *Si quis ex Epiſcopis, vel presbyteris, vel monachis contra Canonum, & SS. Patrum ſtatuta prorumpens, &c.* habetur in can. *ſi quis diſt.* 79. Pariter legitur in Concilio Carthaginenſi II. *Statuta veterum Conciliorum*: in can. *Vlt.* 3. qu. 8. & in Concilio Carthaginenſi III. *Placuit, vt ordinandis Epiſcopis vel clericis prius ab Ordinatoribus ſuis decreta Conciliorum auribus eorum inculcentur, ne aliquid contra ſtatuta Concilij feciſſe pæniteant.* habetur in can. *Placuit diſt.* 38. & in Concilio Tarraconenſi refertur. *Si quis Epiſcoporum commonitus à Metropolitano ad Synodum nulla graui intercedente neceſſitate corporali venire contempſerit, ſicut ſtatuta Patrum ſanxerant, &c.* habetur in can. 14 diſt. 18. Aliquando huiuſmodi Regulæ dictæ ſunt *Definitiones*: ita in Concilio Chalcedonenſi. *Si vero quis vnquam Epiſcopus poſt definitionem iſtam, &c* & habetur 1. qu. 1. can. 22. & in Concilio Carthaginenſi IV. *Suſcepto in nomine Chriſti Epiſcopatu non ſuæ delectationi, nec ſuis motibus, ſed his Patrum definitionibus acquieſcat*, Can. 2. diſt. 23. & in Concilio Bracarenſi II. *Antiqua definitio Patrum ita de Eccleſiaſticis ordinationibus ſtatuit.* Habetur. 1. q. 1. can. 22. *Regula Sanctorum Patrum* diſtin. 29. vbi adijcit, regulas prædictas ex negotij, & neceſſitatis qualitate temperandas eſſe.

(1) *S. Gregorius* Epiſt. 54. lib. 7. indictione prima.
(2) Habetur in Can. *Quia in quibuſdam* diſt. 89. & 16. q. 7. can. *Quoniam in quibuſdam.*
(3) *Can. Cum ſimus.* 9. qu. 3.
(4) *Can. Conqueſtus.* 9. qu. 3.
(5) *Hadrianus* Epiſt. 17. tom. 6. Concil. gener.

maſtrorum Anteceſſorum obuiare. Et hæc ab hiſtorijs Eccleſiaſticis, & Patribus deſumpta ſufficere videntur, ne alia plurima ſimilia referentes onus potiùs, quàm lumen lectorum mentibus inferamus.

Altera ex coniecturis erit illa, quæ ex prima forma huiuſmodi Epiſcopalis iuriſiurandi (cuius Auctores meminerint) deſumi poteſt: hanc autem deſcriptam habemus in *cap. Ego N. 4. de Iureiurando*.

Et licèt noſtri Canoniſtæ illam Gregorio I. tribuerint, vt ibidem adnotarunt, nihilominus rectiùs Gregorio huius nominis Secundo referenda eſt, cum in ſancti Bonifacij Moguntini Archiepiſcopi iuramento fuerit, vt infrà videbimus, enunciata circa annum 723. vt Antonius Auguſtinus, Sauſſay cum Halliero aduertunt; quidquid Florens Gregorio Septimo perperàm retulerit, vt præcitati Auctores cõfirmarunt: niſi dicamus Florentem fuiſſe Hallierum ſequutum, vbi integram iuriſiurandi formam eidem Gregorio Septimo, prout hodie habetur, tribuerat; ſed neque id probarem.

Sauſſay in Panopl. Epiſc. lib. 5. de Iura. pag. 466.

Florens tit. de vſu, & auctoritate Pallij tit. 8. pag. 531.

Hall. loc. cit. num. 3.

In hac enim formula vſurpantur eadem verba, videlicet, *Et Regulas Sanctorum Patrum adiutor ero ad defendendum*. Quamuis in illa, quam Baronius ad annum 723. & Sirmondus 722. referũt, ita habeatur. *Sed & ſi cognouero Antiſtites contra instituta antiqua Sanctorum Patrum aduerſari, &c.* Vnde ſatis veroſimilis eſt coniectura, quòd in ſequentibus ſeculis, & poſterioribus iuramentis eadem verba fuerint excepta. Tenebantur enim ex Cõcilio III. Carthaginẽſi habito circa

Baron. tom. 9. Annalium Sirmond. tom. 1. Conc. Antiqu. Galliæ, & deſcribitur etiam tom. 5. Concil. edit. Pariſ. inter Epiſt. Gregor. II. pag. mihi 452. licet ab ea diuerſa, quam Baronius & Sirmondus retulerunt.

Conc. Carth. III. c. 3. & habetur in Can. Placuit diſt. 38.

annum

annũ 397. & ex Nicæno II. circa annũ 787. Ordinandi in Epiſcopos profiteri, ſe ſacros Canones ſeruaturos, eoſq; ijs ipſis Ordinatores inculcabant, ne ſe aliquid contra ſtatuta feciſſe contingeret ex ignorantia, aliàs nõ admittebantur; Vnde Ioannes Octauus Pontifex noluit Vvlliberto Agrippinenſi Epiſcopo pallium optatum elargiri circa annum 875. quia in fidei profeſſione, quam miſerat, nullam ſanctarum vniuerſalium Synodorum, nec decretalium Pontificum Romanorum mentionem feciſſet.

Habetur in can. *Optatam diſtin.* 100.

Et hìc iterùm animaduertendum, rogo eandem ſortiri notionem debere verba *Patrum Inſtituta*, ac *Patrum Regulas*, ne quis verborum diuerſitate anſam arriperet hæſitandi. Quod facillimè deduci poteſt ex Martiani Auguſti cõſtitutione pro ſynodi Chalcedonẽſis decretis poſt annum 451, in qua ait. *Quæ nunc de Chriſtiana fide à Sacerdotibus, qui Chalcedone conuenerant per noſtra præcepta ſtatuta ſunt iuxta Apoſtolicas expoſitiones, & INSTITVTA SS. Patrũ 318.* Sicut & *Statuta* aliquando ſunt appellatæ; vnde ſanctus Leo, *Dilectio tua non ignorat, quàm conſtanti, fixoq; propoſito SS. Nicænorũ canonũ STATVTA cuſtodiam, diſſolui omnes Eccleſiaſticas Regulas æſtimans, ſi quidquam ex illa Sacroſancta Patrum conſtitutione violetur*. Vocatæ ſunt etiam ab Hormiſda Pontifice non ſolũ *Conſtituta 318. Epiſcoporũ*, ſed *Sententiæ 318. Epiſcoporum*: quemadmodum etiam Canones Concilij Nicæni in præfatione eiuſdem Concilij Arabicè conſcripti illius Canones appellantur *Sanctorum Patrum ſententiæ* apud Eckellenſem: & S. Gregorius Canones quatuor Conciliorum

Habetur in Cod. *De ſumm. Trinit. & fide Catholica*.

Sanctus Leo in Epiſt. 105. ad Iulianum Coenſen. Epiſcopum.

Habetur in Ca. *Si quis Diaconus diſtinc.* 50.

Habetur in Can. *Si ille & can. Si quis diſt.* 50.

Eckell. in Eutych. Vind. pag. 138. *S. Gregor.* in can. Quia diſt. 50. & *S. Ambroſius* Concilium Nicænũ vocauit *Concilij Nicæni tractatũ*. C. cognoſcamus diſt. 34.

Gene-

Generalium dixit *Canonicas ſententias*, itemque Nicolaus Primus decreta Conciliorum vocat *Diuinitùs inſpiratas ſententias*.

Nicol. Primus in epiſt. ad Michaal. Imp.

Omnibus autem hiſce vocabulis antonomaſticè Nicænæ Regulæ ſubintelligebantur vſque ad recentiora tempora, & circa annum 875. idem argui poteſt ex dicta Epiſtola Ioannis ad Vvilibertum Agrippinenſem Epiſcopum, in qua meminit ſimul Vniuerſalium Synodorum, *In quibus*, inquiens, *Fidei noſtræ ſymbolum continetur*, *&c.* & Innocentius Tertius circa annum 1200. ad Archiepiſcopum Turronenſem ait, *Vt ſecundùm Nicænas Regulas ſua Priuilegia ſeruentur Eccleſijs*.

Habetur in cap. *Duo ſimul*, *de Off. Iud. Ordinarij*.

Quæ verba ex Epiſtola Nicolai Primi deſumpta videntur, vt diximus, & habentur in d. cap. *Conquaſtus*. 9. qu. 3.

Tertia coniectura ſit; nam cum Pontifices, vel proprias, vel Prædeceſſorum conſtitutiones comprehenſas voluere, id in iuriſiurandi formula expreſſerũt, ibi *Decreta, Ordinationes, ſeù diſpoſitiones*, *&c.* Et hoc optimè ſuadetur ex Baronio, qui aduertit ſub Agapeto Papa, quòd vſque ad illud tempus publicæ pro ſacris literis ſcholæ in Vrbe non haberentur. Pontifices enim vtebantur in regimine Eccleſiaſtico traditionibus, & Regulis præteritorum Pontificum, qui vt vidimus, quatuor Conciliorum Canones in Eccleſia dirigenda ſummoperè ſeruabant, Collectoreſque Canonum poſt aliquod inde tempus collectiones, vt innuimus, euulgarunt, in quibus, Pontificum Reſponſa, & Epiſtolæ ad varias ex toto Chriſtiano Orbe interrogationes editæ in vnum corpus coactæ, publicè ex Chartophylacijs Eccleſię in ſcholas, & prudentum manus eductæ Doctorum ſubſellia contige-

Baron. Anno 535. tom. 7.

tigère, Vnde codicem Canonum Eccleſiæ Catholicæ anno circiter 787. in Occidentali Patriarchatu ſub Leone Quarto facilè probari poterit emerſiſſe.

Et quidem Iſidorus Peccator, ſiue Mercator ſuam ampliorem collectionem edidit inter ſextam, & ſeptimam Synodum, & circa annum 760. vt ex Baronio intelligi poteſt; nā in Chalcedonenſis Concilij decretis finem ſortiti iam fuerant Græcorum Canones anno ſcilicet 451. & Dionyſius Exiguus in ſua collectione poſt annos fere 80. Græcis addere incœpit Occidētalium Synodorum decreta, vt nuper Voellius (1) Præfator aduertit, adnotans etiam, antiquiores Canonum collectores Decretales Pontificum Epiſtolas omiſiſſe, Synodorum Regulis tantùm contentos: quæ autem in Dionyſij collectione inſeruntur non Auctoris, ſed poſteriorum Addentium labor extitit. Et meo ſanè iudicio ſatis veroſimile videtur, ante nonum ſeculum publicum Decretalium Epiſtolarum robur agnitum non fuiſſe, & antequam Nicolaus Primus ſcribens Archiepiſcopis, & Epiſcopis Galliæ id circa annū 850. ijs mandauerit (2). Noſtram autem iuramenti formulam ſub Gregorio II. vt vidimus, & præcipuè anno circiter 723. in Canones redactā fuiſſe exiſtimamus. Quod enim Leonis Magni temporibus adſcribitur editum, aut non ita receptum, aut non publicis tabulis conſignatum opus agnoſcendum eſt, cum Nicolaus, vti diximus, id rursùs edere neceſſarium duxerit. Et quidem facilè conijci poteſt; nam Agatho Pontifex conqueritur in ſeptimo ſeculo Sa-

Baron. in notis ad Martyrol. 4. Aprilis littera D vel vt *Labbaus* de Script. Eccleſ. pag. 649. conijcit, circa annum 780. & ſic excluditur *Iſidorus Hiſpalen.* qui ex *Hincmaro* Epiſ. 7. cap. 12. Auctor collectionis huius exiſtimaret poterat contra aſſertionem Antonij Auguſtini p. 2. cap. 19. & communem cum *D. de Marca* in ſua Concord lib. 4 cap. 5. qui refert *Hincmarum*; ſequitur tamen ſententiam veriorem, Decretales videlicet Epiſtolas ab eodem *Iſidoro* collectas ex Hiſpania, in Gallia euulgatas à *Ridulpho Epiſcopo Moguntino*, qui viuebat ſub Carolo Magno, & anno 813. præfuit Concilio Moguntino, vt ait *Iuſtel* tom. 1. Bibliothecæ pag. 23.

(1) *Voellius* in præfatione to. 1. Bibliothecæ Iuris Canonici circa principium.

Refert *Blondellus* in Prolegom. ad Pſeudo-Iſidorum pag. 20. & 21. cap. 5. Decretales Epiſtolas in vnum corpus à *Benedicto Leuita* redactas fuiſſe, de quo *Baronius* anno 855. & *Marca* vbi infra.

(2) Vide Canon. p. diſt. 19.

lo Sa-

lo ſacrarum literarum, & peritorum penuriam ob Longobardorum bella contigiſſe, vt ſcribit Baronius.

Baron. ann 680. tom. 8

Conijcimus tandem hanc iuriſiurandi formulam (vt ex Eccleſiaſticis hiſtoriis erui poteſt) ſancto Bonifacio, dum Moguntinæ præfectus fuit Eccleſiæ, primò propoſitam fuiſſe, ab eoque iuxta illam iuſiurandum emiſſum cum proprij nominis mutatione, vt videre licet apud Baronium. Is enim iurans, vt vidimus, ait, *Se ſi cognouerit Antiſtites contra INSTITVTA Sanctorum Patrum conuerſari, id Pontifici relaturum*, & inſuper cum ipſis *nullam communionem habere*. Vnde cum idem ſint Inſtituta Sanctorum Patrum, & Regulæ ob ſuperiùs notata, non abs re forſan exiſtimandum eſt, inde conſuetudinem inualuiſſe, vt recens electis Epiſcopis ipſarum conſeruatio iuranda, ſeruandaque proponeretur, niſi potiùs affirmare velimus, hoc totum ſub Gregorio III. contigiſſe. Is enim anno eius primo, & Chriſti 731. vt Baronius refert, pallium Sancto Bonifacio conceſſit, quod ex eiuſdem Pontificis epiſtola ad eundem habetur, dum inquit: *Hinc iure tibi Sacri Pallij direximus munus, quod B. Petri Apoſtoli authoritate ſuſcipiens induaris, atque inter Archiepiſcopos vnus Deo authore præcipimus, vt cenſearis*.

Deridet eruditus calumniator *Blondel.* loc. cit. pag. 26. cap. 15. & qui (verbis vtar *D. de Marca* in ſua Cōcord. lib. 3. cap. 5. nu. 1.) *Atrocioribus verbis Epiſtolas Romanorum Pontificum dilacerat*) S. Bonifacium, & vt Pontificum adulatorem traducit, quem ſatis Martyrij laus Sanctiſſimum aſtruit, ſed ſuo ſatis furore linquamus, vt torqueatur.

Baron. tom. 9. anno 723.

Baron. to. 9. Annalium.

Valde autem vero conſonum videtur, vt tunc temporis iuſiurandum præſtiterit, quod hucuſque hac eadem occaſione à nouis profcrendum Archiepiſcopis præſcribitur.

Ad quod facit, nam collectio Iſidori Mercatoris (qui Leonis Tertij, & Caroli Magni æuo

inter mortales erat) licèt ſtatim, & præſertim in Galliis fuerit recepta, non ita quidem fuit omnibus cognita, aut cunctis probata (quod D. de Marca aduertit) vt tã citò interſeri potuerit Epiſcoporum iuriurando ſub iis verbis, *DECRETA, ORDINATIONES, ſeù DISPOSITIONES &c.* quæ in noſtra ſcheda inſpicimus expreſſa, cum illa ætas typographica arte penitùs careret, & temporum ignauia Amanuenſium laboraret inopia.

D. de Marca loco cit. lib. 3. cap. 5. num. 5.

Hæc ſunt coniectoris ingenii mei argumentationes, & ἐπιχειρήματα, quæ vti extemporanea conferebam, ita abſque verborum συνθήκη proferre ſum auſus.

Et quidem non aliò diuertit noſter Lupus, exiſtimans Chalcedonenſem Synodum per illa verba *Regulas SS. Patrum* confirmare voluiſſe tunc temporis euulgatum codicem vniuerſæ Eccleſiæ Canonum, ſcilicet Orientalium Eccleſiarum à primo Nicæno ad illud vſque tempus incluſiuè, & ita vltra Canones quatuor Synodorum Oecumenicorũ alios etiam, qui in Ancyrana, Neocæſarienſi, Gangrenſi, Antiochena & Laodicenſi Synodo fuerant priùs euulgati, quique *Subterannexi* dicuntur, vt Iuſtellus aduertit, ἡ τάξιν ἡ ἀκολουθίαν τῶν κανόνων, vt Chalcedonenſes Patres vocant. Et confirmari poteſt ex Gregorio Turonenſi, vt innuit Iuſtellus, & amplecti videtur Iacobus Leſchaſſerius, & antea aduerterant Baronius, & Antonius Auguſtinus.

Lupus in Not. ad Concil. Chalced. can. 1.

Iuſtell. in Præfat. circa principium.

Greg. Turon. lib. 9. c. 33.
Iuſtel. loc. cit.

Leſchaſſer in conſultat. pro Venet Repub.
Baron. tom. 3. ann. 341. n. 4.
Ant. Auguſ. lib. 1. de Emend. Grat. cap. 11.

Non abnuerim tamen, noſtros Doctores Canoniſtas, & poſt antiquiores Innocentium, Abbatem,

Innoc. in cap. Ego N. de Iureiuran. *Abb.* ibidem nu. 3.

batem, & Felinum cenſuiſſe, nomine *Regularũ SS. Patrum* intelligi ſummorum Pontificum Canones. Sed aut perperàm hoc affirmarunt, aut perperàm iuramẽto addita (vt oſtendimus) verba ſequentia, *Decreta, Ordinationes, &c.* appoſita, & otioſa omninò remanerent, niſi ſummorũ Pontificum Canones ſignificarent, cum apta ſint propria, & natiua notione pariter comprehendere ſummorum Pontificum Canones, ſi per ly *Regulas SS. Patrum* hoc idem, vt ijs placet, fuiſſent iam in illis notati: Canoniſtas nuper ſequutus eſt Florens. *Felin. ibidem num. 4.* *Flor. in lib. 1. Decret. tit. 8. de vſu, & author. Pall. pag. 333.*

Hæc inter eruditiſſimos Patres, & Collegas habuimus quę proferremus, & *Riuulum noſtrum*, vt ait Auguſtinus, *eorum largo fonti ità refudimus.* *Auguſt. epiſt. 95. ad Innoc.*

Vt plenè, cumulatèque Lectoribus inſeruiamus, aliquorum non minùs eruditione, quàm ingenio præſtantium virorum hac de re ſententias, quæ à nobis priùs exquiſitæ fuere, eaſque poſtmodùm nacti ſumus, adijcere, operæ pretium exiſtimauimus.

VO-

VOTVM
R. P. ODONIS
De Comitibus è Societate Ieſu.

EPiſcopus electus,& confirmatus, antequam conſecretur, præſtat iuramentum in manibus Epiſcopi conſecrantis iuxta formulam præſcriptam in Pōtificali;& inter alia ſic iurat. *Regulas Sanctorum Patrum, Decreta, Ordinationes, ſeu Diſpoſitiones, Reſeruationes, Prouiſiones, & Mandata Apoſtolica totis viribus obſeruabo, & faciam ab alijs obſeruari.* Quid ſint *Regulæ Sanctorum Patrum* interrogatus cenſeo, illas eſſe Canones Conciliorum Vniuerſalium. Quod vt oſtendam, explicanda priùs eſt notio illius vocis *Regulas*: ſecundò notio illarum vocum *Sanctorum Patrum.* Ommiſſis multis, quæ afferri huc poſſent ex Gloſſa, alijſque Scribentibus ad Rubricam ſiue iuris Ciuilis, ſiue Canonici *De Regulis iuris*, aut à Scribentibus ſuper Regulis Cancellariæ: *Canon Græcè,*
Can. 1. diſt. 3. *Latinè Regula dicitur.* In ſubiecta verò materia magis eſt in vſu vox Græca *Canon*: Et quamuis tam vox *Canon*, quàm *Regula* comprehendere poſſit omnes, & quaſcumque leges: vſus tamen obtinuit, vt ea voce comprehendantur leges Eccleſiaſticæ; igitur Eccleſiaſtica conſti-
Grat. 4. diſt. 3. §. Omnes. tutio Canonis nomine cenſetur, vt apud Gratianum.

Por-

Porrò Canonum alij ſunt Decreta Pontificum, alii ſtatuta Conciliorum, & plures ſpecies Canonum facit Nicolaus Pontifex, & Gloſſa, ſcilicet quatuor Dogma, Mandatum, Interdictum, & Sanctionem. Nam Gratianus diuiſit Canones per reſpectum ad cauſã, quę vel poteſt eſſe Papa, vel Concilium: Nicolaus verò, & Gloſſa ex obiecto, quod vel eſt fidei, & dicitur *Dogma*, vel eſt morum, & dicitur *Mandatum*, ſiue *Decretum*; & hoc vel nullam iniicit pœnam, & dicitur *Interdictum*, vel adiicit pœnam, & dicitur *Sanctio*.

Vide can. Si quis dogmata, 25. qu. 2.

Gloſſ. d. diſt. 3. §. Porrò.

Formula iuramenti ſequitur priùs diuiſionem Gratiani à cauſa efficienti, & Canones, ſiue ſtatuta Conciliorum vocat *Regulas Sanctorum Patrum*, tum ea ſtatuta, quæ ſunt à Pontifice Romano ſubdiuidit cum Gloſſa ex obiecto, ſiuè per reſpectum ad eos, ad quos diriguntur in quatuor membra. Primò ſi quidem obiectum pertineat ad totam Eccleſiam, vocantur *Decreta*, vnde dictæ Epiſtolæ Romanorum Pontificum *Decretales*: ſecundò ſi obiectum pertineat ad aliquam Diœceſim, aut aliquam Prouinciam particularem, & dirigatur Epiſcopo, ſiue Archiepiſcopo, ſiue Patriarchæ, adhuc ſubdiuidit ex obiecto; ſcilicet, ſi non ſit illud obiectum ſub iuriſdictione ordinaria Epiſcopi, & pendeat à poteſtate Pontificis; vt e.g. ſi mandet publicari aliquod iubileum, aut aliquod feſtum in ea Diœceſi, aut Prouincia celebrari, & ea dicuntur *Mandata Apoſtolica*. Tertiò ſi illud obiectum ſit ſub iuriſdictione ordinaria Epiſcopi, & incidat aliqua dubitatio, ſuper qua interrogetur

Gloſſ. loci cit.

Roma-

Romanus Pontifex, cuiuſmodi dubitationes afferri ſolent ad Sacras Congregationes, reſponſa approbata à Pontifice vocantur *Ordinationes*, ſiue *Diſpoſitiones* (quamquam harum aliquæ pertinent ad totam Eccleſiam, & per modum legis ad totam Eccleſiam, & videntur includi ſub nomine *Mandatorum*) Quartò ſi obiectum pertineat ad aliquem actum ſingularem, qui vnico actu perficitur; vt ſi iubeat aliquem excommunicari, aut abſolui, aut diſpenſari, aut in materia beneficiaria alicui prouideri de beneficio, aut aliqua beneficia vetat ab Epiſcopo conferri, & vocantur *Prouiſiones*, & *Reſeruationes*.

In examine quoque Epiſcopi, quod fit poſt præſtitum iuramentum de earum rerum obſeruantia interrogatur Epiſcopus ſub eadem diuiſione. Præmittitur quidem primò examen, & interrogatio de dogmatibus fidei: tum conſecrator eum examinat; & interrogat, *Vis traditiones Orthodoxorum Patrum* (& hæ ſunt Regulæ Sanctorum Patrum) *ac Decretales Sanctæ Sedis Conſtitutiones veneranter ſuſcipere, &c.* & hæc ſunt Decreta. Deinde eum examinator interrogat de fide, ſubiectione, & obedientia exhibenda Romano Pontifici, in quibus includuntur Mandata, Diſpoſitiones, Prouiſiones, &c.

Hanc diuiſionem eſſe bonam non vlteriùs probo, neque ſingula membra vlteriùs explico, quia de ijs non eſt mota dubitatio.

In Sacris verò Conciliis, & Decretalibus Pontificum recenſentur tam Canones, ſiue Regulæ fidei, quàm morum, & agendorum; & ſatis ſit ad exemplum Concilium Tridentinum;

in

Digitized by Google

in quo cùm ad finem cuiuslibet ſeſſionis regiſtrentur Canones, qui ſunt veluti ſumma earum rerum, quæ in ſeſſione illa tractatæ fuerunt, ac deciſæ; ij tamen omnes videntur eſſe canones, & regulæ fidei: & in Decretalibus primus titulus eſt *De ſumma Trinitate, & fide Catholica*, quamquã Gratianus, Decreti compilator, initium fecerit à iure diuinæ, & humanæ conſtitutionis; & proſequatur ſe continens in iis, quæ actiones dirigunt, & regulant; & præſertim ita videtur accipiendus in loco ſupra citato. Quare cum Gratiano in hac iuramenti formula cenſeo, ſub eo nomine *Regularum* intelligendas eſſe regulas actionum, non fidei; alioqui fruſtratorium eſſet aliud iuramentum, quod vocatur *Profeſſio fidei*; quamuis multæ ex ijs regulis agendorum dirigant operationes humanas ad conſeruationem fidei.

Ita ij, quos nominat *Canones* Concilium Tridentinum, non proponuntur per modum dogmatis, vt doceat nos ea, quæ credere debeamus, ſed per modum Decreti, vt iubeat aliquid facere ad conſeruationem fidei. Concilium ſcilicet duplicem quaſi materiam, ſiue obiectum ſibi propoſuit fidem, & diſciplinam, ſeu reformationem. Vnde illæ contrariæ controuerſiæ, quas recenſet Cardinalis Pallauicinus, an de ſola fide tractandum, an de ſola reformatione diſciplinæ, an de vtraque, an ſimul, an de vna priùs, de alia poſteriùs; & cum euictum fuiſſet de vtraque ſimul agendum, in ſingulis ſeſſionibus priùs deciduntur aliqua dogmata fidei, vtiturque ſemper Concilium verbo declarandi,

Card. Pallauicin. l. 6. Hiſt. Conc. Trid. c. 1. & 7.

docendi, credendi, & profitendi, quæ ſpectant ad intellectum, in quo eſt fides. Deinde ſeparatim leges condidit de reformatione: tum exiſtimarunt opportunum, aliquas regulas ſubiungere, *vt omnes ſciant, non ſolùm quid tenere, & ſequi, quæ ſunt fidei dogmata, ſed etiam quid vitare, & fugere debeant*, quæ ſunt verba Concilij, & ibi primùm fuerunt conditi huiuſmodi Canones, & alibi, quamuis aliis, atque aliis verbis repetūtur. Tam verò Canones huiuſmodi, quàm anathematiſmi contra hæreticos, vel ſunt pœna hæreticorum, quæ eſt aliqua operatio, vel inſtructio, & præceptum ad alios Chriſtianos, vt hæreticos vitent, & arceant a ſua communione, quæ item eſt operatio. Neque aliter ſancit Nicolaus Pontifex, qui etiam dicit anathema contemptoribus dogmatum &c.

Conc. Trid. Seſſ. 6. ad fin. Vide ad Text. 13.

Vide can. Si quis dogmatum 25. qu. 2.

Et generaliter nomen *Regula*, ſiue etiã *Canon* in cõmuni, & vſitato modo loquendi ſignificat Regulam operationum; vnde ij, qui præſcripſerunt ſibi aliquem modum viuendi ſpecialem, & legibus ſeuerioribus deuinctum, dicti ſunt *Canonici, & Regulares*. Videri poteſt Suarez eruditè de hac voce *Regula* differens.

Suar. to. 4. de Relig. tract. 8. lib. 1. c. 1.

Iurat igitur Epiſcopus eodem fermè ſenſu, quo accipiendum eſt iuramentum apud Romanos ſolemne in acta Principis, aut Senatus; de cuius iuramenti formula eruditiſſimè Barnabas Briſſonius; ſic etiã nunc Magiſtratus, & Iudices iurant, ſe obſeruaturos ſtatuta, & conſuetudines etiam municipales eius loci, in quo ad aliquod officium aſſumuntur.

Barn. Briſ. lib. 8.

Reſtringit autem magis eadem Gloſſa vocem

Gloſſ. loc. cit.

cem Canonis inquiens: *Canon dicitur id, quod ſtatuitur in vniuerſali Concilio*; & ad hanc ſignificationem reſtringitur vox *Regulas* per adiectionem *Sanctorum Patrum*.

Nimirùm per translationem multi dicuntur *Patres*; & præſertim Superiores, aliique, qui prouidentiam circa alios gerunt, vt docet S. Thomas, ac propterea in quarto præcepto de honorando Patre includuntur alii Superiores, vt cum Concilio Colonienſi notant omnes Doctores in eius præcepti explicatione, *Patribus autem debetur honor*; & hoc conſiſtit in tribus, amando, obediendo, & honorando iuxta Nauarrum, ſiue cum S. Thoma *debetur patribus pietas, cuius pars quædam eſt cultus, qui in quodam obſequio conſiſtit, dum ſcilicet aliquis eorum obedit imperio*, ſunt verba S. Thomæ. Obedientiæ autem obiectum formale eſt præceptum: quare maximè Patris officium exercet, & meretur, qui per præcepta, & leges dirigit filios ad honeſtatem morum.

S. Thom. 2. 2. qu. 102. art. 1. in corpore.

Nauar. cap. 14. n. 4. S. Thom. loc. cit. art. 2. & qu. 104. art. 1.

Hæc autem poteſtas dirigendi alios per præcepta, & leges aliquandò reſidet in vno ſolo, & tunc ille dicitur *Pater* ſingulari numero. Sic cum Horatius de Auguſto dixiſſet,

Horat. in epiſt. ad Aug.

Cum tot ſuſtineas, & tanta negotia ſolus,
Res Italas armis tuteris, moribus ornes,
Legibus emendes:

illum eumdem alibi vocat *Patrem* inquiens

Horat. Serm. 2. Sat. 1.

---- cupidum Pater optime vires
Deficiunt.

Aliquandò ea poteſtas reſidet integra in multis, in vnam perſonam fictam conuenientibus, non tamen diuiſa per ſingulos, vt ſinguli ſunt,

& tunc omnes illi ſimul collectiuè vocantur *Patres*; ſic Liuius inquit de Romulo, *Centum creat Senatores, quos Patres vocauit*, nemo tamen illorum ſingulariter poterat dici *Pater*.

Liu. lib. 1.

Aliquid ſimile accidit Eminentiſſimis Patribus, quos cum ſingulos alloquitur, aut de ſingulis loquitur Pontifex, nominat eos *Dilectos filios*: cum autem de ijs collectiuè, & coniunctim, dicitur aliquid facere *De conſilio fratrum*.

In re autem noſtra in totam Eccleſiam, quæ eſt Monarchia, habet auctoritatem præcipiendi, & condendi leges Pontifex Romanus, & ideo ſine addito, ac ſimpliciter vocatur *Pater*, aut *Pater Patrum*, aut Græco vocabulo *Papa*; qua de re videndus eſt Bellarminus.

Bellar. de Rom. Pont. lib. 2. cap. 31.

Et quia quilibet Patriarcha, Archiepiſcopus, Epiſcopus in ſuis Partibus, Prouincijs, aut Diœceſibus habet eandem facultatem integram reſpectu ſuorũ ſubditorum, dicitur etiam *Pater*, ſed cũ aliqua diminutione iuxta eundẽ Bellarminũ.

Congregati verò in vnum Concilium dicuntur abſolutè, & ſimpliciter *Patres*, quia totum illud Concilium fit vnum ex multis, & habet hanc facultatem præcipiendi toti Eccleſiæ, inde ille modus loquendi: *Patres Nicæni*; *Concilium centum decem, & octo Patrum*; Sic in Concilio Tridentino ſalutauit Epiſcopos Cardinalis Moronus Legatus, *Reuerendiſſimi Patres ite in pace*; ergo *Patres* hic intelligi congruenter poſſunt Epiſcopi, aliique, qui in Concilio vniuerſali ius habent ſuffragii; & ſimul iuncti componunt illam perſonam fictam, in qua reſidet poteſtas, & auctoritas legis condendæ.

Deno-

Denominantur autem *ſancti* à ſanctitate, quæ in ſignificatione vulgari aliud nihil videtur, quàm gratia; per quam fit aliquis gratus Deo, vnde illa diſtinctio celeberrima Theologorum in gratiam gratis datam, cuius multas ſpecies enumerat S. Paulus inquiens: *Diuiſiones gratiarum ſunt &c.* & in gratiam gratum facientem, quæ eadem eſt ac ſanctitas; ac propterea dicitur *Gratia ſanctificans*. Eſt etiam ſanctitas quædam communis rebus inanimatis, quæ aliud nihil eſſe videtur, quàm deſtinatio ad diuinum cultum, à qua dicitur *Templum ſanctum*, de qua ſanctitate agit Abulenſis.

1. Cor. 12.

Abul. in Matth. cap. 23. qu. 108.

His tamen, alijſque plurimis prætermiſſis, quæ de huius vocis acceptione multiplici dici poſſent, hic dicuntur *Sancti* in ea notione, quam ponit Vulpianus inquiens; *Propriè dicimus Sancta, quæ nec ſacra, nec profana ſunt, ſed ſanctione quadam confirmata, vt leges ſanctæ ſunt.* Itidem Martianus ait, *Sanctum eſt, quod ab iniuria hominum defenſum, atque munitum eſt*, & ideo quia Legati ab omni iniuria debent eſſe muniti, *ſancti habentur*, inquit Pomponius. Sic omnes Epiſcopi dicuntur *Sancti*, & præſertim in Concilio ſedentes, vti adnotauit Illuſtriſſimus D. Fagnanus, ac de ijs dicit Clemens V. *Epiſcopi enim dicuntur ſanctiſſimi*, quo titulo eoſdem honorauit Iuſtinianus. Non vtique ea ſanctitate, quæ habetur per gratiam Dei ſanctificantem, & quæ facit homines gratos Deo: multi enim Epiſcopi non ſunt hac gratia, & ſanctitate ornati, ſed ea, quæ facit eos inuiolabiles ab omni iniuria; quam inuiolabilitatem deberi Epiſcopis arguit Clemens V. ex eo, quòd dican-

L. ſacra loca De rer. diuiſ.

L. Sanctum eo. tit.

L. fin. De Legat.

Fagn. in cap. Antigonus de pactis.

Clem. 1. de pœnis §. nec ſuper.

Iuſtin. In authen. coll. 9. tit. 15.

dicantur *Sanctiſſimi*. Nimis anguſta eſſet eius nominis vis, ſi non vlteriùs ſe extenderet, quàm vt inuiolabiles, & ab iniuria immunes faceret. Includit prætereà venerationem quamdam, & cultum circa perſonam Epiſcopalem; de qua veneratione diſſerunt multi Doctores allegati à Barboſa, eamque venerationem multò ampliùs merentur, quando reſident in Concilio congregati; & ea maximè in eo conſiſtit, vt eorum dicta, & decreta excipiantur cum reuerentia, & animi demiſſione, vel ad credendum, vel ad obediendum.

Barboſ. in Conc. Trid. ſeſſ. 25. de reform. c. 8. verſ. Epiſcopi.

Merentur quidem hanc nomenclaturam ſinguli, vt audiant à Fidelibus ſancti Patres ſed cum magna diminutione, & per quamdam participationem, quia ſcilicet illis non eſt promiſſus Spiritus Sanctus, vt errare non poſſint; neque tributa auctoritas, vt poſſint leges condere ipſi Eccleſiæ vniuerſales, niſi in Conciliis vniuerſaliter legitimè congregatis; quamquam etiam extra Concilium gratia, & donis repleti Spiritus Sancti ſunt Magiſtri Populorum in fide, & in moribus, vt propterea in magna debeant eſſe veneratione apud Fideles. Inde dicta ſunt *Bibliotheca ſanctorum Patrum*, illa ingentia volumina, in quibus recenſentur Scriptores Eccleſiaſtici, qui vel de rebus ad fidem ſpectantibus, vel ad mores monimenta poſteris reliquerunt ſuæ ſapientiæ.

Ceterùm à Leone IV. reprehenduntur Epiſcopi Britanniæ, quòd cauſas Eccleſiaſticas definirent ſecundùm diſpoſitiones Hieronymi, Auguſtini, aliorumque (qui certè Sancti Patres dicun-

Can. De libellis diſt. 20.

dicuntur) relictis canonibus Sanctorum Conciliorum, & Decretalibus Romanorum Pontificũ. Immo neque relata in decretum à Gratiano vim habent obligandi Eccleſiã vniuerſalem, vti videri poteſt apud auctores, quos allegat Barboſa. Non igitur iurant Epiſcopi in dicta, ſiue regulas Sanctorum Patrum extra concilia, ſed in acta, & regulas Sanctorum Patrum in Concilio congregatorum. Barb. in Proœm. Decret.

Conciliorum verò (ſubiungit Gratianus) *alia ſunt vniuerſalia, alia Prouincialia*, & in Prouincialibus recenſenda ſunt nationalia. De ſynodis Diœceſanis nihil dico, in quibus vnus tantùm ſedet Sanctus Pater Epiſcopus, quem titulum nec obtinuerunt, nec obtinere merentur Canonici, Parochi, aliique Adſiſtentes ſine vlla iuriſdictione Epiſcopali, & auctoritate condendi regulas, & Canones. Grat. d. §. Porrò.

Quæri poteſt igitur, vtrum in regulis, quas obſeruare iurat Epiſcopus, ſint etiam Canones Prouincialium Conciliorum; & videtur voluiſſe hanc quæſtionem ſoluere Gratianus, dum ſubdit, *alia celebrari auctoritate Pontificis Romani præſente videlicet Legato S. Romanæ Eccleſiæ; alia vero auctoritate Patriarchali, vel Primatum, vel Metropolitanorum eiuſdem Prouinciæ*; & ad Canones illorum videntur obligati Epiſcopi; ad Canones autem horum non obligari, & concordare videtur Symmachus Pontifex, dum ait: *Concilia Sacerdotum Eccleſiaſticis legibus quotannis decreta per Prouincias, quia præſentiam Papæ non habent, validitudinem perdiderunt*; ſed aliter vidi definitum à Leone IV. qui inter Concilia, ad quorum Canonum normam Grat. loc. cit. Can. 6. diſt. 17. Can. de libellis diſt. 20.

mam definiri debent cauſæ Epiſcopales, numerat Concilia Prouincialia Ancyranum, Neocæſarianum, aliaque, quibus, licet Prouincialibus, videtur præſidere Pontifex Romanus per ſuos Legatos. Sed neque hoc ſufficere videtur, quia nemo obligaret omnes Epiſcopos ad obſeruandos Canones Concilii Primi Mediolanenſis, in cuius fronte legitur nomen Cardinalis S. Caroli Borromæi, qui & Concilium indixit, & ei præſedit, ſeque intitulat *S. Sedis Apoſtolicæ per vniuerſam Italiam Legatum de Latere*. Vide plura apud Alphonſum de Caſtro.

Alph. de Caſtr. adu. hær. lib. 1. c. 8.

Et certè Canones Conciliorum Prouincialium præſidentibus tantùm, vel Patriarchis, vel Primatibus, vel Metropolitanis, habent auctoritatem condendi Canones perpetuos; quibus obligati videri poſſunt Succeſſores, atque ideò videtur cogendus iurare eos Epiſcopus. Sed contra eſt, quia ſic verba illa eſſent æquiuoca, nam vnus Epiſcopus in vna Prouincia ſub *Regulis Sanctorum Patrum*, intelligeret regulas Concilii ſuæ Prouinciæ, alius alterius &c.

Et verè Anteceſſores non poſſunt condere leges, quibus obligentur Succeſſores: paris enim auctoritatis ſunt iuxta Innocentium III. vnde colligit, quòd vnus in alium non habeat imperium, & ſic poteſt Succeſſor diſpenſare in lege Anteceſſoris, aut etiam abrogare, & ſi illam ſanxerit Prædeceſſor in Concilio Prouinciali poteſt Succeſſor quoque Concilium Prouinciale cogere, & contrariam condere legem. Non igitur cogendus eſt iurare acta Anteceſſoris in Concilio Prouinciali ab eo celebrato.

Cap. Innotuit de Elect.

Con-

Concilia igitur Romani Pontificis auctoritate congregata cum ſpeciali inſtructione ad aliquid decidendum pro vniuerſali Eccleſia, aut ab eodem approbata pro vniuerſali Eccleſia, poſſunt condere canones, & regulas, quæ dicuntur *Regulæ Sanctorum Patrum*: ſic multa Concilia Gallicana, & Aphricana contra Pelagium; quia congregata ſunt auctoritate Pontificis Romani per ſuos Legatos cum ſpeciali inſtructione, condiderunt nedum Canones ad morum reformationem, ſed etiam dogmata fidei, quod eſt multò plùs, ad quæ credenda, & obſeruanda tota obligatur Eccleſia; ſic etiam quotidiè in Canonizatione Sanctorum præter Eminentiſſimos Patres Purpuratos inuitantur multi Epiſcopi, & votum dicunt, & veneratio illius Sancti eſt *Canon*, ſiue *Regula Sanctorum Patrum*, & ille conſenſus, aut Conſiſtorium non eſt Concilium generale. Concilia verò quæcumque non habentia dictas conditiones, etiam præſente, & præſidente Papa, ſiue per ſe, ſiue per ſuos Legatos, non condunt huiuſmodi Canones, nec diſſimiliter dicendum eſt de multis Romanis Conciliis. Notat enim Cardinalis Baronius, conſueuiſſe congregari Romæ, etiam bis, ſingulis annis duo Concilia ex Epiſcopis Italiæ; in quibus vel nulli condebantur Canones, ſed ſolùm iudicabantur cauſæ Epiſcoporum, vel condebantur pro ſola Italia, quamuis iis præſens eſſet Romanus Pontifex, nō vti Papa totius Eccleſiæ, ſed vti Primas Italiæ. Hinc ſoluitur quæſtio, quam mouet Syluester; ad cuius quæſtionis ſolutionem opinor Concilia Generalia legitima habe-

Baron. ann. 447. nu. 15

Sylu. verb. Concilium numer. 10.

re auctoritatem ordinariam in totā Eccleſiam; Concilia verò Prouincialia ſub Patriarcha, ſub Primate, ſub Archiepiſcopo in ſuam Prouinciam: eadem Concilia Prouincialia præſidente Legato Apoſtolico cum ſpeciali inſtructione, & ſequuta approbatione poſſe habere delegatam in totam Eccleſiam. Videri plura poſſunt apud Theologos in tractatu de Legibus, & apud Controuerſiſtas, & Canoniſtas de Conciliis.

Quæri hic poſſet, quando cenſeantur Epiſcopi facere contra hoc iuramentum. Sed ea decidenda eſt in principiis vniuerſalibus, quando quis cenſeatur facere contra leges.

VOTVM
D. Michaelis Angeli Riccij.

SAnctorum Patrum Regulas, quas Epiſcopi electi ſanctiſſimè iurant ſe obſeruaturos, cenſeo ſic accipiendas eſſe, vt complectantur omnia tum ad fidem, & mores, tum ad Eccleſiaſticam diſciplinam pertinentia, quibus Eccleſia regitur quaſi legibus quibuſdam, ſiue ſcriptis, ſiue non ſcriptis; nam *Regula à regendo dicta eſt* iuxta Iſidorum.

Can. Regula diſt. 3.

Eccleſia verò, vt ait S. Auguſtinus, Epiſcopos *Patres* appellat, quia prædicando, & docendo gignunt filios verbo veritatis: Ijdemque in fide, & communione Catholica permanentes, dum viuerent, & fideliter in Christo mortui,

S. Aug. in Pſal. 44. & refertur in Can. vlt. diſt. 68.

tui, vocantur Sancti, quemadmodum Vincentius Lirinenſis expoſuit.

Vinc. Lirin. in Common, primo ſub finem.

Itaque Sancti Patres ijdem ſunt, qui Orthodoxi Patres; de quibus conſecrator Epiſcopus ordinandum interrogat. *Vis traditiones Orthodoxorum Patrum, ac Decretales Sanctæ, & Apoſtolicæ Sedis Conſtitutiones veneràter ſuſcipere, docere, ac ſeruare?*

Et animaduertendum puto, Epiſcopum in iuramento quidem polliceri, *Regulas Sanctorum Patrum, Decreta, Ordinationes &c. & mandata Apoſtolica obſeruare*: In examine verò; *Traditiones Orthodoxorum Patrum, ac Decretales, & Apoſtolicas Conſtitutiones docere, ac ſeruare*. Ex quibus non obſcurè intelligitur, *Decretales, Apoſtolicaſque Conſtitutiones*, idem eſſe ac *Decreta Ordinationeſque Apoſtolicas*; & *Orthodoxorum Patrum Traditiones* idem ac *Sanctorum Patrum Regulas*; quæ à Maioribus noſtris, quaſi per manus acceptæ, meritò *Traditiones* vocantur.

Huc facit Epiſtola Leonis I. ad Synodum Chalcedone habitam, vbi canones Nicænos, æquè appellat *Sanctorum Patrum Regulas, atque paternas traditiones*; earumque ſe cuſtodem eſſe profitetur. Et Synodus ipſa confirmatura canones Nicænos, Ancyranos, Gangrenſes &c. *Regulas Sanctorum Patrum* (inquit) *per ſingula nunc vſque Concilia conſtitutas, proprium robur obtinere decreuimus.*

Conc. Chalced. can. 1.

Verùm non ſoli Conciliorum canones *Regulæ Sanctorum Patrum* dicendi ſunt; ſed etiam fidei dogmata, quæ credenda Fidelibus proponuntur, & conſuetudines, quæ mores, & diſciplinam reſpiciunt.

Romanus enim Pontifex Agapetus ſcribens

Iuſtiniano Auguſto, qui Edictum, ſeu Libellum fidei exhibuerat, dicit, ſe *illud laudare, & amplecti; non quia laicis auctoritatem prædicationis admittamus* (Agapeti verba ſunt) *ſed quia ſtudiũ fidei veſtræ PATRVM REGVLIS conueniens, confirmamus, atque roboramus; prædicantes huiuſmodi fidẽ omnibus PATRVM NOSTRORVM REGVLIS conuenire, & Apoſtolicæ Sedis concordare dogmatibus*. Vbi Agapetus cõtineri ea, quæ de fide ſunt, *Regulis Patrũ* ait.

Baron. ann. 869. Porrò in Romanum Pontificem promouendus, vt apud Baronium legimus, nominatim profitebatur, tum ſequi, ac tenere, quæ de moribus, & diſciplina Patres in Concilijs ſtatuerant, tum fidei dogmata tenere, & prædicare. Quo vinculo temerè liberaremus Epiſcopos, quando eo videmus aſtrictos fuiſſe Romanos ipſos Pontifices.

Iuo Epiſt. 60. & 71. Eadem ratio eſt de conſuetudinibus. Nam Summus Pontifex, teſte Iuone, antequam conſecraretur, conſuetudines Romanæ Eccleſiæ, & decreta Prædeceſſorum ſuorum ſe inuiolabiliter ſeruaturum profitebatur. His conſuetudinibus cùm regatur Eccleſia ſecundùm Auguſtinum, & Iuſtinianum, Epiſcopus illas ſeruaturum ſe iuret, oportet; quas demum pro *Regulis Sanctorum Patrum* habendas eſſe ſatis ex Auguſtino colligitur.

Vide Can. illa, & Can. Diuturni, diſt. 11.

S. Aug. relatus in d. can. illa.

Rursùs ſententiam meam eo potiſſimùm confirmari arbitror, quod in Eccleſia Dei, non vnam fuiſſe lego formulam huiuſmodi iuramenti. Ceteris antiquior ſolam fidei Catholicæ promiſſionem continebat, reuerentiæ Superioribus, & obedientiæ canonicis regulis, & inſtitutis.

Gre-

Gregorius Nazianzenus ad fidei profeſſionē, ac tuitionem, ad morum ſanctimoniam, & ad officij Eccleſiaſtici ſedulam adminiſtrationem ſeſe iureiurando obſtrinxit, & de non obtenta ambitiosè, vel obtinenda Sede Pontificia cautionem præſtitit. Et Bonifacius Epiſcopus Moguntinus Romæ Gregorio II. Romano Pontifici iuſiurandum præſtitit; quod extat apud Sirmondum, eoque promittit, *nullo modo contra vnitatem communis, & vniuerſalis Eccleſiæ ſuadente quopiam conſentire, ſed exhibere omnem fidem, & puritatem ſanctæ fidei Catholicæ, atque concurſum pariter B. Petro, Gregorio, & Succeſſoribus eius; & vtilitatibus Eccleſiæ*. Deindè ſubdit. *Sed & ſi cognouero Antiſtites contra inſtituta antiqua Sanctorum Patrum conuerſari, cum eis nullam habere communionem, aut coniunctionem: ſed magis, ſi valuero prohibere, prohibebo: ſin minus fideliter ſtatim Domno meo Apoſtolico renunciabo*. Videtur etiam Concilium Toletanum XI. relatum à Gratiano.

Greg. Naz. carm. 17.

Sirmond. To. 1. Conc. Gall. pag. 512.

Conc. Tolet. XI. can. 10. *Gratian.* in can. Quanquam diſt. 23.

Alia iuriſiurandi formula minùs antiqua conſtat ex ſeptem, vt ita dicam, articulis, quorum tres priores ex Feudis deſumpti nil canonici iuris habent: quartus ait: *Papatum S. Romanæ Eccleſiæ, & Regalia S. Petri adiutor ero ad defendendum*, vt eſt in Concilio Romano ſub Gregorio VII. idemque habebat antiqua, & vera lectio *Cap. Ego de iureiurando*, vt Antonius Auguſtinus obſeruat, alijſque viris erudititiſſimis placet: Vel *Papatum Romanum, honores, dignitates, & rationes Apoſtolicæ Sedis*, vt legitur in Geſtis Innocentij III. editis à Boſqueto.

Vide lib. 2. Feud. Tit. 6. & 7.

Ant. Aug. in prim. coll. Decret. Tit. de Elect. nu. 10.

Boſq. in Geſt. Innoc. III. pag. 64.

Reliqui tres articuli pertinent ad vocationem

Epiſcoporum ad Synodum, Legatorum Apoſtolicorum ſuſceptionem, & viſitationem Liminum S. Petri. Itaque ne verbum quidem in toto hoc iuramento de Regulis Sanctorum Patrum, & cuſtodia Canonum.

Ex duabus hiſce formulis conflata videtur ea, qua vtitur hodie Sedes Apoſtolica; quæ minùs formulæ nouiſſimæ addidit, *Regulas Sanctorũ Patrum, Decreta, &c.* vt complecteretur, quæ ad fidem, moreſque, & diſciplinam pertinentia antiquior formula continebat. Paſchalis enim II. ait, *hoc iuramentum requiri pro fide, pro obedientia, pro vnitate*; cui vnitati ſchiſma, & hæreſis opponuntur.

Paſchal. II. apud Ant. Aug. loc. cit. num. 21.

Ne verò Epiſcopis ſcrupulum inijcere dicar tam ampla canonum, & conſuetudinum obſeruandarum promiſſione, addo eundẽ Paſchalem apud Antonium Auguſtinum affirmare, *nihil in hoc iuramento, quod Summi Pontifices exigunt, difficile appoſitum eſſe, quod non etiam præter exactionem noſtram* (ſunt verba Paſchalis) *debeat ab Epiſcopis obſeruari, qui ſub Apoſtoli Petri, & Pauli, obedientia decreuerint & vnitate perſiſtere.* Quæ verba Romani Pontificis valde leuare poſſunt Illuſtriſſimum Epiſcopum Præmislienſem ſolicitum de ſenſu, & obligatione illorum verborum in iuramento *Regulas Sanctorum Patrum obſeruabo*. Ita cenſeo, ſaluo &c.

Ant. Aug. loc. cit. nu. 21.

DE

DE BENEDICTIONE DIACONALI.

CVm dubitatio, quæ præteritis agitabatur annis, non populari, vt aiunt, trutina, ſed Aurificis ſtatera ſit modò examinanda: An ſcilicet Cardinalis Diaconus ſolemniter in ſua Diaconia benedicere poſſit (quamuis ea, quæ more ſuo, quaque Eccleſiaſtica ſummoperè pollet eruditione, in medium attulerit Eminentiſſimus D. meus Cardinalis Albicius, ſatis ſuperque ſufficerent ad deliberationem) nihilominùs, vt noſtram rectiùs in ancipiti cogitatione ſententiam in Sacra Rituum Congregatione proferre valeremus; aliqua duximus præmonſtranda, vt ijs lumen afferamus, quibus vetus Romanæ Eccleſiæ contraria conſuetudo (teſtantibus ſacrarum Magiſtris cœrimoniarum, qui, vt ait Vgonius, *Ordinarium Pontificum nō aliter, quàm libros Sybillinos priſca Religio ſeruant*) aliquid tenebrarum, & veluti nebulam quandam offuderat. Vgon. de Præſtan. Patriar. inter Tractatus tit. 13 par. 2.

Antiquum in Eccleſia nedum Benedictionum vſus locum obtinuit, ſed quaſi naturaliter inſitus ante leges, etiam à Moyſe promulgatas, iam exceptus; vt cuncti, qui ſacrarum literarum lectioni dederunt operam, & agnoſcere, & profiteri poterunt; ſed cum ampliſſimis gaudeat

deat limitibus vocis ipſius ſignificatio, adeòque non minùs profana, quàm ſacra ditione fruatur, vt præſenti ſeruiamus argumento, in primis contrahenda ſunt vela.

Et quidèm omnem huius vocabuli vim vna complexa eſt nota locutio Græca, *εὐλογίας* ſcilicet, quæ latè etiam patet, adeo vt non ſolùm benedictio hac voce ſignificetur, ſed etiam Beneprecatio, vt ita dicam, conſecratio, & ſanctificatio, vt apud Lexicographos, & præſertim Henricum Stephanum eſt videre, & apud noſtrum Latinium in epiſtola Turriani ad illum, & reſponſionibus latè. Hinc apud noſtros pariter vſurpata diuerſimodè vox ipſa *Benedictio* reperitur, varijſque addicta vſibus, & acceptionibus, quas cumulatè, valdeque eruditè ad rem noſtram Quartus complexus eſt poſt Turrianum, Latinium, ac alios.

Henr. Steph. in Theſaur. to. 2. pag. 633.

Latin. p. 1. Epiſt.

Quart. in Tract. de Bened. tit. 1. de Bened. in genere, dub. 2. *Turrian.* & *Latin.* loc. cit.

Vt tamen noſtræ deſeruiamus theſi, prænotandum erit, duo reperiri Benedictionum genera: alterum *Conſtitutiuum*, *Inuocatiuum* alterum; non enim loqui volumus de conſecratiuo, quod vocant *Conſtituens*, in quo ſacra interuenit vnctio iuxta celebrem diſtinctionem Caietani, Nauarræ, & Laymani, quos refert, & ſequitur Quartus, & nouiſſimè docuit Bona-Gratia.

Caiet. 2. 2. qu. 88 ar. 1. *Nauar.* in Com. de Spolijs cler. §. 18. nu. 9. *Laym.* l. 4. tr. 9. c. 13. *Quart.* loc. cit.

Bona-Grat. in Summ. qq. Regul. verb. *Benedicere* numer. 56.

Conſtitutiuum, inquam, quo res, quæ benedicitur, in ſacro conſtituitur eſſe, ita vt talis poſtmodum non deſinat vnquam eſſe, tanquam ad ſacrificij, & Sacramentorum miniſterium deſtinata, cum ad profanos redire vſus nequeat ampliùs.

Inuocatiuum è contra non præbet rebus be-

nedictis

nedictis aliquo modo ſacrum eſſe; ſed tantùm operatur, quòd Fideles valeant illis vti abſque periculo incurſus dæmonum, & frequenter cum merito, ſi res erunt; e. g. cum domus, aut res comeſtibiles benedicuntur (quam benedictionem, vt paululùm digrediamur, adeò magnifaciebant Catholici, vt ſicut de benedictionibus hæreticorum ait S. Gregorius Turonenſis, & ex eo Baronius, de cibis ab hæreticis benedictis nemo eorum participaret) & Eutychianus Pontifex, *A Sacerdotibus*, inquit, *benedicantur, & per ſimplicem benedictionem benedicta demum à Populis ſumantur*. Ad quod etiam videndum Concilium Moguntinum Quartum. Si autem perſonarum erit, huius forma benedictionis mutuari poteſt à ſacris paginis, in quibus Dominus ait: *ſic benedicetis filijs Iſraël, & dicetis eis. Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te*; & inferiùs, *Inuocabuntque nomen meum ſuper filios Iſraël, & ego benedicam eis*: & Turrianus ex Græca ἐντυχία implorationem etiam diuini auxilij huic accommodat. Vide etiam Bonartium.

S. Greg. Turon. l. 5. de Glor. Mart. c. 80.

Baron. ann. 583. pag. 604. To 7.

Eutych. ad Ioan. & Epiſcopos Beticæ.

Conc. Mogunt. IV. can. 39.

Num. cap. 23.

Turrian. in Apoſt. Conſt. lib. 8. c. 29.

Bonart. de Miſſ. lib. 2. c. 34. num. 5.

Ex quibus addendum videtur tertium Benedictionis genus, ex inuocatione videlicet, & precatione mixtum, quod iudicio Michaelis Hittorpij D. Auguſtinus vocat *Interpellationem*, & alibi ait: *Quia benedictio licèt per hominem, non tamen ab homine datur*; & D. Chryſoſtomus εὐχῆς χάρισμα *Precum donum* appellare videtur apud Creſolium. Hæc enim neque conſtitutiua eſt, vt prima, neque tantùm inuocatiua, ſed iungit, vt ſit perfecta, preces ad Dominum, vt ipſe loco Hierarchici miniſtri benedicat, à quo omnis

Hittorp. de Miſſ. ordin.

D. Aug. ep. 5. qu. 5.

D. Aug. in ſerm. de Orat. intra Eccleſ.

Creſol. lib. 1. Myſtag. c. 19.

benedictio: cunctaque verificari videntur in ſolemni poſt Miſſæ ſacrificium, & ante populi diſceſſum benedictione illis verbis: *Sit nomen Domini &c.* Et eadem vſus eſt diſtinctione Sylueſter, rerum videlicet, & perſonarum; & hanc inter ſolemnem, & ſimplicem diſtinxit.

Sylu. Verb. Benedictio n. 1.

Diſcutiendum tertiò in præmonſtrationibus erit: An huiuſmodi ſolemnes benedictiones, de quibus loquimur, ſint Ordinis, vel iuriſdictionis. Ex hac ſiquidem reſolutione multa oriri poterunt, quæ ad noſtram apprimè faciunt controuerſiam. Illæ quippè, quæ ex vi ordinis Epiſcopalis competunt, nequeunt etiam per longiſſimam conſuetudinem, vt conſiderat Sylueſter poſt Panormitanum, ab inferioribus vſurpari iuxta decretum Innocentij III. vt ſunt ea, in quibus ſacra adhibetur vnctio, & ſimilia, de quibus loquuntur Doctores, veluti ordinare, Chriſma conficere, altaria conſecrare &c. quæ non ſunt, niſi à Summo Pontifice, inferioribus delegabilia.

Sylu. loc. cit. num. 2. *Panorm.* in Cap. Accedentibus de exceſſ. Prælat.

Cap. *Quanto* & ibi DD. de conſuet.
DD. in cap. Aqua de Conſecr. Eccleſ. & in Cã. Quamuis 68. diſt.

Secùs ea, quæ à iuriſdictione profluunt, vel ſunt Epiſcopalis dignitatis, vt publicas pœnitentias imponere, indulgentias elargiri, & ſimilia, quæ etiam non ſacerdos iuxta Doctorum ſententiam concedere poteſt. Sunt enim non propriæ, ſed reducibiles ad Epiſcopalem Ordinem, vt etiam veſtium benedictiones, quæ ſunt ab inferioris ordinis Myſtis præſcriptibiles, vt dicebam.

DD. in d. cap. Accedentibus.

Vnde licèt in multis Concilijs permiſſum neutiquam fuit Sacerdotibus hanc liturgicam benedictionẽ elargiri, vt in Cõcilio Agathẽſi II. ſub

Conc. Agat. II. can. 44.

ſub Symmacho anno 506. apud Sirmondum. ibi, *Benedictionem ſuper Plebem in Eccleſia fundere, aut pœnitentem in Eccleſia benedicere Presbytero penitùs non licebit*: nihilominùs ſubaudiendum erit, *Epiſcopis præſentibus*. Quia communis Eccleſiæ vſus Epiſcopis non præſentibus id Presbyteris permiſit, tàm ante, quàm poſt Agathenſe Concilium vt videtur ex Concilio Regenſi anno 439. apud eumdem Sirmondum, & ex Concilio Aurelianenſi Primo: & quod hæ ſint iuriſdictionis, & non Ordinationis aſſeruerunt Poſſeuinus, & Niger apud Quartum, & Baſſæus, qui ait hanc opinionem ex praxi multorum Epiſcoporum confirmatam: quidquid D. Fagnanus fragili admodùm authoritate Nicolai Dionyſij fretus in contrarium dixerit, nempe, qùòd ſit ordinis.

Sirmon. To. 1. Conc. Gall. pag. 170.

Conc. Regen. c. 5.

Sirm. loc. cit. pag. 68. *Conc. Aurel*. 1. c. 26. & habetur in *Can. Cum ad celebrandas de Conſecr. diſt*. 1.

Quart. in Rubr. Miſſal. p. 2. tit. 1. ſeſſ. 4. dub. 5. *Baſſ*. in florib. verb. Benedictio n. 5.

Fagn. in cap. Vel non eſt compoſ. de Temp. ordin. num. 38.

Multò magis præſcriptibiles erunt Benedictiones deprecatiuæ, vel perſonarum (de quibus ſupra cum Syluestro) & quæ vim aliquam impetrandi ea, quæ præſumuntur, habent ex dignitate, vel operantis fide.

Quartò demum inter præmonſtranda expendendam duximus controuerſiam: An Diaconatus ſit Ordinis Hierarchici, & ita vero Chriſti corpori in miniſterio ſubordinatus, & coniunctus, vt in liturgicis functionibus ſit neceſſarius.

Et quidem affirmatiuæ ſubſcribendū eſt ſententiæ Bellarmini, qui doctiſſimè id probat, & rationibus, & SS. Patrum authoritate, illos per manus impoſitionem, ſiue Grçcè χειροτονίᾳ electos demonſtrans, vti Ordinis Hierarchici, non au-

Bellarm. de Cler. l. 1. cap. 11. & 13. & in Reſponſ. ad Kemnit.

tem vti menſarum adminiſtratores.

Non enim moratur me in præſens quæſtio: An illius Ordinis character imprimatur in manus impoſitione, cum dicitur ab Ordinante: *Accipe Spiritum ſanctum*: An in libri Euangeliorum traditione: An tandem in vtriuſque actus conſummatione. De qua re videndi ſunt S. Thomas, Vaſquez, & latè Kelliſonus, & Arcudius, qui Græcos per manus tantùm impoſitionem Diaconos ordinari ait, ac tandem diſſertiſſimè Morinus vltra Canoniſtas.

S. Thom. in 4. diſt. 24. q. 2. ar. 3. ad 5. *Vaſq.* diſp. 238. c. 4. *Kelliſ.* in 3. par. 10. 2. qu. 37. dub. 2. art. 3. *Arcud.* de Sacr. Ord.

Morin. de Sacr. Ordin. p. 3. exerc. 9. qu. 3. *Canoniſtæ* in cap Presbyter de Sacr. Miniſter.

Bellar. loc. cit.

Vt igitur redeamus ad propoſitũ ſchema ex eodem Bellarmino, cũ de ipſorum adminiſtratione Euchariſtiæ, & munere prædicandi diſſeruit, fundamentum in ipſis Diaconibus reperiri certum eſt omnium ſacerdotalium munerum, præterquã Corporis Chriſti conſecrationis, ibi: *Tertiò Diaconorum erat &c.* & neceſſariò deducitur ex Concilio Carthaginenſi IV. vbi Diaconus præſente etiam Presbytero Euchariſtiam diſpenſabat, quod aduertit Hugo Menardus, & id fortaſsè tam Optato anſam præbuit, quàm alijs Patribus in tertio gradu Sacerdotij Diaconos conſtituendi. Eidem Bellarmino concinunt Hallier, Pighius, Valentia, & Cellotius, qui probat contra Hallierem, Diaconis non extra Ordinem commiſſa officia, ſcilicet prædicandi Euangelium, baptizandi, Corpus Chriſti diſtribuendi &c. ſed per ſe tanquam miniſtris ad ea deſtinatis, conſecratiſque. Petauius doctiſſimè etiam ſe ſubſcribit, & eleganter Creſolius, & Beyer, qui reſpondet, authoritati S. Clementis, & Kelliſonus aſſerit, Diaconatum eſſe Sacra-

Conc. Carthag. can. 38.

Menard. in Not. ad Regul. Monac. c. 69. *Optat.* lib. 1. con. Parmen.

Hallier. De Ecclef. Hierar. l. 3. ar. 3. §. 2. & 3. & de Sac. Elect. & Ordin. ar. 2. §. 4. num. 10. & ſeqq *Pighius* de Hier. Eccleſ. l. 2. c. 4 *Valent.* diſp. 9. qu. 1. pun. 2. & 3. to. 4. *Cellot.* de Hierar. Ordin. l. 6. c. 13.

Petau. de Eccleſ. Hier. lib 3. c. 5: in fin: & cap. 8. nu. 18. *Creſol.* l. 1. Myſtag. c. 19.

Beyer de Hier. Eccleſ. c. 8.

Kelliſ. loc. cit. dub. 3. & 4.

cra-

cramentum à Chriſto Domino inſtitutum ex
communi ſententia: item Vaſquez, Enriquez, *Vaſq.* d. diſp. 238. *Enriq.* in ſumm. l. 10. c. 8.
& Arcudius, qui rationem reddit, cur in Car- *Arcud.* de Sac. Ord. c. 4.
dinalium Collegio non reperiantur Subdiaco-
ni; quia ſcilicet tãtùm Ordinibus Hierarchicis,
& inſignibus exornantur. Adde Morinum *Morin.* de Sacr. Ordin. p. 3. c. 6. exerc. 11. pag. 213.
multa ad hoc eruditiſſime congerentem.

Hinc apud Græcos, Diaconis & Sacerdoti-
bus intra Sanctuarium Ordo confertur, ceteris
autem extra iuxta Simeonẽ Theſſalonicẽſem, *Sim. Theſſal.* De Sacr. Ordinat. in princ.
qui Ordinationem Sacerdotis, & Diaconi vo-
cat *Eximiam*; & idem Cellotius, examinans San- *Cellot.* l. c. lib. 6. c. 23. § 2.
cti Cypriani epiſtolam animaduertit, in Diaco- *S. Cyprian.* epiſt. 13.
no miniſterium reconciliationis, & liberandi
ab excommunicatione. Facit etiã ad hoc Con- *Conc. Illib.* can. 77.
cilium Illiberitanum, ex quo Diaconi ſubire te-
nebantur curam populorum, & non in menſis,
vt Tellez poſtremus commentator id ex ſubſe-
quentibus Concilijs probat.

Huic tandem aſſertioni ſupremam appo-
nat manum erudita Baronii animaduerſio de *Baron.* to. 8. ann. 604.
Gordiani patris ſancti Gregorij Diaconi Re-
gionarij habitu ex Ioanne Diacono. Is enim, li- *Io: Diac.* in Vit. S. Gregor. l. 4. c. 85.
cèt Diaconus, ſacris iiſdem vtebatur veſtibus ac
Pontifex, Pallio excepto, Dalmatica ſcilicet
cum Planeta. Non ignoramus tamen hunc ha-
bitum Diaconorum S R.E. peculiarem fuiſſe in
ſignum excellentiæ, nec aliis aliarum Eccle-
ſiarum, ex Pontificis benignitate, permiſſum,
vt habetur ex eodem S. Gregorio, ſed hoc in- *S. Greg.* ep. 18. indict. 1. lib. 7. ad Io: Epiſc. Syracuſ.
fluit in commendationem, & præſtantiam no-
ſtrorum Diaconorum. Vnde dignitas Diaco-
natus tàm ab intrinſeco, quàm ab extrinſeco ſa-

tis

tis teſtatà apparet, & coniunctio miniſterii ſimiliter maxima cum ſacerdotibus, vt inde Hierarchici Ordinis communicatio argui ſummoperè valeat.

His ita communi Scriptorum conſenſu firmatis aſſero: In Diaconibus, præcipuè S. R. E. Cardinalibus, tale reperiri Hierarchicum fundamentum, vt quamuis ſui Ordinis iure nequeant ſolemniter populo benedicere (vt Presbyteri præſentibus Epiſcopis) ex vi tamen Pontificiæ delegationis ad id faciẽdum nulla Ordinis reſiſtentia, imò ſumma cum aptitudine ſint idonei. Cumque ſermo nobis ſit de S. R. E. Cardinalibus Diaconis ex eiuſdem Eccleſiaſtica dignitate facultatem hanc rectè ſuſcipere, & expetere poſſe, vbi iuriſdictionem exercent.

Tota hæc noſtræ aſſertionis complexio licèt ex ſupra deductis facillimè confirmari poſſit, attamen poſtremum fauorabilem calculum Recentiorum addamus, vt firmior ab extrinſeco cognoſcatur; Hanc enim eamdem inierunt diſtinctionem Hallier, & Beyer. Itidem Reuerẽdiſſimi & pariter eruditiſſimi DD. Archiepiſcopus Tarſenſis, & Petrus Franciſcus de Rubeis experientia, & doctrina conſpicuus in omnibus Eccleſiaſticis, quibus fungitur, muneribus, & Dominicus Magrus noſter, in eorum luculentiſſimis de hac re Diſſertationibus, quas vidimus libentiſſimè. At tandem illam ab intrinſeco roboremus.

Hallier. de Eccleſ. Hier. l. 3, ar. 3. §. 3. *Beyer* de Hierar. Eccleſ. qu. 6. c. 8.

Et primò: Nam cum ex probatis benedictio hæc licet ſolemnis non ſit ordinis Epiſcopalis, ſed iuriſdictionis, conſentaneum valde eſt

ex

ex Gloſſa, vt, vbi Diaconi iuriſdictionem exercent, illam in præſentes effundant. In eorum ſiquidem Diaconia Cardinales locum obtinent Pontificis, exercentque ordinariam in ſubditos iuriſdictionem beneficia conferentes, &c.

Gloſſ. in *cap.* Præcipimus diſt. 93. verb. *Tunc. Sexta Synod.* can. 7.

Secundò, quia ex communi ſententia tam apud Græcos, quàm apud noſtros Latinos materia, & forma Diaconatus in manus impoſitione, & in orationibus χειροτονίας coniunctis conſiſtunt, vt poſt ceteros Morinus comprobat, & expreſsè ijs, cum ordinantur, Spiritus Sanctus traditur verbis illis. *Accipe Spiritum ſanctum.* Et inferiùs; *Emitte in eos quæſumus Domine Spiritum ſanctum, quo in opus miniſterij tui fideliter exequendi ſeptiformis gratiæ tuæ munere roborentur &c.* ſatis conſequenter argui debet, vt alijs impartiri valeant per ſolemnem benedictionem (qua virtutē Sancti Spiritus populo deprecantur) quod ipſi in eorum ordinationibus receperunt. Cui conſonat benedictio in Armena Liturgia S. Iacobi Apoſtoli, & in Offitio diuino Armeno Օրհնեալք եղերուք 'ի շնորհաց սբ̄ հոգւոյն. *Benedicti eſtote à gratijs Sancti Spiritus.*

Morin. l. 2. c. 2. num. 4. de Sacr. elect.

Tertiò euincitur à fortiori. Siquidem Diaconus S.R.E. Cardinalis in Ordinatione, ſi tamē Sacerdotio inſignitus reperiatur (vt plerumque contingit) clericalem tonſuram, cæteroſque minores Ordines in ſua Diaconia conferre validè poterit, vt probant Cardinalis Tuſchus, & Zecchius poſt Oſtienſem, & Ioannem Andream, & Sauſſay ex Septima Synodo. Et quidem nullam aliam ob rationem; niſi quia in illo fundamentum reperitur Sacerdotij.. Cur igitur Diaconis,

Tuſc. verb. Cardinalis concl. 100. nu. 50. *Zecch.* de Rep. Eccleſ. De ſtatu Illuſt. Cardd. ſub nu. 9 verſ. *ſecundo deueniendo. Oſtien.* & *Io. Andr.* in cap. 1 de ſuppl. negl. Prælat. *Sauſſ.* in Panopl. Cleric. p. 1. c. 5. lib. 4. pag 165. *Sept. Synod.* can. 14.

conis, in quibus ex probatis fundamentum inuenitur benedictionis actiuæ, erit id denegandum? qua eadem ratione à priori probant Petrus de Paludano, & ex eo D. Antoninus exercitium in Diaconibus prædicandi, non quòd ex Ordine hanc habeant authoritatem, ſed ſolùm habilitatem, & ſic ſoli Diacono, non alijs inferiorum Ordinum committi poteſt.

D. Anton. in ſum. tit. 14. c. 16. §. 9.

Poſtremò ex S. R. E. praxi fundamentum hoc in ipſis Diaconis comprobatur; tùm ex ijs, quæ de S. Gordiani habitu ſupra deduximus; tùm ex eo, quod ex vetuſtiſſimo Ordine Romano adnotauit Gretſerus circa ritum cerei benedicendi in Forenſibus Ciuitatibus, vt legitur, vbi agens poſtea de Romana vrbe addit. *Nam in Catholica Eccleſia infrà ciuitatem Romanam non ſic benedicitur, ſed manè primo Sabatho Sancto venit Archidiaconus in Eccleſiam, & fundit ceram in vas mundum maius; & miſcitat ibidem oleum, & benedicit ceram, & ex ea fundit ſimilitudinem Agnorum, & ſeruat eos in loco mundo &c.* vbi, vti apparet, non eſt ſermo de Cereo Paſchali, ſed de Agnis benedictis, qui ab Archidiacono benedicebantur, & diſtribuebantur in Dominica poſt Albas.

Gretſ. de Bened. l. 2. c. 34. *Ord. Rom.* Tit. de Sabatho Sancto.

Inſuper nam ex Romanæ Eccleſiæ Diaconis, & Apocriſarij apud Imperatores ſemper, & Legati in Conciliis Generalibus plerumque eligebantur, qui neceſſariò facultatem hanc benedicendi etiam coram Epiſcopis obtinebant, vt ex hiſtoria Eccleſiaſtica dignoſci poteſt, & ſubſequẽtibus temporibus vſque ad præſens in Legatis à Pontificis latere tranſmiſſis aſpicimus. Vnde nil mirum, ſi, vt notat Pater Lupus, ex Ioan-

Lup. in Conc. Nicen. can. 18.

Ioanne Diacono, potiùs Romæ Diaconi officio, quàm alibi Epiſcopi dignitate contenti erant. Et ſic, cum huiuſmodi Benedictiones ad Sacramenta non pertineant, ſed potius ad Sacramentalia, vt docet Suarez, non repugnat, quin conſuetudo multùm in ijs valeat.

Io: Diacon. in Vit. S. Greg. l. 3. c. 7.

Suar. tom. 4. de Relig. l. 2. c. 30. nu. 1. in fine.

Ex quibus omnibus nihil obſtare videntur ea, quæ ex aduerſo adducebantur tam ex Sancto Clemente, quàm ex Innocentio III. & alijs quòd ſcilicet Diaconi non benedicant, ſed benedictionem à Presbitero, vel ab Epiſcopo accipiant; id enim vltrò concedimus: explicandi ſiquidem ſunt, quòd loquantur de Diaconali facultate ex ſui miniſterij natura καὶ ἐξουσία; ſecùs autem, quando ex Pontificis delegatione id muneris aſſecuti fuerint.

S. Clem l. 8. conſt. Apoſt. cap. 28. *Innoc. III.* de myſt. miſſ. c. 38.

Et ita in Sacra Rituum Congregatione die 15. Septembris 1668. reſolutum fuit, adituſque ſuppliciter Fel. Recor. SS. D. Clemens IX. pro confirmatione, is benigniſſimè, ampliſſimèque conceſſit, ita vt primus poſt Decretum in ſua S. Euſtachii Diaconia, 20. die eiuſdem menſis Eminentiſſimus Azzolinus, dũ Sacroſancto aſſiſteret Sacrificio, populo frequentiſſimo benedixerit.

Huiuſce difficultatis quæſtio extorſit ſimul, ac extulit plurimorum ingenia, adeo vt non defuerint concedentes non ſolùm ex aptitudine, ac diſpenſatione, verùm etiam ex officio in Diaconis benedicendi poteſtatem. Quamobrem ſapientibus viris non iniucundum fore arbitrati ſumus, hac de re addere ſtudioſam noſtri Magri diſceptationem, & eruditum eiuſdem examen, vt faciliùs veritatis lumen quiſquis aucupetur.

D. DOMINICI MAGRI Eulogiologium Diaconale.

AMPLISSIMVS Cardinalis Albitius, qui non ſolùm Romanam Curiam eruditionis ſuæ fama, ſed omnes longè poſitas nationes mirificè commouet, in locupletiſſimo, doctiſſimoque tractatu *de Iuriſdictione Cardinalium in ſuis Titulis*, docet, Cardinales Diaconos poſſe ſolemniter populum benedicere, quam quidem doctrinam ſatis, ſuperque comprobatam tamquam magnæ mentis prolem venerari potiùs, quàm corroborare his meis rationibus auſus ſum, ne videar noctuas Athenas deferre. Perfuſus igitur eius radijs, quod ingenio meo aſſequi nèqueo, eius doctrinæ beneficio fretus incaleſcam.

Quanta fuerit in Eccleſia tàm Latina, quàm Græca Diaconorum auctoritas, & excellentia luce meridiana clarius eſt ſacrorum Rituum peritis, vt ex Oecumenicis Concilijs, ſacriſque Canonibus manifeſtè conſtat; nil igitur mirum eſt, ſi Archidiaconi noluerint Sacerdotio initiari, vt ex Sancto Gregorio habemus, qui acriter reprehendit Epiſcopum Salonitanum cogentem ſuum Archidiaconum ad ſuſcipiendum Ordinem Sacerdotalem; quare Epiſcopis per S. Greg. lib. 2. epiſt. 15. Dalmatiam ſcripſit in hæc verba. *Præfatum Archidiaconem, vt dicitur, contra morem ad fortiorem honorem prouehens, conatus eſt callidè degradare.* Quanti

ti fecerit Diaconos S. Ignatius Martyr, Apoſtolorum diſcipulus, ex eius epiſtolis ſatis ſuperque colligitur. Scribit enim ad Epheſios in hæc verba. *Enitimini, Chariſſimi, ſubiecti eſſe Epiſcopo, & Presbyteris, & Diaconis; Qui enim his obedit, obedit Chriſto, qui eos conſtituit*. Hinc Zonaras Diacones appellare non eſt veritus χειρῶν τύπον, quia ad ſimilitudinem manus non ſolùm in Eccleſiæ theſauros; ſed etiam circa ſacrum altare, diuinaque miniſteria munus præſtabant; quod de Diaconibus Romanæ Eccleſiæ magis, ac magis aſſerendum eſt, quibus ſolis, & Meſſanenſibus ex priuilegio ſpeciali Compagis vti licebat in ſacris ex Diuo Gregorio, & ego fuſiùs in mea Notitia *V. Compagi*. Hinc Archileuita Laurentius, vt ſcribit S. Ambroſius, ad Xyſti Pontificis pedes prouolutus, exclamabat: *Cui commiſiſti Dominici ſanguinis conſecrationem*. In hac lectione licèt aliqui mendum agnouerint, legerintque *Diſpenſationem*; nihilominùs retinenda eſt antiqua lectio, vt docet P. Chryſolius; nam *ly Conſecratio* non ſignificat confectionem ſanguinis; ſed perfectionem ſacrificij; ſicut ipſemet Sacerdos miſcendo hoſtiæ particulam cum ſanguine profert illa verba Canonis: *Hæc commixtio, & conſecratio, &c.* Confirmatur & auctoritate S. Hieronymi, *Et ſicut in ſacerdotio miniſtratio; ita & in miniſtro ſacramenti diſpenſatio*. Vera lectio, & antiqua in margine notata eſt *Conſecratio*. Imò ex Iuſtino Diaconus vtramque ſpeciem Fidelibus miniſtrabat, quod munus præſtabat etiam præſente Presbytero, vt decreuit Concilium Carthaginenſe IV. *Diaconus præſente Presbytero Eucharistiam*

S. Ignat. epiſt. 14.

S. Greg. lib. 7. epiſt. 28.

Chryſol. in Myſtag.

S. Hier. De ſept. Ord. Eccl. c. 5.

Iuſtin. Apolog. 2.

Conc. Carth. IV. Can. 38.

chariſtiam corporis Chriſti, ſi neceſſitas cogat, iuſſus erogat. Nec audiendus eſt Sotus, aſſerens id factum eſſe ex peculiari Eccleſiæ diſpenſatione, quia Eccleſia non valet diſpenſare in iure diuino. Sed, ne videar vltra propoſiti metas in diuerticula excurrere, ad rem noſtram reuertamur. Si ergo Diaconus tantam poteſtatem exercebat in corpus Chriſti reale, cur non poterit eamdem exercere in corpus myſticum, nimirum Fideles, illis benedictionem elargiendo? His præmiſſis aſſero; Diacones Cardinales poſſe *Tuta conſcientia* populum benedicere ſolemniter; ita legimus de quodam Diacono, qui miſſus à S. Gregorio Thaumaturgo ſua benedictione publica ſceleratas hominum fraudes repreſſit, vt ſcribit Nyſſenus. In Eccleſia Conſtantinopolitana ſunt Diaconi Patriarchales, æquiparanturque Cardinalibus Romanis; eodem enim honore habiti ſunt in Concilio Florentino; nam Pontificis manum, ac genam oſculati ſunt, vt ex Actis eiuſdem Concilij: *Patriarcha Papam ſtantem oſculatus eſt in gena: Nos verò cum Exocatacælis ſedentis dextram, & genam oſculati ſumus*. Hi etiam in Concilijs ſupra Epiſcopos ſedebant; & tamen cum eſſent de Ordine Diaconali, nihilominùs in Miſſis apud ſuas titulares Eccleſias benedictiones ſolemnes præſtabant, de quorum auctoritate, numero, ac priuilegijs multa ſcripſi in mea Notitia. *V. Exocatacæli*. Eſt igitur Diaconus non ordinatione, ſed auctoritate, & dignitate Sacerdos, vt benè aduertit Heſychius ad illa verba Leuitici. *Ingreſſi autem Moyſes, & Aaron in tabernaculum teſtimonij, & deinceps egreſſi*

Nyſſen. in Vita S. Greg. Thaumaturg.

Leuit. cap. 9.

bene-

benedixerunt populum. Certum tamen eſt, Moyſen non fuiſſe ex Ordine Sacerdotali, ſed Leuitico; recenſendus nihilominùs ratione dignitatis inter Sacerdotes, iuxta Pſaltem canentem: *Moyſes, & Aaron in Sacerdotibus eius*. In quo ſenſu *c.* 1. *xv. q.* 1. Diaconus appellatur *Sacerdos*, quia ratione dignitatis, & iuriſdictionis indulgentias concedere valet, vt probat Calderinus: vnde R. Dauid Kimchi innuit, Moyſem inter Sacerdotes connumeratum fuiſſe æquè ac Aaron, quia Sacerdotij functus fuit munere in illis ſeptem diebus conſecrationis. Loquor autem de benedictione *Inuocatiua*, ſeu *Deprecatiua*; non autem de *Conſtitutiua*, quæ conſtituit rem in eſſe ſacro, vt docet Caietanus. Imò aliquando Diaconus, præſente Sacerdote, communicat rebus benedictionem conſtitutiuam; nam in Sabbato Sancto benedicit ſolemniter cereum. Non poſſum hìc nō admirari vehementer, aliquos ſacrorum Rituum peritiſſimos docere, hanc cerei benedictionem acquirere ex quinque granorum thuris affixione. Concederem quidem libentiſſimè ex liberalitate, primam partem poſſe appellari *Præconium*. Legimus enim in quodam Miſſali vetuſtiſſimo Gothico huiuſmodi inſcriptionem: *Benedictio cerei B. Auguſtini Epiſcopi, quam, adhuc Diaconus cum eſſet, edidit, & cecinit*. Sed poſtea, antequam proferantur illa verba, *Verè dignum, & iuſtum eſt* &c, legitur ſequens inſcriptio, opinioni noſtræ magnopere fauens, *Conſecratio cerei*. Omnes igitur Scriptores, in ſacra Rituum diſciplina verſatiſſimi, apertiſſimè fatētur, hanc eſſe veram benedictionem conſtitutiuam Diaconalem,

Pſal. 98.

Calder. cap. Poſtulaſti de pœn. & remiſſ. num. 68.

Dau. Kimch. in Pſal. 99.

Caiet. 2. 2. q. 88 art. 12.

Vide To. 6. Bibl. Patr.

conalem, inter quos primum locum ſibi vindicat Ioannes Beleth dicens. *Cereus à Diacono benedici, & conſecrari oportet: non autem à Sacerdote, vel Epiſcopo, etiam ſi ſint præſentes, quamuis minoris ordinis, & dignitatis.* Accedit auctoritas plurimi facienda Gulielmi Durandi. *Benedicitur* (cereus) *quidem etiam præſente Epiſcopo, vel Sacerdote à Diacono, qui eſt minoris ordinis.* Mirum eſt, quod refert ipſe Beleth de quibuſdam eccleſijs, in quibus Diaconi in Feſto S. Stephani Archileuitæ exercebant munus Hebdomadarij in Choro, dando etiam benedictiones ad lectiones. *Nocturnos*, inquit ille, *& vniuerſum offitium craſtinum celebrabant Diaconi, & ad lectiones dant benedictiones.* Nonnè Diaconus ſolemnitèr ſalutat populum illis verbis, *Dominus vobiſcum*, ſicut ipſemet Sacerdos? à qua ſalutatione ſe abſtinet, ſi eſſet excommunicatus. Manfredus docet expreſsè, Cardinales Diaconos poſſe largiri ſolemnem benedictionem, etiamſi ſacerdotij ordinem non ſuſceperint, & affert Canoniſtas, præcipuè verò Cardinalem Iacobatium, quem appellat *Eminentis ſcientiæ virum, ac ſummum Iuriſconſultum.* Prępoſitus affirmat, facultatem benedicendi non dependere ab Ordine, ſed à iuriſdictione. Ratio eſt, quia ſi eſſet Ordinis Epiſcopalis non concederetur inferiori. Eamdem doctrinam amplectuntur Villadiego, & Gratianus poſt Abbatem: & quamuis concedatur hanc facultatem prouenire ex vi Ordinis, nihilominus exercitium dependet à iuriſdictione, vt aduertit idem Præpoſitus. Conſtat autem hanc poteſtatem non eſſe annexam Ordini Epiſcopali ex

Beleth. de Diu. off. c. 116.

Duran. in Ration. l. 6. c. 80.

Beleth. cap. 70.

Manfr. de Card. Tit. *De Trip. ord.* dec. 88.

Canon. in cap. Licet de Elect.

Prap. in Cap. Eccl. diſt. 95.

Villad. de Legat. q. 6. nu. 8. *Grat.* diſcep. 467. num. 66.

Prap. in Cap. Denique diſt. 25.

ex decreto Alexādri IV. pro Abbatibus. Docent Tabiena, & Sylueſter, Cardinalem Diaconum poſſe benedicere menſam, etiam preſente preſbytero. Et quamuis Paez aſſerat, ſolum Epiſcopum poſſe benedicere canora voce, proferendo illa verba, *Sit nomen Domini benedictum, &c.* nihilominùs fatetur, Sacerdotem in Miſſa, præſente Diacono Cardinali, non debere benedicere abſque eius licentia tacita; quia tunc cenſetur delegare Sacerdoti auctoritatem; ergo multò magis poterit ipſe Cardinalis Diaconus exercere id, quod delegat, iuxta philoſophicum axioma, *Propter quod vnumquodque tale, & illud magis.* Nouiſſimè in lucem prodijt tractatus de *Eccleſiaſtica Hierarchia*, auctore Guilielmo Beyer Pariſijs excuſſus; hic Scriptor multis, validiſque rationibus probat, Epiſcopos, Presbyteros, ac Diaconos poſſe benedicere, cum ſint ſacri Hierarchæ; eandem prorſus ſententiam tuetur Franciſcus Hallier. Sed audiamus quæſo Arcudium virum in ſacris Græcorum ritibus eruditiſſimum. *Quia Diaconi etiam poterant baptizare, Euchariſtiam diſtribuere, publicos pænitentes reconciliare, prædicare, & ferè omnia munera Epiſcoporum, & Presbyterorum in eorum abſentia exercere; de quibus omnibus agit Dionyſius. Quæ cauſa etiam eſt, vt in ſacro Collegio Cardinalium præter hos Ordines Hierarchicos nullus alius reperiatur.* Ratio à priori eſt, quia hi ſoli initiantur per manus impoſitionem. S. Thomas, Theologorum Magiſter, hos tres ordines pares agnoſcit in iurisdictione hierarchica. Diaconis enim ſubijcitur ordo purgandorum, Presbyteris illuminandorum, Epiſcopis

Cap. Abbates de priuil. in 6. *Tab. & Sylu.* in Summ. verb. *Benedictio.*

Paez in cap. Miſſas de Conſecrat.

Beyer de Hier. Eccleſ. qu. 6. cap. 8.

Haller. de Hier. Eccleſ. lib. 3. cap. 2. art. 3. §. 3.

Arcud. lib. 6. de Sacram. ord. cap. 6.

S. Tho. Opuſc. 18. cap. 23.

pis perfectorum, & ſic Diaconorum ordo eſt purgatiuus, Presbyterorum illuminatiuus, Epiſcoporum perfectiuus. Hic etiam fuit ſenſus Patrum Africanæ Eccleſiæ; nam Tertullianus enumerans eos, qui legitimè ex officio poſſunt conferre baptiſmum, ait. *Dandi quidem habet ius ſummus Sacerdos, qui eſt Epiſcopus, dehinc Presbyteri, & Diaconi.* Aſt, humaniſſime Lector, ſi cupis exempla; quæ magis mouent, en vnicum inſtar omnium deſumptum ex Notis ad Chronicon Caſinenſe Latinæ linguæ nitore, ſacra, profanaque eruditione exornatis ſtudio, ac diligentia doctiſſimi Abbatis D. Angeli de Nuce, nunc Archiepiſcopi Roſſanenſis, qui euidentiſſimis argumentis probat, Sanctum Patriarcham Benedictum non fuiſſe Sacerdotem, ſed Diaconum: primò ex quadam oblatione, ſeu donatione tempore Alexandri Secundi, deſumpta ex Regeſto Petri Diaconi, quam refert barbariſmis, & ſolœciſmis pollutam incuria Scrinarij, vt veritatem impollutam erueret. *Propria ſpontanea noſtra voluntate vobis quidem Chriſte Redemptor mundi, & ſpecialis Sancto eius Confeſſor, & Leuita Benedicto, qui ſpes, & refugium noſtrum eſſe confidimus, in cuius honore, & nomine dedicatum, & conſecratum eſt venerabili Monaſterio, qui ſitum eſt in monte, qui appellatur Caſtro Caſino &c.* Alterum teſtimonium exhibet codex vetuſtisſimus Bibliothecæ Caſinenſis exaratus ab octingentis iam annis, in cuius prima membrana eſt imago Sancti Patris Benedicti, qui ſedet in Cathedra dalmatica indutus, ſtola diaconali ab humero ſiniſtro ad latus dextrum tranſuerſa. (Sed ego ab aucto-

Tertull. lib. de Baptiſmo cap. 17.

Ang. de Nuce in Not. ad Chron. Caſſ. num. 248.

auctoritate tanti viri recedere cogor; nam illa veſtis non videtur *Dalmatica*, ſed potiùs *Colobium*, vel *Armiclauſa*, corruptè ab aliis *Armilauſa* appellata) Sanctus Maurus Patris exemplum ſequutus vltra Diaconatum aſſurgere non præſumpſit, vt in Miſſali ms. Monaſterii Foſſatenſis. *Deus, qui B. Maurum Leuitam &c.* Idem præſtitit Sanctus Placidus Martyr: quare non ſolùm Sancti Benedicti æuo, ſed poſt multa tempora Abbates fuerunt Diaconi, vt probat de Ragimprando Abbate Caſinenſi circa annum 900. de cuius obitu hæc habentur in Necrologio Caſinenſi. *Octauo Idus Nouembris Ragimprandus Leuita, & Abbas huius loci.* Luculentiſſimum aſſertæ veritati teſtimonium præbet S. Gregorius Magnus inquiens. *Alio quoque tempore Seruãdus Diaconus, atque Abbas eius Monaſterij*: & tamen certum eſt, omnes prædictos Abbates benedictiones dediſſe ad lectiones matutinas in Choro, ad Euangelia, cæteraſque horas Canonicas iuxta præſcriptum regulæ 9. & 11. In comitiis generalibus Abbatum, Aquiſgrani habitis coram Ludouico Pio, leguntur hæc verba. *Abbas Præpoſitus, & Decanus, quamuis presbyteri non ſint, lectionibus benedictionem tribuant.*

Necrol. Caſſ. Cod. 47.

S. Greg. Lib. 2. Dialog. c. 35.

Comit. Aquiſ. Tit. 62.

Omiſsis tamen omnibus ſupradictis probationibus, en denique argumentorum Achillem tibi propono. Sanctus Antoninus Florentinæ Vrbis Archipræſul, Ordinis Prædicatorum decus, & moralis Theologiæ tutiſſima cynoſura, de ſpeciali, ac indiuidua Diaconorum Cardinalium benedictione non de poſſibili, ſed de facto ita clariſſimis verbis loquitur: *Quamuis etiam*

benedicant Diaconi Cardinales; *ſed hoc nullus Archidiaconus præſumit*. Quanti ponderis ſit hæc doctrina nullus eſt, qui non intelligat. Nil igitur mirum, ſi Petrus Cellenſis appellet omnes Cardinales, *Cœli Senatores*, qui etiam Angelos cum Apoſtolo ſint iudicaturi: ergo multò magis homines benedicturi. Laudanda quidem eſt excogitata illorum interpretatio, qui oraculum diuinarum Scripturarum, *Domini enim ſunt cardines terræ, & poſuit ſuper eos orbem*, ad Cardinales retulerunt, qui non manu globum, vt Imperatores, ſed conſilio, prudentia, & auctoritate totius militantis Eccleſiæ pondus ſuſtinent.

S. Antonini par. 3. tit. 14. cap. 16. §. 9.

Cellen. lib. 7. epiſt. 16.

1. Reg. 2.

Paris Craſſus, celeberrimus cœremoniarum Magiſter ac Rector, conſultus, *An Cardinalis non Presbyter poſſet benedicere*, reſpondit; Non poſſe benedicere populum, nec rem aliquam ſine ſpeciali, & expreſſa licentia Papæ: & refert aliquorum opinionem, qui exiſtimarunt, Cardinalem Diaconum poſſe ſolemniter benedicere, abſentibus Sacerdotibus. Imò idem Auctor loquens de viſitatione Diaconiæ pręſtanda à Cardinali, aſſerit Diaconum Cardinalem in dicta functione poſſe vti Pluuiali, ac Mitra: ergo cum æqualem conſtituit Cardinali Presbytero. Tandem ipſe ingenuè fatetur, hanc controuerſiam eſſe potiùs Iuris Canonici, quàm cœremonialis; ideoque iudicio, & cenſuræ Doctorum rectiùs intelligentium reuerenter ſuam opinionem ſubmittit; ſicut & ego idem humillimè præſto. Iam doctiſſimos Canoniſtas adduximus, quos ſi legiſſet Paris, libenter eorum opinioni ſubſcripſiſſet. Laxiores ripas refugi, vt ſermonis inopiam

Craſſus lib. 1. cap. 13.

piam breuitas celaret; *Sed ſi delitioſo* (verbis Sancti Gregorij Magni in laudem Sancti Auguſtini vtor) *cupitis pabulo ſaginari*, Eminentiſsimi Cardinalis Brancatij Patroni mei *opuſculum legite, & ad comparationem ſiliginis illius noſtrum furfurem non quæratis*. Illius doctrinæ, ac locupletiſsimæ Bibliothecæ præſidio hæc ſcripſi. Tu verò prudens Lector Solem quære, has faces ſperne.

EXAMEN
Eulogiologij Diaconalis.

AVTHORE

D. IACOBO BONAMICO.

IN libello nuper edito ab Eminentiſsimo Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali Albitio *De iuriſdictione Cardinalium in eorum Titulis*, in quęſtionem quaſi per tranſennam vocatum eſt: *An Diaconis Cardinalibus in eorum Diaconijs liceret ſolemnem benedictionem ſuper populum effundere*. Et ſanè Eminentiſsimus Albitius diſcuſsis vtrimque argumentis definiuit, ipſis non iure proprio, ſed quidem ex priuilegio licere.

Verùm cum hæc doctrina paulò aſperior, ac durior videretur, quòd multa in contrarium à

ſacris canonibus ſancita reperiantur, & nonnulli non contemnendæ authoritatis Scriptores ſecùs docuerint; plerique ſanè viri docti, & ſacrorum Rituum periti, alij in hanc, alij in illam ſententiam iuerunt. Attamen D. Dominicus Magrus abſolutè poſuit, Diacones Cardinales *Tuta conſcientia* poſſe ſolemniter benedicere: quaſi verò id legitimo iure obtineant, nulla adhibita moderatione, quam tamen Eminentiſſimus, & Iuris Canonici conſultiſſimus Albitius admiſit, nimirùm ex Apoſtolicæ Sedis priuilegio, & indulto.

Ea igitur res me impulit ad quæſtionem accuratiùs examinandam. Quare diſceptationis gratia, non contradicendi libidine opinionem meam moderatiorem exponere ſtatui, & contrarijs reſpondere argumentis.

Ne verò benedictionis nomen, quod diuerſas habet acceptiones, extra noſtrum propoſitum quempiam rapiat; ſuppono quæſtionis ſtatum eſſe: *An Diaconi Cardinales in ſuis Diaconijs poſſint ſolemniter populo benedicere benedictione illa Epiſcopali: Adiutorium noſtrum &c.* Ad quam definiendam, diluendaque ex aduerſo argumenta hanc primò ſtatui concluſionem, videlicet.

Benedictionem hanc ſolemnem ſub prædicta formula eſſe propriam Epiſcoporum: poſſe verò ex priuilegio dari à ſimplici Sacerdote, non autem à Diacono, vel inferiori.

Prima pars concluſionis euidens eſt, nec à quopiam negari poteſt. Conſtat enim benedictionem ſolemnem, ſub tali ritu & inſtitutione Eccleſiæ determinatam, conuenire iure pro-

prio

prio Epiſcopis in vim Ordinis cum Pontificali iuriſdictione coniuncti, quo in gradu conſtituti ſunt à Chriſto Domino Paſtores ſuæ Eccleſiæ, ortumque habuit ab eodem Chriſto ſupremo Pontifice, cum Apoſtolis ſuis valedicens extenſis manibus benedixit, vt ait Raynaudus. Idque tam in Eccleſia Latina, quam Græca vſurpatum, in qua ſpeciali ritu Antiſtites benedicere probat idem Raynaudus ex quodam MS. Græco, quod adducit Ioſeph Stephanus, & ab eodem Raynaudo explicatur.

Rayn Tom. 1. Heter. Spir ſec. 2. pun. 1. pag. 204. col. 1

Rayn. de Chr. Attrib. ſec 4 c. 9 ſub num. 733 verſ. vides quomodo. *Ioſeph Steph.* de Oſcul ped. Pont. c. 17. Rayn d. pag. 204 & pun. 3. pag. 213. col. 1.

Secunda pars concluſionis probatur. Illa enim, quæ ordinariè pertinent ad poteſtatem Ordinis Epiſcopalis, & ſunt delegabilia, poſſunt à Papa committi ſimplici Sacerdoti, non autem Diacono, ſeu inferiori: ſed benedictio ſolemnis pertinet ad poteſtatem Ordinis Epiſcopalis, ergo poteſt committi ſimplici Sacerdoti, non autem Diacono.

Maior probatur, quia (ſecundùm axioma D. Dionyſij, quòd ſupremum infimi attingat infimum ſupremi) ea, quæ pertinent ad ſuperiorem ordinem, nequeunt delegari, niſi proximo: hoc enim ratio Hierarchiæ exigit, ne ſuprema infimis confundantur. Proximus autem Epiſcopo eſt ſolus presbyter, *eius enim ordo*, ait D. Thomas, *eſt continuus Ordini Epiſcopi, ideò participat ab eo aliquid de perfecta virtute*. Et communiter docent Theologi, Ordinem Epiſcopalem non conſtituere diuerſum Ordinem à Sacerdotali, ſed idem numero character Sacerdotis fieri tantùm in Epiſcopo per quamdam extenſionem magis perfectus. Solus ergo presbyter

D. *Dionyſ.* de Eccleſ. Hier.

D *Tho* 4. ſent. diſt. 25. q. 1. ar. 1. ad 2. & art. 3. q. 2.

ter eſt capax earum rerum, quæ pertinent ordinariè ad poteſtatem Ordinis Epiſcopalis, & non Diaconus, qui multò plus diſtat à Sacerdote, quàm ipſe Sacerdos ab Epiſcopo. Et hac ratione Suarez firmat, benedictiones, quæ iure ordinario pertinent ad Epiſcopos, poſſe à Papa committi presbytero, cui conueniunt ceteræ benedictiones ad Sacramentalia ſpectantes.

Suar. to. 4. de Relig. l. 2. c. 30. num. 8.

Confirmatur hoc inductione. Nam benedictio corporalium, & ornamentorum Sacerdotalium, conſecratio Calicis cum patena, reconciliatio eccleſiæ conſecratæ, collatio minorum Ordinum, benedictio olei extremæ vnctionis, & confirmatio baptizatorum, quæ ordinariè pertinent ad poteſtatem Ordinis Epiſcopalis, non poſſunt à Papa committi inferiori à Sacerdote; quia Diacono committere non poteſt per eleuatam poteſtatem, vt verè ordinet, aut confirmet. Etenim eleuari ad hoc non poteſt, niſi Sacerdos, qui, vt dictum eſt, proximus eſt Epiſcopo, & ex charactere poteſt in effectus ſupernaturales, vt expreſsè docet D. Thomas, inquiens, quòd Papa poſſit committere non Epiſcopo, hoc eſt, ſimplici Sacerdoti, ea, quæ ad poteſtatem Epiſcopalem pertinent, dummodo non habeat immediatam relationem ad verum Corpus Chriſti, non poſſit autem non Sacerdoti. Idemque tradit Suarez ſcribens, quòd Sacramentalia, quæ ſolus Epiſcopus poteſt efficere, poſsint committi ſimplici Sacerdoti ex ordinatione Pontificis: ergo neque benedictio ſolemnis, quę ſpectat ad poteſtatem Ordinis Epiſcopalis, poteſt delegari, niſi Sacerdoti.

D. Tho. in 3. par. q. 38. ar. 1. ad 3. & 4. ſent. diſt. 7. q. 3. ar. 1.

Suar. tom. 3. in 3. p. qu. 65. diſp. 15. art. 4. ſec. 3. verſ. dico tertio.

Con-

Confirmatur ſecundò inductione aliorum Ordinum. Nam ea, quę ordinariè pertinent ad poteſtatem Ordinis Sacerdotalis circa corpus Chriſti myſticum, non poſſunt delegari, niſi Diacono, puta publicè baptizare, prędicare, Euchariſtiam diſpenſare, quia eſt proximus Sacerdotio. *Ideo enim*, ait D. Thomas, *Diaconus eſt capax, quia eſt quaſi propinquus Ordini Sacerdotali, & aliquid participat de eius officio*. Ergo ea, quę pertinent ad poteſtatem Ordinis Epiſcopalis, vt eſt benedictio ſolemnis circa corpus Chriſti myſticum, non poſſunt delegari, niſi Sacerdoti, qui eſt Epiſcopo proximus.

D. Tho. 3. par. qu. 82. ar. 4. ad. 1.

Primò, quia poteſtas Ordinis vocatur illa, quę eſt ad quoſcumque actus ſanctificandi, conſecrandi, aut ſolemniter benedicendi rem aliquam, vel perſonam iuxta definitionem Suarez: & ideo ſubdit, hanc conuenire non poſſe, niſi ſolis Epiſcopis, & presbyteris, ad quos extendi etiam poſſunt à Pontifice per ſpecialia priuilegia ea quæ tantùm Epiſcopis iure ordinario competerent.

Suar. to. 4. de Relig. l. 2. c. 19. num. 1.

Probatur ſecundò; quia benedictio ſolemnis non poteſt dari ab Epiſcopo electo, & confirmato ante conſecrationem iuxta Canoniſtas: ergo pertinet ad poteſtatem Ordinis Epiſcopalis. Et ita tenent Butrius, Bertachinus, adducens Ioannem Andream dicentem, ſic aliàs fuiſſe in Curia iudicatum, Graffius, Tamburinus, & D. Fagnanus. Et rationem colligo ex D. Thoma docente, quòd omnis poteſtas, quę non poteſt exire in actum, niſi præſuppoſitis quibuſdam ordinationibus, dependet ab illa poteſtate,

Canon. in Cap. 3. de Supp. negl. Præl.

Butr. conſ. 19. num. 12. *Bertach.* de Epiſc. l. 3. p. 1. verſ. *& hanc benedictionem*.

Io. Andr. in addit. ad *Specul.* de Elect. §. 1. verſ. *quæritur* litt. M. *Graff.* dec. aur. p. 2. l. 3. c. 15. num. 55. *Tambur.* de Iur. Abb. diſp. 21. qu. 7. *Fagn.* in Cap. Vel non eſt compoſ. num. 38. de Temp. ordin.

te,

te, quæ illas ordinationes facit. Si ergo ſolemnis benedictio, non poteſt ab electo, & confirmato fieri ante conſecrationem, debet neceſſariò ab illa dependere. Non eſt itaque actus iuriſdictionis, vt quidam aſſerunt: aliàs enim poſſet Epiſcopus ante conſecrationem benedicere, ſicuti poteſt omnia, quæ ſunt iuriſdictionis, & poſſet etiam benedictionem delegare, quòd omnes negant.

Non inficior tamen requiri etiam iuriſdictionem, quia ſcilicet non poteſt dari, niſi in loco ſibi ſubiecto. Sed ex hoc male infertur, eſſe actum iuriſdictionis: nam in collatione Ordinum, & Confirmationis adminiſtratione non ſolùm requiritur vt locus, in quo hęc fiunt, ſit ſubiectus, ſed etiam perſonæ, quibus conferuntur, ſint ſubditæ: & tamen ſunt ſtrictiſſimo iure Ordinis Epiſcopalis, & non iuriſdictionis. Neque pariter ex eo, quòd ſit delegabilis inferioribus Epiſcopo ex priuilegio, ſequitur, quòd ſit actus iuriſdictionis, & non Ordinis, vt cenſuerunt Villadiego, & quidam alij: quia idem dici deberet de collatione Ordinum minorum, & Subdiaconatu, & de Confirmatione, quia poſſunt à Papa committi non Epiſcopo: & tamen nemo vnquam dixerit, hæc non eſſe Ordinis Epiſcopalis.

Villad. de legat. qu. 6. nu 8.

Tertiò probatur: quia ſimplex Sacerdos, ſi benedicat ſolemniter, eſt irregularis, vt inquiunt Gloſſa, Maiolus, & Quartus. Id autem non eueniret, niſi benedictio ſolemnis eſſet actus Ordinis Epiſcopalis. Et ſanè Canoniſtæ, cum agunt de priuilegio ſolemniter benedicendi

Gloſſ in cap. Miniſtrare. 26. q. 6. *Maiol.* de irregul. l. 4. c. 13. nu. 1. & 2. *Quart.* de Bened. tit. 1. ſec. 4. dub. 10.

cendi inferioribus Epiſcopo conceſſo, ſemper illud coniungunt cum collatione Ordinum minorum: quia quicumque habet ex priuilegio facultatem ſolemniter benedicendi, is certè Ordinum minorum collationem habet, nam pari paſſu ambulant; & ſicuti collatio minorum Ordinum non poteſt delegari, niſi Sacerdoti, ita nec etiam ſolemnis benedictio.

Illud inſuper aduertendum, quòd faciliùs delegatam reperimus poteſtatem conferendi Ordines minores, & benedicendi ſacras veſtes, quàm ſolemnem benedictionem populo impertiendi. Nam antiquitùs Chorepiſcopi, qui erant ſimplices ſacerdotes, ex priuilegio iuris per Papam tacitè confirmato, initiabant quidem minoribus Ordinibus, & Subdiaconatu, non tamen poterant populum benedicere, vt cauetur in Concilio Hiſpalenſi II. Superiores etiam ordinum Mendicantium, poſſunt benedicere veſtes ſacras, & corporalia: imò quibuſdam Miſſionarijs, & Patribus Ieſuitis indultum eſt, vt poſſint aras lapideas, in quibus vnctio ſacra interuenit, conſecrare: nemini autem horum conceſſa eſt facultas populum ſolemniter benedicendi benedictione illa Epiſcopali. Ex quo colligitur multò ſtrictiori iure benedictionem ſolemnem conuenire Epiſcopo, quamuis ſit inuocatiua, & verbalis, quàm collatio minorum Ordinum, & benedictiones conſtitutiuæ, & reales: atque ideo, vel maiori, vel pari ſaltem ratione, eam non poſſe, niſi ſolis ſacerdotibus, delegari.

Conc. Hiſp. II. c. 7.

Quod etiam ſuadetur, quia benedictio ſolem-

Cap. Dictum eſt. 1. q. 1.

nis iuxta Canones eſt vnũ ex præcipuis Sacramentalibus, quæ inſtituta quidem ſunt in particulari ab Eccleſia, non tamen humana, ſed diuina authoritate generaliter data, habentque vim quamdam ſpiritualem, vt, quantum eſt ex ſe, ſemper, & infallibiliter habeant effectum, ſi expediat homini, nec apponat obicem, puta, vt mundent à venialibus, & liberent ab impugnatione dæmonis non ſolùm ex opere operantis, vt ſunt ferè omnes actus virtutum, ſed ex opere operato per applicationem meritorum Chriſti, vt docent Dominicus Soto, Valentia, Azorius, qui contrarijs omnibus reſpondet, & nouiſſimè Carrier. Ac in ſpecie de ſolemni benedictione, quòd vim habeat abluendi venialia, deducitur ex Canone, & firmant Gloſſa, Speculator, & vltra Azorium; ac Enriquez tradit Maiolus.

Sot. in 4. ſent. diſt. 15. *Valen.* q. 4. de pœnit. *Henriq.* in Summ. l. 1, c. 20 §. 3. & l. 9. c. 6 § 2. *Azor.* p. 1. Inſt. moral. l. 4. c. 11. verſ. *quartò quæritur.* *Carrier* in Digeſt. fidel de Rit. Sacr. q 2. in fin.

Cap. Ecce. diſt. 95. & ibi *Gloſſ* in verb. *Benedicere.* & in Proem. l. 6 *Specul.* de pœnit. & remiſ. §. ſeire, verſ. *Alias.* *Azor.* *Enriq.* loc. cit. *Maiol.* de Irreg. l. 3. c. 23. ſub num. 13.

10 Nullum autẽ Sacramentale directè ab Eccleſia inſtitutum ad dimittenda venialia, fuit vnquàm Diacono commiſſum, vt eius miniſterio perficeretur (quidquid de alijs Sacramentalibus, quæ indirectè id efficiunt per meliorem animi habitum, neque indigent alterius miniſterio) & patet ex aqua benedicta, quam nemo, niſi ſacerdos, poteſt benedicere, & ex pane benedicto, & cineribus in capite ieiunij, vt docet Quartus. Multo igitur minùs poterit Diacono committi benedictio ſolemnis, quæ eſt Ordinis Epiſcopalis, & ſimplici ſacerdoti prohibita iuxta Canones, Concilium Agathenſe, & Graffium. Et ratio eſt, quia ſecundùm Theologos, vt teſtatur Suarez, ille poteſt regulariter loquendo talia Sacramentalia miniſtrare, qui poteſt

Cap. *Miniſtrare.* 26. qu. 6. Cap. *Cum celebrandas* de conſecr. diſt. 1. Cap. *Chorepiſcopi* diſt. 68 *Conc. Agath.* c. 44 *Graff* deciſ. aur. p. 2. l. 3. c. 15. num. 61. *Suar.* To. 3. in 3. par. q 65. diſp. 15. ar. 4. ſect. 3.

Sacra-

Sacramentum, ad quod illa reducuntur, tanquam miniſter ex officio conferre. Sacramentale autem hoc benedictionis ſolemnis non poteſt reduci, niſi ad Sacramentum pœnitentiæ, quia poteſtas benedicendi ſolemniter, per quam delentur venialia, dependet à poteſtate clauium, vt inquiunt Donatus, & Graffius: quarum exercitium, aut miniſterium ſpectat dumtaxat ad ſacerdotes, quibus dictum eſt: *Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiſeritis peccata, remiſſa ſunt, & quorum retinueritis, retenta ſunt*; & docet Sacrum Concilium Tridentinum.

Donat. in prax. Reg. tom. 3. tr. 8. q. 15. n. 3. *Graff.* dec. aur. p. 2. l. 3. c. 15. nu. 29.

Io. c. 20.

Conc. Trid. ſeſſ. 19. c. 6.

Huic tandē ſententiæ fauet communis Theologorum ſenſus, quòd poteſtas benedicendi, ſanctificandi, & conſecrandi ſit omninò inſita, & annexa ſacerdotio: adeo vt nemo, præter quàm in eo Ordine conſtitutus, poſſit benedicere, videlicet Epiſcopus, & Presbyter, vt habetur in conſtitutionibus Apoſtolicis, & Canonibus, ac tradunt Sauſſay, Quartus, & Gretſerus. Rationem autem affert D. Hieronymus inquiens: *Si Presbyter Chriſtum conſecrat, cum in altari Dei Sacramenta benedicit, benedicere populo non debet, qui Chriſtum meruit conſecrare.* Et alibi de Sacerdotibus ait: *Abſit, vt de his quidquam ſiniſtrum loquar, qui Apoſtolico gradui ſuccedentes, Chriſti Corpus ſacro ore conficiunt.* Et ideo firmant Theologi communiter cum D. Thoma, quòd ſicut ſolus ſacerdos habet directam poteſtatem in verum Chriſti corpus, ita & ſolus habeat per ſe, & ex officio directam poteſtatem in corpus Chriſti myſticum. Diaconus verò, cum careat prædicta poteſtate, meritò reputatur ineptus, & incapax

Cap. 6. diſt. 95. Cap. *Dictum* 3. qu. 1 *S. Clem.* l. 8. Conſt. Apoſt. c. 28.

Sauſ. in Panopl. Sacerd. l. 2. de Mun. Bened. cap. 2. & *ſeqq. Quart.* de Bened. tit. 1. ſec. 4. dub. 3. & 4. *Gretſ.* in lib. de Bened. *D. Hier.* in epiſt. ad Ruſt. Narb.

D. Hier. epiſt. 1. ad Heliod.

etiam alterius poteſtatis. Non poteſt igitur benedictio præſertim ſolemnis, quæ, vt diximus, eſt quid Sacramentale, & ſuperioris Ordinis, exerceri, niſi ſaltem à presbytero, qui habet actum ſummum ſuper Corpus Domini verum, vt clariùs apparebit in reſponſionibus ad D.Magri argumenta.

Sed D. Magrus facultatem ſolemniter benedicendi Diaconis Cardinalibus tribuit propter generalem excellentiam, & authoritatem Ordinis Diaconalis in Eccleſia: *Quia*, inquit, *eſt Ordo Hierarchicus, & confertur per manus impoſitionem, non ſecus ac Presbyteratus, & Epiſcopatus*. Ex quo arguere videtur, quòd ſi Epiſcopi, ac presbyteri poſſunt benedicere, nihil vetet, quin Diaconi pariter poſſint.

At primò probandum eſſet, hos tres Ordines Hierarchicos eſſe authoritate, & poteſtate pares, ad quod certè probandum ipſe allegat D. Thomam. Verùm D. Thomas contrarium docet aduerſùs eos, qui dicebant, ex Domini inſtitutione idem eſſe Epiſcopos, ac presbyteros, inter quos fatetur eſſe nominis conuenientiam, ſed differentiam in re, negatque tres Ordines Hierarchicos habere reſpectum ad benedictionem, ſeu conſecrationem, ſed ad gradus, ſiue ſtatus, quos in Eccleſia militante conſtituunt, ſcilicet, *Purgatiuum, Illuminatiuum, & Perfectiuum*: Et contraria propoſitio non ſolùm inuoluit terminorum implicantiam (quia ſi eadem eſſet Ordinum Hierarchicorum poteſtas, vnus eſſet Ordo, non plures, qui tamen plures neceſſariò requiruntur ad conſtituendam Hierarchiam) verùm

D. Tho. in Opuſc. 16. c. 21.

verùm etiam errorem continere videtur. Licet enim Chriſtus Dominus per excellentiæ poteſtatem vno verbo ſimul ſingulorum Ordinum indiſtinctè in ſacerdotio inſtituerit, Apoſtoli tamen deinde hoc Sacramentum ſic à Chriſto inſtitutum diſtinctè vti cœperunt. Et primò diaconatus Ordinem (vt de reliquis taceam) diſtinxerunt à ſacerdotio, eique iuxta menſuram, & regulam, quam à Chriſto acceperant, peculiares facultates tribuere, quas SS. Dionyſius, & Clemens enumerant. In his verò non ſolùm non legitur poteſtas benedicendi Diaconis permiſſa, quæ Epiſcopis, & presbyteris conceditur, imò expreſsè prohibita reperitur apud eumdem S. Clementem, ibi. *Diaconus non benedicit, neque benedictionem dat, accipit verò ab Epiſcopo, & presbytero*: & rectè explicat Gretſerus. Ideoque licèt tres Ordines Hierarchici, ſcilicet *Epiſcopatus, Presbyteratus, & Diaconatus*, per manus impoſitionem conferantur, diuerſimodè tamen manus impoſitio in ſingulis hiſce Ordinibus ab Eccleſia fuit inſtituta. Diacono enim ſolus Epiſcopus, ſacerdoti Epiſcopus, & Presbyteri ſimul adſtantes: Epiſcopo demum tres Epiſcopi manus imponunt, vt diminuta gradatim poteſtas in vnoquoque Ordine ſignificetur, ſine qua nulla in Eccleſiaſtica Hierarchia; ſed ſumma confuſio conſtaret, ſi ſingulæ Hierarchiæ ſacerdotalem poteſtatem promiſcuè exercere poſſent.

Act. Apoſt. c. 6.

S. Dionyſ. de Eccl. Hier. c. 5. S. Clem. in Conſt. Apoſt.

S. Clem. l. 8. Conſt. c. 8.

Gretſ. l. 1. de Bened. c. 7.

Nec releuat, quod D. Magnus ex D. Gregorio refert de Archidiacono Salonitano, qui Epiſcopo reſtiterat, ne ad Sacerdotium proueheretur.

tur. Id enim euenerat, non quòd Diaconatus pluris olim in Eccleſia fieret, quàm Sacerdotium; ſed quòd is nolebat Archidiaconatus officium, quod tunc incompatibile cùm ſacerdotio putabatur, admittere, & malebat in Ordine inferiori permanere, quàm per ſuperioris Ordinis ſuſceptionem priuari dignitate Archidiaconatus, cuius iuriſdictio, & prærogatiuæ quàm maximæ olim erant, vt habetur toto Titulo *De officio Archidiaconi*.

Rursùs ex miniſterijs olim conceſſis Ordini Diaconali, videlicet diſpenſationis Sanguinis, & etiam Corporis Chriſti in caſu neceſſitatis nulla infertur congruens conſequentia ad ſolemnem populi benedictionem. Quamuis enim optimè procedat argumentum, quòd qui habet poteſtatem in Corpus Chriſti naturale, ſeu reale, is habeat etiam in corpus Chriſti myſticum: Diaconus tamen non habet poteſtatem in Corpus Chriſti naturale, quidquid D. Magrus in contrarium adducat ex Hallier, & Bayer; vterque enim fatetur, à Diacono imminutam tantùm circa Corpus Chriſti poteſtatem habere, ad illud ſcilicet diſtribuendum ex commiſſione presbyteri, non autem ex proprio officio, ſed ad inſeruiendum ſacerdoti; quare non niſi lato modo, & valde impropriè dici poteſt in Corpus Domini poteſtas.

Hall. l. 3. Eccl. Hier. c. 2. ar. 3. §. 3. *Bayer.* de Hier. Eccl. q. 6. c. 8.

Nam diſpenſare Sanguinem, & Chriſti Corpus Fidelibus non eſt propriè exercere poteſtatem in Corpus Chriſti naturale, ſed in Corpus Chriſti myſticum, quia propriè eſt exercere actum iuriſdictionis in Fideles. Et probatur,

quia

quia actus miniſtrandi Euchariſtiam eſt actus iuriſdictionis,qui de natura ſua pertinet ad eum, qui eſt Paſtor, aut ad alium ſacerdotem de eius licentia, vt ſtatutum eſt in Concilio Carthagi- *Conc. Carth. 1. cap. 7.* nenſi Primo, & Meleuitano, & docent cõm- *Conc. Melen. c. 28.* muniter Canoniſtæ, ac Theologi cum D. Tho- *Canon Clem. Religioſi de priu. & exceſſ. præl D. Tho. q. 82. ar. 3. Mag. Sent. diſt. 13* ma, & Magiſtro ſententiarum, & nouiſſimè firmat Lauræa, ac tandem patet in communio- *Laur. to. 1. diſp. 24. ar. 6. num. 74. & ſeqq.* ne Paſchali, & in Viatico, in quibus vrget præceptum.

Atque hoc quidem argumento vtuntur paſſim Theologi, vt oſtendant poteſtatem abſoluendi à peccatis eſſe propriam ſolius ſacerdotis, & ordinarium Sacramentorum miniſtrum (Chriſmate, & Ordine exceptis, quæ ad Epiſcopos pertinent) eſſe ſacerdotem, non autem Diaconum, vt videre eſt apud S. Thomam: & *S. Tho. 3. p. q. 67. ar. 1. & 4. diſt. 5. q. 2. ar. 1.* ſi aliquando miniſtrat,non habet hoc ex officio, ſed habere poteſt ex commiſſione, & delegatione.

Confirmantur prædicta: quia ſi diſpenſatio, ſeu miniſtratio Corporis Chriſti importaret poteſtatem in Corpus Chriſti reale, ſequeretur, quòd quilibet Chriſtianus, etiam Laicus, poſſet dici habere talem poteſtatem, quod eſſet maximè abſurdum, & erroneum. Ipſe enim D. Ma- *Magr. in Not. Voc. Eccl. verb. Diaconus.* grus refert ſatis probabilem opinionem Suarez, Dianæ, & aliorum aſſerentium, poſſe clericum non Diaconum, vel etiam laicum, in caſu neceſſitatis Euchariſtiam miniſtrare, cum id neque iure naturæ, neque diuino reperiatur prohibitum, quam etiam opinionem tenet Tam- *Tambur. de Iur. Abb. to. 2. diſp. 3. q. 2. nu 4.* burinus. Ergo miniſtrare Corpus Chriſti non

eſt

eſt habere authoritatem in eius Corpus reale, ſed myſticum: illam enim non habent, niſi ij, quibus Chriſtus dixit; *Hoc facite &c.* videlicet ſacerdotes, ad quorum vitalem verborum prolationem ſtatim adeſt Chriſtus, & in eius Corpus panis præſens tranſmutatur. Cum itaque Diaconi nullam habeāt poteſtatem in Corpus Chriſti reale, cum non conſecrant, nullam etiam habent in corpus Chriſti myſticum ex proprio officio, & iure ordinario: nam & calicis quoque miniſtratio nunquam ad eos iure proprio pertinuit, ſed ex delegatione, & ſpeciali Epiſcopi, aut Parochi commiſſione. Ita docet S. Thomas, quem ceteri omnes ſequuntur, & hoc ipſius Leuitæ Laurentij verba teſtantur: non enim dixit: *Ad quem pertinet Dominici Sanguinis diſpenſatio*, ſed *Cui*, inquit, *commiſiſti Dominici Sanguinis diſpenſationem*, vt bene notat Quartus.

Lucæ cap. 22.

D. Tho. 3. par. q. 82. art. 4. ad 1.

Quar. in Rub. Miſſ. p. 2. tit. 6. dub. 2.

Nullum autem negotium faceſſunt à Magro adducta in contrarium, per Bayer, & Hallier: hi enim vltrò fatentur naturam ſacerdotij id ferre, vt ſacerdotes ſicuti ex officio publico mediatores apud Deum pro populis conſtituti ſunt, ita ipſorum officio benedicendi poteſtatem inſitam, illigatam, atque innatam eſſe. Neque dicunt, Diaconos vnquam benedixiſſe publicè, & ſolemniter, aut id poſſe, ſed tantùm priuatim: hæc enim ſunt ipſiſſima verba Hallier. *Diaconi ſacerdotis benedictionem nuntiare, & tanquam miniſtri ſuperiorum Ordinum proferre poſſunt. Quod vtique permiſſum eis in diuinis officijs conijcio, dum vel Vicarij Eccleſijs præficerentur, vel alternis cum ſacerdote diebus intra ſeptimanam officio diuino præeſſent.* Et alibi loquens

Hall. l. 3. c. 2. ar. 3. §. 3.

loquens de Conſtitutione Apoſtolica apud Clementem prohibente Diaconis benedictionem, *De benedictione*, inquit, *inter miſſarum ſolemnia, vel reconciliatoria, vel ſolemni intelligendum eſt*: *alioquin & ipſos priuatim ſaltem minori, & inferiori benedictione benedixiſſe populis non dubium eſt*. *Hall.* l. 6. c. 3. ar. 2.

Ex quibus ſatis patet, quid intelligat nomine benedictionis Diaconis permiſſæ, non quòd apud SS. Patres expreſſum reperiat, ſed, vt ipſe conijcit, videlicet benedictiones, quæ ante lectiones in diuinis officijs recitandis vſurpantur. At hæ quidem differunt à benedictione ſolemni Epiſcopali eſſentialiter in genere morali, tum ex effectibus, tum ex ſuperioritate miniſtri, cui conuenit, ſicuti hanc differre ſpecie ſub genere Sacramentalium à benedictione ſacerdotali tradit Quartus, & ideo benedictiones illas Hallier appellat *Priuatas, Minores, & Inferiores*: quia, licèt ſint Eccleſiaſticæ, dantur etiam à Monialibus in choro diuinum officium recitantibus, vt ſcribunt Miranda, & Donatus. Sunt enim meræ preces recitandæ à quolibet, non ſolùm in ſacris Ordinibus conſtituto, ſed etiam à Clerico in minoribus, qui ſiue propter beneficium, ſiue ob profeſſionem regularem ad horas Canonicas tenentur.

Quar. de Bened. tit. 2. dub. 3.

Miran. de Monial. q. 6. ar. 5. concl. 2. *Donat.* in prax. to. 3. tr. 8. q. 13. num. 1.

Neque vrget, quòd Diaconus non ſolùm priuatè, ſed etiam publicè ante Euangelij lectionem det populo benedictionem illis verbis, *Dominus vobiſcum*, quod non licet Subdiacono, neque alteri inferiori. Tum quia illa propriè non eſt benedictio, ſed ſalutatio, vt colligitur ex ſacris paginis, & ita vocant Durandus, Gauantus,

Ruth. cap. 2. & 2. Par. 15. *Duran.* in Ration. diu. off. l. 4. c. 14.

Gau. in Rub. Miſſ. p. 2. tit. 5.
Quart. in Rubr. Miſſ. p. 2. tit. 5.
Iudic. c. 6. & Luc. c. 1.

tus, & Quartus, eademque formula ſalutationis vſus eſt Angelus ad Gedeonem, & Gabriel ad Mariam: quam ideo ad inferiores Diaconis non pertinere cenſeo, quia Angelorum munus Diaconi exercent, Chriſtum per Euangelium populis, ſicuti olim illi paſtoribus, nunciantes, & ſacerdoti in altari tanquam Chriſto miniſtrantes.

Nec mirum eſt, quòd Diaconus non ſecùs ac ſacerdos, ſi ſit excommunicatus, non poſſit hanc ſalutationem proferre, quia Domini ſalutem Eccleſiæ nunciare non debet, qui à Chriſto per excommunicationem eſt præciſus. Tum quia, quatenùs eam vocare velimus largo modo *Benedictionem*, eſt minoris, & inferioris generis, neque eam profert Diaconus tanquam ſuam, & propriam, ſed ſacerdotis celebrantis, videlicet nuncians populo, vt loquitur Hallier, eam benedictionem, quam petijt à ſacerdote, dicens: *Iube Domne benedicere*: & ab eo accepit per illa verba; *Dominus ſit in corde tuo, & in labijs tuis, vt dignè, & competenter annuncies Euangelium ſuum*: quæ benedictio ſecundùm Hallier eſt tantùm diſpoſitiua, quia ſcilicet per illa verba diſponit Fideles ad audiendum attentè Euangelium, ſeu illos excitat ad orationem, vt mauult Rupertus. Non eſt autem perfectiua, & quid ſacramentale, vt eſt ea, de qua loquimur, Epiſcoporum propria, per quam animæ Fidelium remiſſis venialibus ſanctificantur.

Hall. loc. cit.

Rup. l. 1. diu. off. c. 31.

Eodem modo non obſtant alia miniſteria Diaconis permiſſa, videlicet baptizandi, prædicandi, & pœnitentes publicè reconciliandi,

ex quibus infert D. Magrus ad benedicendi poteſtatem. Nam quoad baptiſmum, certiſſimum eſt, illud ex officio, & ſolemniter, iure diuino conferri non poſſe, niſi à ſacerdote, qui ad Sacramenta facienda ſpecialiter conſecratur. Ita firmant Canones, D. Thomas, & communiter DD. ac vt Ordinis Diaconalis ſit tantùm Diaconus miniſter extraordinarius baptiſmi, ita vt poſſit ex ſacerdotis commiſſione, vrgente neceſſitate, publicè baptizare iuxta Canones, Gloſſam, & Sotum. Quod in Paſchate tantùm indulgebatur propter affluentem Cathecumenorum multitudinem in ſacerdotis ſubſidium, vt colligitur ex Canonibus Romanis miſſis ad Galliæ Epiſcopos, ac S. Antoninus recenſet Diaconi officia, de quibus etiam videndus eſt Luiſius Turrianus. Prærogatiua igitur Diaconi eſt reſpectu inferiorum, vt ſcilicet poſſit publicè, & Epiſcopo præſente, & concedente baptizare, quod non poſſet facere Subdiaconus, minúſque Clericus, aut Laicus, qui tantùm dicuntur *Miniſtri ſufficientes* baptiſmi priuatim miniſtrandi abſente ſuperiore in caſu neceſſitatis. Ex hoc autem non videtur, quòd argui poſſit ad ſolemnem benedictionem, imò contrarium elicitur, quia licèt ex delegatione poſſint Diaconi, vt dictum eſt, publicè baptizare, id tamen nequeunt ſolemni ritu perficere, vt colligitur ex SS. Clemente, & Ignatio, & habetur in Canonibus, docentque communiter DD. cum D. Thoma, Sauſſay, Henriquez, & Hieronymo Garcia. Et, ſi facerent, eſſent irregulares iuxta decretum Hormiſdæ Pontificis, Lapum,

Cap. Conſtat de Conſecr. diſt. 4. *D. Thom.* p. 3. qu. 67. ad 2. *DD.* in d. c. Conſtat.

Dicto Cap. Conſtat. Cap. Diaconus, & ibi *Gloſſ.* verb. *Neceſſitas*. diſt. 93. *Sotus* in 4. diſt. 4. qu. vnic. art. 1. Vid. *Sirmon.* tom. 1. Conc. Gall. pag. 589.

S. Antonin. in Sum. par. 3. tit. 14. c. 16.

Turr. de Sacr. c. 73. dub. 4.

S. Clem. l. 8. Conſt. c. 28 *S. Ignat.* epiſt. ad Hieron. Diacon. Cap. Diaconos diſt. 93. *D. Tho.* 3. p. qu. 67. art. 2 *Sauſſ.* in Panop. Sacerd. p. 2. l. 5. c. 5. *Henriq* in Summ. l. 14 c. 6. § 2. *Garc* in Sum. moral. tr. 1. diff. 1. dub. 6 pun. 3. num. 17. Cap. 1. de Cler. non ordin. min. *Lapus* alleg 28.

Nauar. in Man. c. 27. num. 242. & conſ. 3. l. 5. *Maiol.* de Irreg. l. 4. c. 13 nu. 3. *Sayr.* de Cenſur. l. 7. c. 10. c. 4.

Nauarrum, Maiolum, & Sayrum.

S. Leo epiſt. 61. & habetur Cap. Adijcimus. 16. qu. 1. *S. Anton.* in Sum. p. 3. tit. 14. c. 16. §. 9.

Prædicatio ſimiliter nunquam fuit officium proprium Diaconorum, ſed Epiſcoporum, & ſacerdotum, vt inquit S. Leo, & S. Antoninus ait ex Paludano, Diaconum non habere authoritatem, ſed ſolùm habilitatem ad prædicandum: illi enim, & non inferiori committi debet. Facultas autem prædicandi, quæ in Ordinis Diaconalis collatione confertur, intelligenda eſt de publica lectione Euangelij in Miſſa ex Ambone, non autem de prædicatione. Ita docent Gloſſa, Abbas, & Nauarrus, plenèque probat Sauſſay. Proprium autem eorum munus fuiſſe catechizare, & baptizandos inſtruere ex Schola Apoſtolica docet Dionyſius; licèt cœperint deinde homilias SS. Patrum recitare, vt colligitur ex Concilio Vaſenſi: nunquam autem in cathedra eis prædicare licuiſſe teſtatur Bleſenſis: ſed ad ſummum præſente presbytero verba facere ex loco inferiori, quod ſatis diuerſum eſt à prædicando in ſuggeſtu.

Gloſſ. in Cap. Perlectis, & in Cap. Sancta, diſt. 92. *Abb.* in cap. Inter cetera de offic. Ordin. *Nauarr.* in cap. 25. numer. 14. *Sauſſ.* in Panopl. Sacerd. p. 2. l. 4. c. 5.

Dionyſ. de Eccl. Hier.

Bleſ. epiſt. 123. & 141.

Verùm quidquid ſit de hac re (nam tenent multi prædicationem propriè non eſſe actum Ordinis, ſed iuriſdictionis iuxta Gloſſam, & poſſe non à Diacono tantùm, ſed & à quolibet Clerico idoneo ex Epiſcopi approbatione exerceri, vt nouiſſimè tenet Quartus) eſt ſanè quid omninò diuerſum à benedictione Eccleſiaſtica, & ſolemni, de qua agimus, à quo proinde nulla fit valida illatio.

Gloſſ. in cap. peruenit diſt. 95.

Quart. in Rub. Miſſ. par. 2. tit. 6. dub. 7.

Idem dicendum eſt de publica pœnitentium reconciliatione, quam Diaconis olim commiſſam fuiſſe colligitur ex S. Cypriano. Id enim

S. Cypr. l. 3. epiſt. 16.

debet

debet intelligi, vel quia ipſi publicas imponebant pœnitentias, vt ſentit Hieronymus Garzias, vel quia abſoluebant à cenſuris, quod eſt actus iuriſdictionis delegabilis cuicumque clerico, vt docet S. Thomas: vel quia iuridicè lapſos ad pœnitentiam, & pœnitentes deinde ad diuerſos pœnitentium gradus admittebant, vt explicat Cellotius: quo ex munere *Cathartici* dicti ſunt. Ex his autem actibus iuriſdictionis nihil ad actus Ordinis inferri poteſt.

Garc. in Sum. mor. tr. 1. dif. 1. dub. 6. pun. 3. num. 16.

S. Tho 3. p. qu. 22. ar. 2 & 4. ſent. diſt. 19. q. 1. ar. 1.

Cellot. de Hierar. Eccl. l. 6. c. 23. §. 1. & 2.

Nihil præterea contra noſtram ſententiam concludit, quòd Diaconus Χειρῶν τύπος dicatur à Zonara: hoc enim nomine ſignificare voluit miniſterium in altari, & in elargiendis eleemoſynis. Nec deſunt nobiliores Diaconi appellationes ex S. Clemente, qui eum ἄγγελον, καὶ προφήτην et τοῦ ἐπισκόπου, τοῦ ἐπισκόπου ἀκοὴν καὶ ὀφθαλμὸν, καὶ στόμα, καρδίαν τε καὶ ψυχὴν appellat, quæ pariter omnia ad diuerſa miniſteria referuntur, quæ latè explicat Turrianus. Verùm hæc omnia nihil habent commune cum ſolemni benedictione, quæ ſpeciali Ordinis prærogatiua ad Epiſcopos pertinet, & ex priuilegio tantùm ad ſacerdotes.

S. Clem. l. 2. Conſt. c. 30. & 44.

Turr. dd. cap. 30. & 44.

Nec aliquid releuat exaggerata facultas benedicendi cereum Paſchalem Diaconis tributa. Nam primò dici poteſt cum Sauſſay, adhuc illam eſſe benedictionem ſacerdotalem, quia quamuis à Diacono expleri debeat, conſueueritque hactenus, hoc tamen ſacrum munus à Diacono haud licitè obiri poteſt, niſi presbytero præſente, & iubente, adeoque poſtulanti humiliter ipſi Diacono in hæc verba, *Iube Domne benedicere*, & ſuam benedictionem palàm, & publi-

Sauſſ. in Pan. Sac. p. 2. l. 2. c. 5. ar. 9.

Digitized by Google

publicè impertiente. Diaconus igitur ſic vice ſacerdotis, eiuſque mandato cereum benedicit, cui vt ſanctificationem conciliet, applicat quinque grana Incenſi à presbytero priùs benedicti, & in hunc finem ipſi tradita. Idemque ſentit Quartus, ſcilicet Diaconum Cereum benedicere de mandato ſacerdotis, tanquam eius organum, & fieri hoc propter rationes myſticas, quas adducit ex Durando.

Quart. de Bened. tit. 1. ſec. 4. dub. 1.

Duran. in Ration. l. 6. c. 80. num. 3.

Secundò tantorum virorum pace nego, vllam fieri à Diacono benedictionem, ſed tantùm cerei præconium, & laudem annunciari. Ita enim ab Eccleſia hæc cœremonia appellatur, nullumque penitùs in ea verbum reperitur, quod in benedictionibus adhiberi ſolet, cuiuſmodi ſunt; *Benedic Domine, benedicere, conſecrare, ſanctificare digneris: gratiam tuæ benedictionis infunde*, & ſimilia. Neque extenta manu, vt ſolet, fit crucis ſignum ſuper eo, neque aqua benedicta aſpergitur: hi enim ſunt conſueti ritus in omnibus benedictionibus. Rubrica ſolùm Miſſalis poſt præconium *Benedictionem* vocat, ibi. *Completa Cerei benedictione &c.* & apud aliquos Patres. Quare puto verbum *Benedictio* eo loci congruentiùs explicandum eſſe pro laude, & præconio, vt paſſim ſumitur in Sacra Scriptura. Neque ideo tamen cereus minùs remanet ſanctificatus, & conſecratus.

Poteſt enim primò dici conſecratus propter myſticam repræſentationem. Eſt enim cereus ille Chriſti typus, vt præclarè explicat Ennodius his verbis. *In huius tibi Domine ſanctiſſimæ noctis myſterio hoc cereum lumen offerimus, per quod caligo*

Ennod. in Bened. Cerei Paſchal.

vetuſta

vetuſta pellatur, in quo ſpecies trino compaginata conſortio, ſocietatis propemodùm myſticæ glutine coniungitur, quarum ceram parauit nectareis partubus fœta virginitas: papyrum ad alimenta ignium lympha tranſmiſit, lumen adhibet è Cælo. Vulgare autem eſt, virginem ceram Chriſti Corpus è Beatiſſima Virgine ſuſceptum, papyrum creſcentem in aqua, quæ animæ ſymbolum eſt, animam Chriſti, ignem diuinitatem ſignificare, vt latè demonſtrat Raynaudus. Quid igitur mirum, ſi cereus ille, tanquam Chriſti typus, & ſymbolum, ipſa ſignificatione ſacratus ſit, cum ex repræſentatione tantùm imagines quoque *Sacræ* dicantur. Ideoque ſubdit Ennodius. *Nihil hic habet nox humana, quod conſecrat, vbi totum dirigit ſuperna cogitatio. Agnoſcit hic odorem ſuum ſalutiferæ Virginis filius, vbi ſine coitu naſcitur, quidquid offertur*. Nec minùs appoſitè Rupertus ad comprobationem addit. *Laus cerei nullo modo nominanda eſſet, niſi Chriſtum filium, qui cum Patre, & Spiritu ſancto Deus vnus, & ſolus laudandus eſt, ſignificaret*.

Rayn. De Chr. l. 3. ſec. 3. c. 5. num. 343. & ſeqq.

Ennod. loc. cit.

Rup. de Diu. Off. c. 29.

Secundò cereus poteſt dici conſecratus ratione oblationis, & cuiuſdam veluti ſacrificij. Vtrumque apertè indicant Diaconi verba, ibi. *Suſcipe, ſancte Pater, incenſi huius ſacrificium veſpertinum, quod tibi in hac cerei oblatione ſolemni per miniſtrorum manus de operibus apum ſacroſancta reddit Eccleſia*. Quibus valdè conſonant, quæ ex S. Ennodio adduximus. Nullum autem dubium eſt, quin, quod Deo offertur, maximè per modum ſacrificij, ſanctum, & ſacratum efficiatur. Neque deſunt partes requiſitæ, videlicet conſecratio, quæ fit per affixionem quinque grano-

rum

rum thuris benedicti in modum crucis; neque oblatio, vt patet ex ſupradicta formula, *Suſcipe ſancte Pater &c*: neque tandem conſumptio per deſtructionem ſecundùm aliquam partem *Cereæ columnæ*, vt iiſdem Eccleſiæ verbis vtar, *quam in honorem Dei rutilans ignis accendit*. Idque apertiùs ſequentia verba declarant. *Oramus ergo te, Domine, vt cereus iſte in honorem tui nominis conſecratus ad noctis huius caliginem deſtruendam indeficiens perſeueret; & in odorem ſuauitatis acceptus ſupernis luminaribus miſceatur*. Tota igitur cerei Paſchalis cœremonia nullo modo eſt benedictio, ſed oblatio per miniſtrorum manus, id eſt Diaconorum Deo facta in quemdam ſacrificij modum, non vt ſit verum ſacrificium inſtitutum ad Deum placandum (nullum enim eſt in Eccleſia verum ſacrificium præter incruentum, quod fit in Miſſa) ſed ad ſolemnem tantùm ſacrificij, orationis, & laudis ritum: ideoque *Laus*, & *Præconium* appellatur. Et in hoc ſenſu ait D. Thomas, quòd omne, quod Deo exhibetur ad hoc, vt ſpiritus hominis feratur in Deum, ſit ſacrificium, & ita idem S. Doctor panem benedictum, ſiue Eulogia; quam S. Auguſtinus *Sacramentum* dixit, *ſacrificium* vocat, & ſequuntur Caietanus, & Canus, qui pariter thuris cremationem in Dei honorem *Quoddam ſacrificium* appellant.

D. Tho. 3. p. qu. 22. ar. 2.

S. Aug. l. 2. de pecc. mer. c. 26.

D. Tho. 2. 2. qu. 85. ar. 3. ad 3. Caiet. ibid. Canus l. 12. c. 5. & 13.

Perficitur autem huiuſmodi cœremonia, & oblatio à Diacono inferiori miniſtro ad deſignandum ſequiorem ſexum, mulieres ſcilicet, quæ manè prima Sabbathorum cum aromatibus acceſſerant ad monumentum, & inde receſſe-

ceſſerant nunciantes Chriſti reſurrectionem, quam eadem ratione in Miſſa Solemni eiuſdem Sabbathi Subdiaconus annunciat poſt epiſtolam Epiſcopo celebranti illis verbis: *Reuerendiſſime Pater, annuncio vobis gaudium magnum &c.*

Nec refragatur, quòd antiquus ordo Romanus referat, cereos Agnos benedictos olim fuiſſe ab Archidiacono. Nam vltra quòd id non ſatis conſtat, cum diuerſa tradat Durandus, acerrimus antiquorum rituum inueſtigator, vt notauit Raynaudus, dicendum eſt (ne Dei Eccleſiam inconſtantiæ arguamus, quæ non niſi ex ſpecialiſſimo priuilegio, aut ex magna neceſſitate benedictiones, in quibus ſacra vnctio interuenit, ſacerdotibus dumtaxat commiſit) aut Archidiaconum nudum hac in re præbuiſſe miniſterium in immergendis in aquam à Papa, vel ab Epiſcopo benedictam, & chriſmate mixtam, & extrahendis cereis Agnis, vt in præſenti faciunt Cardinales tam Presbyteri, quàm Diaconi, qui quodammodo dici poſſunt eos conſecrare; aut ſibi munus hoc vſurpaſſe, vti pleraque alia olim vſurparant, quod rei ordo poſtea factæ declarat, cum Pontifex Romanus hanc Agnorum conſecrationem ſibi dumtaxat reſeruauerit, eoſque ſolemniſſimo ritu in primo ſuæ Aſſumptionis anno, & deinde quolibet ſeptennio conſecrare conſueuerit.

Rayn. in Pontif. pag. 345. col. 1. num. 4.

Ex his ceſſat aliud argumentum à D. Magro adductum pro Diacono, qui, ſi poteſt conſtitutiuam cerei, & olim Agnorum benedictionem dare, multò magis poterit ſolemnem, quæ tantùm eſt inuocatiua. Quia præterquam quòd

Nn nego

nego ſuppoſitum, Diaconum videlicet cereum benedicere, aut Agnos validè, & licitè benedixiſſe ex ſupradictis; nulla adhuc vis fieri videtur ab argumento. Nam diſtinctio illa refertur ad effectus, quos faciunt, cum benedictio inuocatiua ſit per modum tranſeuntis, & conſtitutiua per modum permanentis: non ideo tamen hæc nobilior eſt altera, præſertim ſolemni, de qua agimus; ſiue reſpiciamus effectum, cum nobiliùs ſit, atque excellentioris poteſtatis remittere peccata, licèt venialia, quàm rem inanimem ſacram facere; ſiue attendamus miniſtrum, quia omnes benedictiones, vt ſupra dictum eſt, vnitæ ſunt ſacerdotio. Hæc autem ſolemnis eſt annexa Ordini Epiſcopali, non ſecùs ac ceteræ benedictiones conſtitutiuæ, quæ ſunt propriæ Epiſcoporum, nec ſunt Diacono delegabiles, ſed ſolum presbytero. Quamobrem alia comminiſcenda videtur ratio quare illa ſolemnis, non autem hæc, Diacono committi poſſint.

Venio nunc ad exempla à D. Magro allata. Et primò quidem pro Exocatacœlis, quos Diaconos fuiſſe D. Magrus aſſerit, & tamen ſolemniter benedixiſſe, aduertendum eſt, eos fuiſſe Parochos vrbis Conſtantinopolitanæ, ſicuti olim Presbyteri Cardinales, vt ipſemet luculenter ſcripſit in ſua Notitia: quos proinde Ordine ſacerdotali inſignitos fuiſſe oportet, quamuis Patriarchæ in pontificalibus celebranti, tanquam Diaconi miniſtrarent.

Magr. in notit. pag.

Quod dicitur de Moyſe, vel adhærere volumus Heſychio, & dicendum eſt cum eo, Moyſen,

Heſych. l. 2. in leu. c. 9.

Moyſen, tanquam virum iuſtum, priuata, & laicali benedictione benedixiſſe, quo modo nedum Diaconi, ſed quilibet, ſiue vir, ſiue mulier, ſanctitate Chriſtum induens, & repræſentans, poteſt benedicere. Ita Sauſſay, Quartus, & Raynaudus. Vel ſequimur communem ſanctorum Patrum ſententiam aſſerentium, Moyſem fuiſſe ſacerdotem non ordinatione, quia ſcilicet à nemine fuerit initiatus, ſed authoritate à Deo inſtitutum, cum non ſolùm ſacrificauerit, ſed etiam Aaronem vnxerit in ſacerdotem: ſicuti etiam Chriſtus Dominus, quamuis à nemine ordinem ſacerdotalem ſuſceperit, fuit tamen verus, & ſummus ſacerdos, dicente Pſalmiſta: *Tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech*: & Apoſtolos quoque ſacerdotes inſtituit. Et hoc ſanè Moyſis argumento S. Thomas nititur ad probandum, Chriſtum verum fuiſſe ſacerdotem, quamuis natus non ſit de ſtirpe figuralium ſacerdotum, nec ab aliquo ordinatus. Imò Nazianzenus non ſolum Moyſem inter ſacerdotes recenſet cum Pſalmiſta, ſed etiã eum fuiſſe *Iſraëlitarum Antiſtitem, & Sacerdotum Sacerdotem* aſſeuerat, cum Pontificatus cathedram *Moyſis cathedram* appellauerit Chriſtus, & benè notauit Raynaudus. Poterat igitur iure proprio Moyſes, tanquam verus ſacerdos, benedicere, & tanquam Chriſti imago, & figura iuxta D. Thomam, cũ non alio nomine ſacerdotes benedicant, niſi quia Chriſtũ referunt, cuius benedictio ſicuti ſemper fuit etiã in rebus inanimatis efficax, & effectiua, ita benedictio ſacerdotalis eiuſdem meritis impetrat

Sauſſ in Pan. Sacer. l. 2. c. 5. ar. 8. *Quart.* de Bened. tit. 1. ſec. 4. dub. 2. *Rayn.* Heter. ſpir. p. 2.

Pſal. 109.

S. Tho. 3. p. q. 22. ar. 1.

Nanz. orat. 6.

Pſal. 98.

Matth. c. 23.

Rayn in Onom. Pont. ver. *Moyſes.*

D. Thom. 4. ſent. diſt. 19. qu. 2.

ſalutarem effectum, ad quem aſſumitur, quod ideo nequeunt etiam facere Diaconi, quia Angelos potiùs repræſentant, qui miniſtri ſacerdotij Chriſti dicuntur.

Nyſſen. in Vit. S. Gregor. Thaum.

Quod de Diacono apud Nyſſenum adducitur, facilè animaduertitur, Diaconum illum, non ſua, ſed ſacerdotali S. Gregorij benedictione circumdatum ad ciuitatem acceſſiſſe, & horribiles dæmonum cohortes, quæ balneum cum multorum pernicie obſederant, illæſum fugaſſe, neque vſquam legitur benedictionem dediſſe: atquì ad dæmones certè expellendos exorciſmi quidem, & maledictiones, non autem benedictiones adhiberi conſueuerant.

Rayn. to. 2. Het. ſpir. ſec. 2. pun. 3.

Hoſtien. in Cap. 1. num. 5. de ſuppl. neglig. Prælat.

Tambur. de Iur. Abb. diſp. 5. qu. 12. per totam.

Quod adducitur de S. Benedicto, alijſque ordinis Caſſinenſis Abbatibus, qui Diaconali tantùm Ordine initiati affirmantur, ex eo ſolùm conijci poteſt, Abbates Diaconos Monachis abeuntibus, & redeuntibus, tanquam Patres filijs, benedixiſſe. Huiuſmodi autem *Vſuaria benedictiones*, vt vocat Raynaudus, ſeu *Monachales*, vt dicit Hoſtienſis, ſunt priuatæ, & laicæ, vel ad ſummum in Choro benedixiſſe recitaturis lectiones Matutini, quod, vt ſupra vidimus, faciunt Abbatiſſæ, licèt ratione ſexus omnes ordinis ſint incapaces, nullo autem modo dici poteſt, eos ſolemnem dediſſe benedictionem. Tum quia ex hoc ipſo benedicendi munere, Abbatibus in Regulis, & Conſtitutionibus ſuarum Congregationũ præſcripto, optimè infert Tamburinus, neceſſariò eſſe debere presbyteros: aliàs enim benedicere nequeunt, nedum ſolemni, vt ſupra diximus, ſed neque priuata

bene-

benedictione. Tum etiam quia de eo tempore, quo Abbates Diaconi monaſterijs præfuiſſe leguntur, nondum priuilegio pontificalia exercendi potiebantur, vt notat Sauſſay probans, Alexandrum II. vſum ſandaliorum, & mitræ primùm conceſſiſſe Abbati S. Auguſtini Cantuarienſi anno 1063. & Vrbanum II. Abbati Cluniacenſi, & ſucceſſiuè anno 1088. oſtendens omnium primum pontificalibus inſignitum S. Maiolum Abbatem Cluniacenſem, qui obijt anno 994. & ideo neque coniectura eos ſolemniter benedixiſſe præſumi poteſt.

Sauſ. in Pan. Epiſc. l. 1. de mitr. antiq. c. 3.

Poſito igitur tanquam certo, quòd omnino repugnet Ordini Diaconali ſolemnem tribuere benedictionem, ad principalem quæſtionem deſcendo, & firmiter aſſero, Diaconos Cardinales, ſi ſint in Ordine tantùm Diaconali conſtituti, non poſſe benedicere: ſecùs ſi ſint actu Presbyteri.

Fundamentum concluſionis eſt, quia cum benedictio ſolemnis ſit Ordinis Epiſcopalis, vt ſupra fuit probatum, non poteſt conuenire Cardinalibus, Diaconali tantùm Ordine initiatis. Nam Cardinales, ſiue Presbyteri, ſiue Diaconi, in ijs quæ ſunt Ordinis, nihil differunt à ceteris in Ordine Presbyterali, & Diaconali conſtitutis, quamuis ratione dignitatis, & præeminentiæ, tanquam Electores Papæ, & eius membra, etiam Epiſcopos, Archiepiſcopos, & Patriarchas præcellant.

Huius autem præeminentiæ cauſa licèt conceſſa ſint illis, ſiue ex conſuetudine, ſiue ex priuilegio, non ſolùm ea ferè omnia, quæ ſunt iu-

risdictio-

riſdictionis Epiſcopalis in Eccleſijs, quarum Titulos habent, & in Cappellis, ac reliquis Eccleſijs eorum Titulis ſubiectis, vt poſt Honorij III. decretum firmant Abbas, Felinus, Butrius, Io. Monachus, & ceteri Canoniſtæ, verùm & aliqua poteſtatis Ordinis, quæ conceſſa ſunt Abbatibus in ſuis Eccleſijs: non ideo tamen omnia prædicta priuilegia æquè conuenire poſſunt Cardinalibus Presbyteris, ac Diaconis.

Cap. His quæ de Maior. & Obed. & ibi. *Abbas, Felin. Butr. Monach. & reliqui.*

Quia, ſi rem altiùs diſquiramus, neque poteſtas iuriſdictionis Cardinalibus conceſſa poterat olim conuenire, niſi Cardinalibus Presbyteris, qui habebant parochias, in quibus inerat animarum cura, & Sacramenta adminiſtrabantur. Nullo autem modo Cardinalibus Diaconis, qui quamuis ſacras ædes in Sãctorum memorias dicatas haberent, quarum ipſi cuſtodes erant, & apud quas habitabant, non tamen dicebantur *Tituli*, ſed *Diaconiæ*, quæ, vt earũ etymon demonſtrat, erant domus miniſteriales, ſiue hoſpitalia, quibus nulla animarum cura, nulla Sacramentorum adminiſtratio incumbebat, ſed ibi Diaconi demandata ſibi munia faciebant, Eccleſiæ pecunias ſeruabant, & plebi inopia laboranti in ſuis Regionibus diſtribuebant. Ideoque vſque ad Xyſti IV. tempora adeò erant Diaconiæ à Titulis diſtinctæ, vt ſi Diaconus Cardinalis fieret Presbyter, Diaconiam retinere nulla ratione poſſet, ſed continuò illa relicta Titulum accipere cogeretur. Tunc igitur nulla poterat Diaconis iuriſdictio conuenire, cum neque ſubditos, in quos eam exercere poſſent, haberent, eorumque Diaconiæ Presbyteris Cardinalibus,

in quo-

in quorum parœcijs, tanquam Diœceſibus, ſitæ erant, ſubeſſent: atque ipſemet Diaconus Cardinalis cuilibet Titulari ſuo, ſeu Parocho ſacris operanti miniſtrare teneretur, vt tradunt Panuinius, Frances, Romanus, & Bagnus: Ideoque antiquiores Canoniſtæ dicentes, Cardinalem habere iuriſdictionem Epiſcopalem, ſeu quaſi, expreſsè loquuntur de Presbyteris Cardinalibus, aut de Cardinalibus in ſuis Titulis, quod idem eſt, cum ipſi ſoli habeant Titulum, vt poſt Hoſtienſem notant Scribentes: & Cardinales Diaconi nunquam per hanc dictionem Tituli denominentur, vt Canones conſtituunt, & ſcribunt Abbas, Franciſcus Marcus, & Germonius.

Panuin de Tit. Cardd *Franc.* de Ecc. Cathed c. 27. numer. 86 & 87 *Roman.* de Rep. Chriſt l. 3. c. 9. *Bagn.* de Præcip. S. R. E. Dign. tt. 11. pag. 167.

Hoſt. in Cap. His quæ de Maior. & obed. & ibi *Scribentes*.

Cap. Penult. de Arbitr Cap. Cum ex litteris de In. integr. reſtit. Cap. Ad audientiam de Præſcript. *Abb* in Cap. Coram de Elect. *Marcus* q. 1294. num. 1. 3. & 5. *Germon.* de Indult. Cardd. §. Titul.

Verùm à tempore Xyſti IV. qui, teſte eodem Panuinio, primus titulos cum Diaconijs confudit, illos Diaconis, hos Presbyteris cœpit promiſcuè concedere, & per Conſtitutionem ſuam illos omninò quoad prærogatiuas æquiparauit, dubium non eſt, quin quoad iuriſdictionem forenſẽ æquales eſſe cœperint, vt notat D. Fagnanus. Hæc autem eſt omnino diuerſa à poteſtate Ordinis, & de ea tantùm loquitur prædicta Conſtitutio: ideoque æquè poſſunt vtrique beneficia ſuis in eccleſijs conferre, eaſque & Clericos ibidem ſeruientes viſitare, corrigere, eiſque cenſuras irrogare, vt ait Antonius de Roſellis. Non tamen poſſunt Diaconi ea, quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis, ſicuti neque illa, quæ ſunt Ordinis Presbyteralis. Nam priuilegia contra ius commune debent ſtrictè interpretari, vt ſanciunt Canones, neque poteſt dari amplia-

Panuin. loc. cit.

Fagn. in Cap. His quæ de Maior. & obed. num. 29.

Ant. de Roſel. de Indulg. num. 365.

Cap. olim de Sign. verbor.

ampliatio in ijs, quæ ſunt Ordinis.

Quare, ſi Cardinalis Diaconus non poteſt aquam, neque alia benedicere, quod tamen ſimplici ſacerdoti conceſſum eſt, multo minus poterit ſolemnem benedictionem, quæ Epiſcopalis eſt dignitatis, impertiri.

Confirmatur primò; nam Cardinalis Diaconus ſi ſolemniter baptizet, eſt irregularis. Ita in puncto Henriquez, & Sayrus; & tamen baptizandi munus eſt Ordinis Presbyteralis, qui Epiſcopali eſt inferior.

Henr. in Summ. l. 14. c. 6. §. 1. *Sayr.* de Cenſur. l. 7. c. 10. num. 4.

Confirmatur ſecundò: quia Cardinalis non Presbyter etiamſi ſit Legatus à latere nõ poteſt conferre Ordines minores, neque conſecrare Virgines, neque Eccleſiam reconciliare, vt firmat Ioannes à Turri: *quia*, inquit, *ea*, *quæ pertinent ad poteſtatem conſecrationis*, & *reſpiciunt corpus Chriſti myſticum*, *poſſunt non Epiſcopis committi*, *ſed ſacerdotibus*. Ergo neque poterit ſolemniter benedicere. Quinimò Gondiſaluus de Villadiego Rotæ Auditor, & Zecchius tenent, poſſe Legatum à latere benedicere cum ſigno Crucis obuios, & ſolemnem benedictionem facere, dummodo ſit Epiſcopus.

Io: à *Turri* de Legat. à later. §. 4. l. 2.

Villad. de legat. qu. 6. nu. 5. *Zecch.* de Rep. Chriſt. tit. *De Stat. Illuſtr. leg. a later.*

Confirmatur tandem, quia Abbates, quibus priuilegium ſolemniter benedicendi conceſſum eſt, non poſſunt illo vti, niſi ſint actu ſacerdotes, vt inquiunt Suarez, & Tamburinus. Ergo neque poſſunt Cardinales tantùm Diaconi, quod innuere videtur D. Fagnanus, qui enumeratis facultatibus iuriſdictionalibus quas Cardinales tam Presbyteri, quàm Diaconi habent in ſuis eccleſijs, addit ea, quæ ſunt Ordinis,

Suar. de Relig. to. 4. l. 2. n. 4. *Tambur.* de Iur. Abb. diſp. 5. q. 12. per totam.

nis, videlicet ſolemnem benedictionem, & minorum Ordinum collationem, cum ea tamen limitatione, *Dummodo*, inquiens, *ſint ſacerdotali charactere inſigniti*.

Fagn. in Cap Hiſquæ. de Maior. & Obed. n. 18. 24. 25.

Neque obſtat, Cardinales etiam Diaconos longè præſtantiores eſſe nedum Abbatibus, verùm etiam Epiſcopis, Archiepiſcopis, & Patriarchis. Id enim verum eſt quoad iuriſdictionem ad regimen vniuerſalis Eccleſiæ, quia cum Pontifice habent ſollicitudinem omnium Eccleſiarum, vt ſcribunt Bellarminus, & alij apud Azorium, & D. Fagnanum: atque, vt eiuſdem Pontificis cooperatores, ſiue, vt vocat S. Bernardus, *Collaterales*, *& coadiutores*, ipſos Epiſcopos creant, iudicant, & deponunt. Non ſunt autem his maiores Ordinis poteſtate, ob quam Epiſcopus Cardinali non Epiſcopo præſtantior eſt, & Abbas ſacerdos Cardinali non Presbytero, vt idem Bellarminus Cardinalis docet: ſicuti etiam Epiſcopus electus, & confirmatus, cum maior ſit iuriſdictione presbytero, ab eo tamen Ordinis poteſtate ſuperatur, ſi non eſt presbyter conſecratus, prout videre eſt apud Beyerum.

Azor. p. 2. l. 4. c. 1. qu. 1. & 9. *Fagn.* in Cap. Bonæ memoriæ de Poſtul. Prælat. num. 34. & ſeqq. & in Cap. Ex geſtis. de Cler. non reſid. num. 12: & ſeqq. *S. Bern.* l. 4. de Conſid.

Bellar. de Cler. c. 16. §. 3.

Beyer. de Eccleſ. Hier. q. 15. cap. 2.

Quin imò etiam in ijs, quæ ſunt iuriſdictionis, & dignitatis maior eſt Epiſcopus in ſua diœceſi, & Abbas in ſuo territorio, quàm Cardinalis in ſuo Titulo. Nam illi poſſunt ferre leges, congregare ſynodum, diſpenſare, punire, indulgere, quæ Cardinalibus minimè competunt, vt tradit idem Cardinalis Bellarminus, idemque firmat Mandoſius, dicens, quòd Cardinales in Eccleſijs ſibi ſubiectis tantam

Bellar. loc. cit. §. *Pari ratione*.

Mandoſ. in Reg. 7. Cancell. qu. 2. num. 7.

non habeant iuriſdictionem, vt poſſint cauſas criminales, vel ciuiles cognoſcere, ac iudicare, ſicuti poſſunt Epiſcopi, & plerique Abbates in ſuis Eccleſijs; neque habent ea, quæ à Concilio Tridentino ſunt conceſſa Epiſcopis, prout etiam inquit D. Fagnanus. Idque eſt, quod intellexit Barbatia dicens, cos æquiparari Epiſcopis quoad quid, non autem ſimpliciter.

Fagn. d. Cap. His quæ nu. mer. 16. & 32.

Barbat. de Cardd. proſtan. p. 1. qu. 3. num. 6.

Præterea neque habent Cardinales vſum Baculi, vt Epiſcopi, & Abbates, qui eſt ſignum iuriſdictionis, & dignitatis, quem ideo legimus Marinum Vicarium Romanum in octaua Synodo auferri Photio ingredienti iuſſiſſe, *Quia baculus*, inquit, *ſignum eſt dignitatis Paſtoralis, quod hic habere nullatenùs debet, quia lupus eſt, & non paſtor*. Multò igitur minùs poſſunt Cardinales Diaconi habere ea, quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis, cum generaliter etiam de Cardinalibus id aſſerat Germonius. Et quidem Baldus, ac Felinus tenent, Cardinales, ſi ſint Epiſcopi, habere ſanè ea, quæ ſunt Ordinis, non autem æquè, ſi ſint Presbyteri, vel Diaconi. Et ideo idem Germonius ait, Cardinales in ſuis Titulis perquàm ſimiles eſſe Epiſcopis electis, & nondum conſecratis, qui poſſunt ea, quæ ſunt iuriſdictionis, non autem Ordinis.

Baron. To. 10. Ann. pag. 417.

Germ. de Induſt. Cardd. §. *ſam ratione*, num. 20. *Bald.* in Cap. His quæ de Maior. & Obed. & ibid. *Felinus*.

Germ. loc. cit. nu. 30. & 31.

Secùs autem dicendum eſt de Cardinalibus Diaconis, actu tamen ſacerdotibus, vt in concluſione dictum eſt. De his enim non dubito, quin poſſint in ſuis Diaconijs benedicere. Nam cum priuilegium ſolemniter benedicendi (idem dico de priuilegio pontificalia exercendi, & con-

conferendi Ordines minores) ſit conceſſum Collegio Cardinalium, ablato in Diaconis inferioris Ordinis obſtaculo, nihil ampliùs impedit, quin ipſe ad ſacerdotium promotus cenſeatur capax eiuſdem priuilegij, non ſecùs ac quilibet alius Presbyter Cardinalis, & eodem modo poſsit in ſua Diaconia ſolemniter benedicere, vt in ſimili cenſuit Rota; licèt eam non ſequatur D. Fagnanus.

Rot. dec. 244. par. 3. rec.

Fagn. in Cap. Ad hæc de Off. Archid. nu. 21. & ſeqq.

Non aduerſantur modò à D. Magro adducta ſpecialiter pro Diaconis Cardinalibus: & primò, quòd, cum hi habeant inſignia pontificalia, videlicet Compagos, & mitram, ideo etiam poſsint ſolemniter benedicere. Aliud enim eſt, & perquàm diuerſum pontificalia exercere, aliud inſignibus pontificalibus vti. Primum enim, cum non conueniat niſi ſaltem Abbatibus, & Cardinalibus Presbyteris, non eſt ambigendum, quin ipſis dumtaxat ſolemnis benedictio, tanquam quid annexum, conueniat: ſecùs autem ijs, qui nudam habent inſignium geſtationem, vt ſunt Cardinales Diaconi, qui mitram geſtant, etiam antequam Ordine Diaconali initientur. Atque hoc ipſo albæ mitræ priuilegio in Concilio Florentino primùm vſos fuiſſe conſtat, vt ex Andrea de ſancta cruce notauit Sauſsay: nam antiquitùs, & viuente D. Gregorio Pontifice Compagos, ſeu Campagos tantùm geſtaſſe legimus in Canone, quos etiam diuerſos fuiſſe, ſeu colore, ſeu forma à ſandalijs Epiſcoporum, & Presbyterorum cenſet idem Sauſsay; ipſoque hoc Compagorũ priuilegio Diaconos Cardinales non vſos

Sauſ. in Panop. Epiſc. l. 7. c. 9.

Cap. Peruenit diſt. 89.

Sauſ. loc. cit.

probat clarè ex Iuone Carnotenſi, qui floruit primo ſeculo poſt millenarij Chriſtiani elapſum. Quidquid tamen id ſit, ſola quidem, & nuda mitræ, & ſandaliorum geſtatio, quæ ad decorem tantùm Eccleſiæ, & non ad Ordinem deſignandum, neque ad ampliationem officij ſæpiùs ab Apoſtolica Sede conceſſa eſt, vt inquiunt Io. Andreas, & Franciſcus Marcus, nullam dat ſolemniter benedicendi authoritatem. Nam & Canonici Eccleſiæ Meſſanenſis, quibus etiam olim Compagorum vſus fuerat conceſſus, & Clerici Lugdunenſes Primoris Claſſis, non modò Primatialis Eccleſiæ, ſed Collegiatarum quoque eidem ſubiectarum ſacri miniſtri diuinis operantes, nimirùm Presbyter, Diaconus, & Subdiaconus infulati ſolemni ritu altari deſeruiunt, teſte eodem Sauſsay, nec tamen propterea omnes prædicti ſolemniter benedicunt.

Andr. in cap. Vt Apoſtolicæ de priuil. in 6. *Marc.* q. 1086. num. 1.

Sauſ. in Panop. Epiſc. l. 1. c. 3.

Non obſtat ſecundò, quòd Cardinales Diaconi ex conſuetudine dent indulgentias, & cenſuras relaxent. Etenim quoad indulgentias, non dant propriè loquendo, ſed datas à Summo Pontifice in caſibus præſcriptis, & cum determinata menſura diſpenſant, ſeu publicant. Quin ſcribit Antonius de Roſellis, id poſſe Cardinales Diaconos ex conſuetudine quadam tolerata potiùs, quàm à iure communi; prout etiam docent Iacobatius, Pauinus, & Nauarra; ſolus enim Summus Pontifex eſt propriè diſpenſator Eccleſiæ theſauri, vt ait Henriquez. Atqui certum eſt iuxtà D. Thomam, Azorium, & alios, actum conferendi indulgentias non

Ant. de Roſell. de Indulg. num. 172.

Iacob. de Conc. p. 1. l. 1. ar. 1. num. 205. *Pauin.* de Viſit. p. 1. qu. 1. num. 20. & 21. *Nauar.* de Indulg. not. 31. n. 7. *Henr.* in Summ. l. 7. c. 2.

D. Tho. 4. ſent. diſt. 20. q. 1. ar. 3. *Azor.* inſtit. moral. p. 1. l. 3. c. vlt.

eſſe

eſſe Ordinis,ſed iuriſdictionis,quia eſt quædam pœnæ relaxatio; & in puncto de Cardinali Diacono ſcribit Bagnus. Quarè Papa ſtatim ac electus eſt, quamuis non ſit ſacerdos, poteſt indulgentias dare, & Epiſcopus pariter electus, & confirmatus ante conſecrationem authoritate Papæ. Idem dicendum eſt de cenſuris, quarum inflictio, & abſolutio ſunt actus iuriſdictionales, & meri imperij, & poſſunt committi nedum Diaconis, ſed etiam clericis in minoribus conſtitutis, vt eſt communis omnium Doctorum ſententia apud Torreblancam Villalpandum, qui addit, poſſe etiam laico nudum miniſterium concedendi indulgentias, & abſoluendi à cenſuris virtute Bullæ Cruciatæ committi.

Bagn. de Præcip. S.R.E. diacon. tr. 12. pag. 101.

Villal. l. 14. iur. ſpirit. practic. c. 1. numer. 1. ad 4. & cap. 14. num. 32. & 33.

Tertiò non releuat ratio deducta ex Paez, dum monet, Sacerdotem coram Diacono Cardinali non debere benedicere ſine tacita eius licentia; quare infert D. Magrus: *Ergo Cardinalis Diaconus benedicendi authoritatem Sacerdoti delegat; multò igitur magis ipſe poterit exercere id, quod delegat, ſecundùm vulgatum axioma, propter quod vnumquodque tale, & illud magis.* Nemo autem dixit, licentiam illam benedicendi, quam ſacerdos coram Epiſcopo, Archiepiſcopo, Patriarcha, aut Cardinali tacitè, vel expreſsè petere debet, eſſe authoritatis delegationem. Hanc planè facultatem habet ſacerdos ex proprio officio, & miniſterio. Ita quidem ſentiunt ad vnum omnes tám Theologi, quàm Canoniſtæ, & aiunt, tacitam illam licentiam requiri tantùm ex quadam reuerentia, quæ etiam Cardinali Dia-

Diacono debetur propter eminentem eius dignitatem. Ita pariter idem actus obſeruantiæ fieri debet coram Epiſcopo electo, & confirmato, etiamſi nondum ſacris ordinibus ſit initiatus. Demus tamen, Cardinalem Diaconum benedicendi facultatem ſacerdoti concedere poſſe, non propterea ſequitur, Diaconum Cardinalem poſſe benedicere. Non enim militat axioma illud philoſophicum in rebus Moralibus, & Theologicis. Poteſt enim Papa non conſecratus committere Confirmationem ſimplici ſacerdoti, quam ipſe non poteſt miniſtrare. Ita Suarez. Poteſt Epiſcopus non conſecratus, imò & Capitulum Sede vacante, & Vicarius Capitularis dare alteri Epiſcopo licentiam exercendi ea, quæ ſunt Ordinis. Ita Abbas, Io. Andreas, & Gerunda. Nemo autem eorum illa exercere poteſt, quamuis exercendi licentiam concedere valeat.

Suar. in 3. p. to. 3. diſp. 36. ar. 18. ſec. 2.

Abb. in Cap. 1. de Tranſ. Epiſc. n. 10. *Andr* in cap. Cū ex eo de Elect. in 6. *Gerun.* de Epiſc. p. 2. l. 7. diſp. 8. c. vnic. per tot.

Non obſtat tandem S. Antoninus, qui loquens de presbyteris, qui populis benedicunt, ſtatim ſubdit: *Quamuis enim benedicant Diaconi Cardinales, ſed hoc nullus Archidiaconus præſumit.* Omnes enim Cœremoniſtæ id penitùs inuſitatum, inauditumque teſtantur: in primis verò Paris Craſſus ait: *Diaconus Cardinalis accedens ad Eccleſiam ſuam, & apud illam manens, nunquam à ſe ipſo, vtpote Reuerendiſſimo Cardinali, nec virtute ſui Diaconalis Ordinis priuatè, nec publicè, neque ſimpliciter, nec ſolemniter, ideſt in cantu, ſed nec populum, neque rem aliquam benedicere, nec denique vllam benedictionem facere poteſt.* Et nulla omnino in contrarium extat apud tot antiquiſſimos Cœremoniarum

Pariſ. Craſſ. de Cære. Card. l. 2. c. 23.

rum

rum magiſtros memoria. Quare cum D. Antoninus non doceat, quid iuris ſit, ſed ita fieri referat, dicendum eſt, aut ipſum ab aliquo minùs probatæ fidei authore deceptum erraſſe (vti patet in fabula Ioannæ Papiſſæ, quam nimis credulus ſuis Annalibus inſeruit, quod tamen neque eius doctrinæ, neque ſanctitati derogat) aut nullam forſitan diſtinctionem feciſſe inter Cardinales in Diaconos quidem cooptatos, ſed ſacerdotium, ſæpe etiam Epiſcopatum obtinentes, de quibus nullum eſt dubium, quin poſſint benedicere, & eos, qui tantùm Diaconi ſunt, quos benedicere poſſe contendimus. Itaq; quoad primos D. Antonini aſſertionem amplector; hoc enim modo etiã Archidiaconus benedicere præſumit, & Archipresbytero defertur, vt dictum eſt, cum iam ab antiquiſſimo tempore, ex quo ſcilicet interdicta fuit per Canones Diaconorum in Presbyteros iuriſdictio, vſus inualuerit, vt Archidiaconi ex Presbyterorum ordine eligantur, vt colligitur ex Hoſtienſi, Butrio, Io: Andrea, & alijs apud D. Fagnanum, & tradit Beyer, quod neque D. Antoninus aduertit.

Fagn. in cap. Ad hæc de Off. Archid. nu. 17. *Bayer* de Hier. Eccleſ. qu. 15. c. 4. prope finem.

Præter autem D. Antoninum, ex Theologis neminem hactenus legi huius opinionis fautorem. Ex Canoniſtis verò Laudenſem ſolùm, & Manfredum, quorum neuter tamen eſt ſibi conſtans. Laudenſis enim ſic habet. *Cardinales etiam non Epiſcopi habent ex priuilegio, vt poſſint portare inſignia, & conferre minores ordines: nam vltra officium ſacerdotale, nihil habent à iure ſecundùm Hoſtienſem, & Io: Andr. In cap. 1. de Supplen.*

Laud. tr. 1. de Card. q. 32

plen. negl. Prælat. & not. in cap. Clerici de Vit. & honeſt. cleric. Alibi verò oblitus eorum, quæ ſcripſerat, ita tradit. *Vtrum D. Cardinalis non Epiſcopus benedictionem ſolemnem facere poſſit? Reſpondetur poſſe, nam Presbyteri, & Diaconi Cardinales, etſi nullam ſacerdotalem ordinationem receperunt, tamen ſolemniter benedicunt ſecundùm DD. in cap. Licèt de Elect. & 23. diſt. c. In nomine Domini*: & ideo magna cum dubitatione eum refert potiùs, quam ſequitur Cohellius inquiens: *Si Laudenſis vera ſcribit.*

Laud. tr. 2. de Cardd. q. 31.

Cohel. in Not. Cardd. c. 16: Priu. 9.

Manfredus autem Laudenſem, à quo accepit, quamuis eum non alleget, in hoc ſequitur. Doctores autem, quos adducit, videlicet Pauinus, & Iacobatius, contrarium dicunt, vt infra videbimus. Quemadmodum alibi ipſemet ſibi contrarius eſt: nam, poſtquam dixit, Cardinales Presbyteros pontificijs ornamentis vti in diuinis peragendis, ſacris initiare, ac benedicere de more, ſicut Epiſcopi ſolent, ſubdit. *Diaconi Cardinales, licèt ſacra non faciant, nec benedicant, cetera tamen inſignia Pontificia, & dignitates aliorum Cardinalium in tertio ſuo ordine habent.* Nec mirum, nam tractatus ille *De Cardinalibus* non eſt ipſius Manfredi, ſed Bernardi de Roſacio Theologiæ Magiſtri, & V. I. D. quem citat Cardinalis Iacobatius, ſed illum typis excuſum Manfredus, vti proprium opus, falsò ſibi adſcripſit, & ſuo nomine edidit Bononiæ anno 1564. Corniculæ Horatianæ, ſiue Eſopicæ ſimilis, quod deprehendiſſe Cardinalem Lancellottum, collato Manfredi tractatu cum vetuſto codice ipſius Bernardi, manuſcripto

Manfr. dec. 78.

Manfr. de Cardd. c. 5. circa fin.

Iacob. l. 1. de Concili

Ano-

Anonymus quidam I. C. teſtatur in quadam Nota ſatis antiqua, & præfixa eidem tractatui à me diligenter perlecta, qui prædictæ collationi interfuiſſe affirmat in Bibliotheca locupletiſſima D. Lancellotti tunc Rotæ Auditoris anno 1580. Solæ itaque deciſiones ad Cardinalatum ſpectantes, quæ poſt tractatum reperiuntur, ſunt Manfredi Farinæ, in quibus non ſemel turpiter lapſus eſt, præſertim vbi contra omnium Doctorum ſententiam firmat, Cardinales non Epiſcopos poſſe ſacros Ordines conferre, & allegat Hoſtienſem, Io. Andream, Laudenſem, Bertacchinum, & Iacobatium, quorum nemo vnquam id aſſerere ſomniauit, vt aduertit Cohellius. *Manfr. dec. 17.* *Cohel. loc. cit.*

Quanquam verò nedum prædicti, qui ſuamet inconſtantia, & vanitate refelluntur, ſed alij præterea Canoniſtæ reperirentur, qui ſimiliter dicerent, Cardinales Diaconatu tantummodò initiatos, poſſe ſolemniter benedicere; cum tamen articulus iſte ſit de re ad Ordinis ſacramentum ſpectante, atque ita originem trahat ab Euangelio, potiùs Theologis adhærendum eſt, quàm Canoniſtis, vt in ſimili dixit Cardinalis Albanus, videlicet, Canoniſtarum authoritatibus minimè credendum eſſe, niſi quatenùs iurium, vel rationum robore muniantur. Non enim ex Authorum multitudine, ſed ex ratione ius conſtituendum eſt; idque etiam Dominus monuit dicens: *In iudicio non acquieſces plurimorum ſententiæ, vt à veritate deuies.* *Alban. de Cardd. qu. 17.* *L. 1. §. ſed neque C. de Vet. iur. enucl.* *Exod. cap. 23.*

Verùm in hac noſtra quæſtione non ſolùm Theologi, ſed Canoniſtæ omnes (Laudenſi, &

Manfredo exceptis) priuilegium ſolemniter benedicendi Presbyteris Cardinalibus, non autem Diaconis conuenire decernunt, quos ideo ſingillatim adduco.

Doctores tenentes, quòd Cardinales Diaconi non poſſint benedicere.

Primò Maiolus, qui poſtquam firmauit, aliquòd ſimplex ſacerdos, ſi benedicat vt Epiſcopus, illis verbis, *Sit nomen Domini &c.* ſit irregularis, ſubdit; *Cardinalis tamen nondum Epiſcopus poteſt publicam benedictionem dare ex proprio priuilegio DD. in cap. licèt de Elect. Iacobat. in tract. de Concil. lib. 1. tit. de Cardd. & Patriar. verſ. item aliud priuilegium.*

Maiol. de Irreg. l. 4. c. 13. num. 1. & 2.

II. Tamburinus ait, benedictionem ſolemnem ſimplici ſacerdoti non competere, exceptis S. R. E. Cardinalibus; qui ex antiquiſſima conſuetudine ſolemniter benedicere poſſunt.

Tambur. de Iur. Abb. diſp. 23. qu. 1. num. 1.

III. Scribit Gundiſaluus. *Presbyteri Cardinales, licèt ſuper ſacerdotalem Ordinem nullam benedictionem habeant, vtuntur tamen Epiſcopalibus inſignijs, & minores ordines conferunt, & ſolemniter benedicunt.*

Gund. de Cardd. qu. 13.

IV. Ioannes Franciſcus Pauinus, loquens de Cardinalibus Presbyteris, addit. *Qui licèt ſupra ſacerdotalem Ordinem nullam habeant benedictionem, vtuntur tamen Epiſcopalibus inſignijs, & minores ordines conferunt, & ſolemniter benedicunt, vt refert Io. Andr. in cap. 11. de ſuppl. negl. Prel. in Nouella in verb. Quod ubi habet.*

Pauin. de Viſit. p. 2. qu. 2. num. 21.

V. Car-

V. Cardinalis Albanus ait. *Cardinalis etiam non Epiſcopus ſolemniter benedicere poterit, vt per Scri, bentes habetur in cap. 1. de ſuppl. negl. Pral, Firman. in tract. de Epiſc. q. 15. lib. 3.*

Alban. de Cardd. qu. 41. priuil. 18.

VI. Franciſcus Marcus, qui vixit circa annum 1498. inquit. *Simile videmus in Cardinalibus Presbyteris, qui ex priuilegio conferunt ordines minores, & benedicunt ſolemniter; & tamen non ſunt, niſi presbyteri ſecundùm Panormitanum in d. cap. Inter monaſterium.*

Marc. qu. 1086. numi 3.

VII. Blaſius Bagnus Canonicorum Regularium S. Saluatoris Prior Generalis ſcripſit. *Cardinales verò Presbyteri vtuntur Pontificijs ornamentis in diuinis peragendis, benedicunt de more, ſicut Epiſcopi ſolent. Diaconi autem Cardinales, licèt ſacra non faciant, nec benedicant, cetera tamen inſignia, & dignitates aliorum Cardinalium in tertio ordine habent.*

Blaſ. Bagn. de Præcip. S.R.E. dignit. tract. 21.

VIII. Hoſtienſis etiam dixit. *Puto Papam poſſe priuilegiare quemlibet ſimplicem ſacerdotem, quia benedictio Abbatis non eſt Ordinis, ſed eſt ſimplex, ſicut patet in Presbyteris Cardinalibus, qui, etſi nullam benedictionem ſupra ſacerdotalem ordinationem receperint, & ſic tantùm ſalua honoris reuerentia ſimplices presbyteri ſint, tamen vtuntur inſignijs Epiſcoporum, & minores ordines conferunt, atque ſolemniter benedicunt.*

Hoſtien. in Cap. 1. de ſuppl. negl. Prælat.

IX. Itidem Francus docet ex Io. Andrea Cardinales poſſe ſolemniter benedicere, quia vtuntur inſignibus Pontificalibus, & conferunt ordines minores.

Franc. in Cap. Abbates de priuil. in 6.

XI. Io. Andreas idem ait, quod Hoſtienſis, videlicet, quòd Cardinales Presbyteri, licèt ſupra ſacerdotalem ordinationem nullam benedictionem habeant vtuntur tamen Epiſcopali-

Io. Andr. in Cap. 1. de ſuppl. negl. Prælat. num. 14.

bus inſignijs, minores ordines conferunt, & ſolemniter benedicunt. Fons, & Tuba iuris Canonici floruit circa annum 1332.

Felin. in Cap. Inter monaſteriũm num. 3. de re iud.

XII. Felinus quoque ait. *Patet in Cardinalibus Presbyteris, qui licèt ſuprà ſacerdotalem Ordinem nullam iuriſdictionem habeant, vtuntur tamen Epiſcopalibus inſignijs, & conferunt minores ordines, & ſolemniter benedicunt.*

Zabar. In Cap. 1. Clem. de priuil.

XIII. Zabarella pariter dixit, poſſe Papam benedictionem ſolemnem ſimplici ſacerdoti concedere.

Graff. dec. aur. par. 1. l. 3. c. 15. num. 28.

XIV. Non diſſentitur Graffius inquiens. *Sed an Papa poſſit hanc ſimplici ſacerdoti concedere. Dic, quod ſic.*

XV. Videndi ſunt Canoniſtæ in Cap. licèt de Elect. & in Cap. In nomine Domini diſt. 23.

Hæc tamen dicta, non contentionis gratia ſed veritatis indagandæ ſtudio meliori iudicio libenter ſubijcio: & D. Magrum, meum Conciuem, quem amo, & recolo, nec minimum lædere in animo fuit. Huc vſque D. Bonamicus.

Vt clariùs eluceſcat, quod ſuperiùs aſſeruimus de S. Gordiano patre S. Gregorij Magni, ex illius habitu innuente, eum fuiſſe Diaconum Regionarium, non incongruum duximus, aliud hic addere luculentum teſtimonium Ioſephi Vicecomitis poſt impreſſionem noſtræ diſceptationis viſum. Ille igitur ait. *Non eſt etiam apud me dubium, quin* Caligarum *nomine ſandalia intellexerit Ioannes Diaconus in Vit. S. Gregorij lib. 4. cap. 83. vbi de Gordiani, ipſius Gregorij patris, habitu inquit.* Cuius Gordiani habitus ca-

Vicecom. de Miſſ. App. l. 3. c. 6.

ſtanei

ſtanei coloris planeta eſt, & ſub planeta dalmatica, in pedibus caligas habens. *Si enim obijcias non videri, quomodo Gordiano, videlicet homini coniugij ſocietate coniunцto, ſandalia, quæ ſacrorum hominum erant veſtes, attribui potuerint; expediam me reſponſione illa, quam alibi memini me attuliſſe, ideſt Gordianum fuiſſe Diaconum Regionarium, nempe ex ſeptem Cardinalibus Diaconis vnum. Quod oſtendunt ipſa Ioannis Diaconi verba non modò quæ attulimus, ſed etiam quæ antecedunt, dum Gordianum expreſsè* Regionarium *appellat.*

Quidquid in quæſtionem deducitur, quo magis à diuerſis diuerſimodè pertractatur, eo magis patefacit veritatem. Hinc, vt erudito Lectori fieret ſatis, poſt noſtram hac de re diſceptationem, aliorum etiam ſtudia adnectere libuit, & pergratum eidem fore ducimus, dum modò apponimus noſtri Bibliothecarij diſſertationem, in qua pro eodem argumento plurima afferuntur ex antiqua Hebraicæ legis diſpoſitione. Cum enim *Omnia in figura contigerint* in veteri Teſtamento, quod *Vmbram futurorum bonorum*, videlicet Euangelicæ legis, appellat Apoſtolus, ex eo Eccleſiaſticæ Regulæ non rarò deſumuntur, & corroborantur.

1. Cor. 10. num. 11.

Ad Hebr. c. 10. num. 1.

DE

DE BENEDICTIONE DIACONALI

D. FRANCISCI GRISENDI

DISSERTATIO.

CERTVM eſt, ex antiqua Synagogæ hierarchia à Deo inſtituta, & in ſacris paginis deſcripta, prodiiſſe Eccleſiaſticos miniſtros, adeò vt hi ad illius exemplum fuerint conſtituti: quare dixit S. Hieronymus; *Sciamus traditiones Apoſtolicas ſumptas de veteri teſtamneto, quòd Aaron, filij eius, atque Leuitæ in templo fuerint, hoc ſibi Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi in Eccleſia vindicant.*

Antiquis igitur Leuitis ſucceſſerunt Diaconi, ſortiti eumdem in Eccleſia locum, vt poſt Iſidorum, Amalarium, & Rabanum ſcribunt Hieronymus Garçias, Fermoſinus, Yſambertus, Cellotius, & diffusè Morinus, docetque Binius in Concilijs, ab ipſo relatis, Diaconos denotari ſub Leuitarum nomenclatura. Idcircò, cum Leuitæ, in altaris miniſterium, & ad ferendam arcam electi, ab anno quinto ſupra vigeſimum inſeruirent, in ordinandis pariter Diaconis eamdem olim requirebant ætatem Canones, & Concilia relata à Barboſa: & S. Stephanum Diaconum, & Leuitæ nomine condecora-

S. Hier. in Epiſt. ad Euagrium epiſt. 85.

Iſid. l. 2. de Eccl. off. c. 8. & l. 7. etym. c. 2. & habetur in cap. 1. diſt. 21. *Amal.* l. 2. de Diu. off. c. 12. *Raban.* l. 1. de Inſt. Cler. c. 7. *Garc.* in QQ moral. tr. 1. diff. 1. dub. 6. num. 1. *Fermoſ.* in cap. Si Archiepiſcopus q. 3. num. 20. de Temp. ordin. *Yſamb.* de Sacr. Ord. diſp. 5. ar. 2. *Cellot.* l. 6. de Hier. c. 13. *Morin.* de Sacr. Ordin. p. 3. c. 3. *Bin.* to. 4. Conc. Gen. pag. 602. col. 1.

Num. c. 3. & 4. 8. v. 24. & 1. Par. 23. ver. 23.

Barb. to. 1. de Iur. Eccl. l. 1. c. 35. num. 14.

coratum *Altaris miniſtrum* vocat S. Ambroſius: ac de Cardinalibus Diaconis (vltra recentiorem huiuſce memoriam nouiſsimè editam ab Eminentiſsimo Raſpono) ſcripſit Innocentius Tertius. *Diaconi Cardinales menſam Lateranenſis altaris ſupra humeros ſuos in die Cœnæ deportant, & reportant in Sabatho, ſemper ipſi ſummum Pontificem, velut arcam fœderis, portantes.* Et inquit Cardinalis Iacobatius, quòd ſi vnà cum Cardinali Diacono aſſumetur Cardinalis Presbyter ad ſeruiendum Pontifici celebranti, Cardinalis Diaconus præferetur, & à dextris Pontificis ſedebit, non quia ſit dignior, ſed quia ſeruire, & aſsiſtere Pontifici eſt proprium Diaconi officium, & non Presbyteri aſſumpti in alterius defectum ad ſeruiendum.

S. *Ambr.* l. 3. de Virgin.

Card. Raſp. l. 3. de Baſil. Later. c. 8. pag. 140. *Innoc. III.* l. 1. de myſt. miſſ. c. 5.

Iacob. l. 1. de Conc. ar. 13. pag. 49. col. 1. in fine.

Cognita igitur Leuitarum translatione ab antiqua Synagoga ad Catholicam Eccleſiam, non erit incongruum, ſolemnis etiam benedictionis translationem agnoſcere. Siquidem olim Synagoga publicam, ſolemnemque benedictionem impertiendi munere non caruit, quinimmo eam iuſsit Deus inquiens, *Sic benedicetis filijs Iſraël & dicetis eis: Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te: oſtendat Dominus faciem ſuam tibi, & miſereatur tui: conuertat Dominus vultum ſuum ad te, & det tibi pacem.* Hac benedictionis formula vtuntur adhuc in proſeucis infelices Hebræorum turbę elatis manibus eam impertientes iuxta veterem ſanè morem, cum legatur de Aarone: *Et extendens manum ad populum benedixit ei:* ac de benedictionibus à Simeone Iuſto elargitis in ſecundo Hieroſolymæ templo ait Siracides: *Manus*

Num. c. 6. v. 23.

Leuit. c. 9. ver. 34.

Leuit. c. 9. v. 22.

nus ſuas extulit in omnem congregationem filiorum Iſraël. Huic planè conſuetudini alluſit paraphraſis Chaldæa inquiens. כמא יאין כהניא בעדן דפרסין ידיהון וקימין על דוכנהון ומכרכין לעמא בית ישראל *Quàm pulchri ſunt ſacerdotes in tempore, quo extendunt manus, & ſtantes in ſuggeſtu ſuo benedicũt populo domus Iſraël.* Et eumdem benedicendi morem euidenter adhibuit Dei Filius aſcendens in cœlum, & Apoſtolis benedicens, ſcribente D. Luca: *Eleuatis manibus ſuis benedixit eis.* Tunc ſanè adimpletum fuit, quod inquiunt Hebræi, videlicet, אמר יהוה לישראל בעולם הזה הייתם מתברכים על ידי אחרים לעתיד לבא אני אברך שנאמר אלהים יחננו ויברכנו וגו׳ *Dixit Deus Iſraëli: in hoc ſeculo alienis manibus benedicti eſtis, ſed in futuro ego benedicam, iuxta illud, Deus miſereatur noſtri, & benedicat nobis &c.*

Par. Chald. in Cant. c. 3.

S. Luca cap. vlt. v. 50.

Vide lib. *Elle Debarim Rabba* poſt princ.

Pſal. 66. v. 7.

A præfata benedictionis formula exortum eſſe Catholicæ benedictionis morem firmant Innocentius III. Rabanus, Durantes, Suarez, Sauſſay, alijque communiter: & affinem quiſq; reperiet vtramque benedictionem, ſi ritus ab Hebræis deſcriptos, & adhibitos in veteri benedictione perpendet, quòd ſcilicet fuerit impertita elatis manibus, verbiſque Hebraicis, & eleuata voce, à benedicente ſtante, & ad populum conuerſo cum pronunciatione diuini nominis *Tetragrammaton*. Qui ſanè ritus agnoſcuntur etiam in Catholica benedictione latinis tantummodò verbis prolata (vt olim Hebraicis nempe ſacris, non autem Syriacis vtpote vernaculis) pro qua pariter in Cœremoniali iubetur Epiſcopis benedicentibus, vt priùs eleuent ad cœlum ſimul oculos, & manus, idque

Innoc. III. l. 6. de Myſt. Miſſ. c. 14. *Rab.* l. 2. de Inſt. Cler. c. 55. *Duran.* l. 2. de Rit. Eccl. c. 57. *Suar.* p. 3. to. 3. diſp. 83. ſec. 1. *Sauſ.* in Panopl. Sacerd. pag. 559.

Moyſ. Aegypt. in Birchàth Acohanim, c. 14. §. 11. *Bachie* in Pentat. pag. 156. col. 4. *IoſephCarus* in Sculcàn. p. 1. c. 128. §. 14.

Cær. Epiſc. pag. mihi 133.

vltra

vltra Durantem monet Paris Craſſus, & rationem reddit Rubeus inquiens: *Epiſcopus benedicens tenet manus more Aaron ſuper populum eleuatas*: oculoſque ad cœlum elatos in Hebraica benedictione demonſtrat Nouarinus, quem ſequitur Sperellus. Si verò dexterà tantùm in Eccleſia confertur benedictio, ſciendum eſt ex Hebraica Gloſſa apud Moyſen Ægyptium, & ex Ioſepho Caro, quòd in effundenda Hebraica benedictione dextera aliquantò ſublimior ſiniſtrà fuerit: & Bachiè rationem reddens, cur de Aaron dicatur, *Et extendens manum*, cum data fuerit benedictio vtraque manu, ait, לפי שהיה הימין יותר נכבד מן השמאל *Quia dextera nobilior eſt ſiniſtrà*. Et eamdem ſanè rationem ex pluribus reddit Raynaudus pro Eccleſiaſtica benedictione, dexterà tantùm impertienda.

Duran. l. 5. diu. off. c. 59. num. 7. *Craſſ.* l. 1. cap. 42. *Rub.* l. 2. diu. off. c. 89.

Nouar. de Agn. Euchar. numer. 897. *Sperel.* in Paren. Teleturg. c. 58. nu. 3. in fin.

Moyſ. Aegypt. loc. cit. §: 3.

Carus loc. cit. §. 12.

Bach. l. c. pag. 130. col. 3.

Rayn. To. 2. Het. Spir. page 204. col. 2.

Inſuper videtur non impar vtriuſque benedictionis collatio, dum Hebraica effundebatur ſub præfata, ac trina *Domini* inuocatione, nempe ſub Sanctiſſimæ Trinitatis nomine, vt adnotant Innocentius III. Rabanus, Durantes, Rupertus, & Voiſin ex Rabbinis obſeruat. Addo, quòd non ſolùm ſacroſanctum Triadis myſterium incluſum fuerit in diuino nomine *Tetragrammaton* iuxta Galatinum, Kircherum Scottum, & Caramuelem; verùm etiam habeatur ex Palacio, & Ianſenio, quòd in Hebraica benedictione, ex manuum motu ſurſum, deorſum, ſiniſtrorſum, ac dextrorſum, ſignum crucis efformaretur. At quamuis hoc non inuenerim in Hebraicis voluminibus de benedictione differentibus, videant tamen alij,

Innoc. III *Raban.* *Duran.* loc. cit. *Rupert.* l. 1. in Num. c. 16. *Voiſin.* in Not. ad Pug. Fid. pag. 556. col. 2.

Galat. l. 2. c. 10. *Kirch.* to. 2. Oedip. claſſ. 4. §. 2. *Scott.* to. 2. Tecn. Curioſ. l. 12. c. 11. §. 3 *Caram.* tom. 1: Matheſ. pag. 69. col. 1. *Palac.* & *Ianſen.* in Eccl. c. 50.

an congruè aſſertum ritum de motione manuum Bonartius, quem ſequitur Pinna, dixerit *Incertum*.

Bonart. de Miſſ. l. 3. c. 34. Pinna in Eccl. 50.

Galat. l. 2. c. 10.

Affirmat Galatinus, apud Hebræos elargitã benedictionem tribus digitis ſingulæ manus erectis, ac duobus depreſſis, eoſque digitos erectos Raynaudus ex eodem Galatino aſſerit, extitiſſe pollicem, indicem, & medium, vel iuxta Kircherum tres medij digiti fuere. Si tamen reſpicimus hodiernum (ni volumus dicere *Antiquum*) Synagogæ ritum, res ſecùs ſe habet. Inquit enim Ioſephus Carus de ſacerdotibus benedicẽtibus. פושטים ידיהם וחולקים.אצבעותיהם ומכווים לעשות חמשה אוירים בין שתי אצבעות לשתי אצבעות אויר אחר ובין אצבע לגודל ובין גודל לגודל : *Extẽdẽtes manus ſuas, ac diuidentes digitos, quinum interuallum curent efformare: vnum inter binum, ac binum digitum; & inter indicem, & pollicem; ac inter vtrunque pollicem.* Id autẽ facillimè percipitur ex adnexa ipſarum manuum iconographia, quam hodiè fictitij Hebræorum ſacerdotes, ex Aaronica ſtirpe propriam iactitantes geneſim, pro ſacerdotij teſſera, & ſigno pingere, & incidere ſolent.

Rayn. l. c. pag. 274.

Kirch. l. c. § 4. & in Prod. Copt. pag. 210.

Carus l. c. §. 12.



Hinc etiam patet, quòd ex bini digiti connexione, vnus quodammodo ſanè digitus efformetur, & quoq; tres dumtaxat digiti in ſingula manu diuidantur, non ob aliam planè rationem, quàm ob arcanum SS. Triadis myſterium, vti firmant allegati Scriptores.

Nec huiuſmodi conditione caret Eccleſiaſtica benedictio. Quamuis enim antiquus fuerit in Eccleſia vſus formandæ crucis vnico digito,

gito, vt ex Sozomeno, Sophronio, Marciano, Gregorio Magno, & Epiphanio probat Gretſerus: quam conſuetudinem peſſimè ſecuti ſunt, vel iterarunt Iacobitæ, Monothelitarum aſſeclæ, non ad denotandam vnam in Trinitate perſonam, vt perperàm refert Philippus à SS. Trinitate, ſed ad profitendam vnam in Chriſto naturam, prout ex eorum Catecheſi, & Dauid Barphaulos teſtatur Eckellenſis, eoq; prior ex Græcis ſcripſit apud Allatium Demetrius Cyzicenus ad Conſtantinum Porphyrogennetam; eumdemque morem eadem de cauſa ſecuti ſunt olim Armeni, teſte Nicephoro, & improbè quidem in Latinos obiecit Ioannes, Claudiæ Metropolita, dicens apud Allatium: *Quam ob cauſam cum pollice voſmetipſos ſignatis Monothelitarum hæreſim in faciem figurantes?* cum Latini ſequantur conſuetudinem Monophyſitis antiquiorem. Antiquus itidem vſus tribus digitis impertiendi benedictionem arguitur non ſolùm ex vetuſtis imaginibus SS. Petri, Sylueſtri, Gregorij, aliorumque Pontificum apud Baronium, Boſſium, Kircherum, & Eminentiſſimum Raſponum (vt prætercam æneum ſimulacrum S. Petri in Baſilica Vaticana non ſecùs hodie benedicentis, cuius confractionem minitatus eſt Leo Iſaurus, & Iconoclaſta, vt habetur ex epiſtola Gregorij II.) ſed etiam eruitur ex vetuſtis imaginibus Chriſti Domini benedicentis tribus extenſis digitis apud Ditmarum, Boſſium, Grimaldum, Alemannum, & Eminentiſſimum Raſponum: eodemque planè modo pro SS. Triadis myſte-

Gretſ. de Cruce l. 4. c. 1.

Phil. in Itin. l. 5. c. 8.

Eckel. in Præfat. ad *Habed.*

Allat. de conſ. vtr. Eccl. col. 1357.

Niceph. l. 18. c. 53.

Allat. de conſ. vtr. Eccl. col. 1400.

Bar. to. 8. an. 604. *Boſ.* l. 2. Rom. ſubter. c. 3. 21. *Kirch.* in Hiſt. Euſtach-Mar pag. 120. *Card. Raſp.* de Patr. Later. pag. 287. & ſeqq.

Greg. II. epiſt. 2. ad *Leon. Iſaur.* Vide *Bar.* to. 9. p. 70.

Ditmar. l. 3. Chron. *Boſ.* l. 3. Rom. Sub. c. 23. 40. in fin: *Grim* apud *Martinel.* in Imag. Vindic. pag. 12. *Alem.* de Pariet. Later. c. 10. in fin. *Card. Raſp.* l. c. pag. 336.

rio exprimendum ſignum crucis, & impertiendam benedictionem docent Innocentius Tertius, Lucas Tudenſis, & Synodus Vdalrico tributa. Non tamen recedo à Craſſo ſcribente, elargiendam benedictionem tota aperta manu, quam Latinorum conſuetudinem improbè calumniatus eſt præfatus Ioannes inquiens: *Ex quibus porrò didiciſtis venerandam Crucem cum quinque digitis in fronte deſignare?* nam extenſis tribus prioribus digitis, & duobus poſterioribus paululùm incuruatis, incaſsùm Græci Latinos ſuccenſent apud Calecam: *Cum alicui benedictionem impertiunt, quinque digitos adhibere, cum in conſignationibus ita diſponi debeant digitos, vt per eos duæ in Chriſto naturæ, & tres perſonæ in diuinis ſignificentur.*

Inn. III. l. 2. de Miſſa. c. 45. Tuden l. 2. con. Albig. c. 12. Syn. Vdal. c. 19.

Craſſ. l. 2. c. 42.

Vide *Allat.* d. col. 1400.

Calec. adu. Græc. l. 4.

Cum igitur Hebraica benedictio Chriſtianę benedictionis fuerit figura, & vtraque in myſterijs inuicèm cohæreat, neceſſe quidem videtur, quòd hodie non interſit diſparitas ab officio eorum, qui benedictionem antiquitùs largiebantur, vt figuræ figuratum adamuſſim reſpondeat.

Eſt ſanè indubium, benedictionis munus ad ſacerdotes olim ſpectaſſe, vt clarè habetur ex ijs verbis ad Moyſen: *Loquere Aaron, & filijs eius, ſic benedicetis filijs Iſrael &c.* Ad quem igitur ſpectet in Eccleſia benedicendi munus elicitur ex S. Anacleto Pontifice, dum ait. *Contemplari oportet, Aaron ſummum ſacerdotem, ideſt Epiſcopum fuiſſe: porrò filios eius presbyterorum demonſtraſſe figuram.* Itidem educitur ex Sancto Hieronymo ſcribente: *Quod Aaron, & filios eius*

Num. c. 6. v. 23.

S. Anacl. epiſt. 2. de Ord. Epiſc.

S. Hier. epiſt. ad Nepot. & habetur in cap. Eſto. diſt. 96.

eius hoc Epiſcopum, & presbyteros eſſe nouerimus. Idemq. docuit Atto Epiſcopus apud Dacheriũ. *Atto* in Capitul. c. 2. *Dacher.* To. 8. Spicileg.

At D. Magrus, aſſerens Moyſen fuiſſe Leuitam, obijcit textum, in quo dicitur. Leuit. c. 9. v. 23. *Ingreſſi autem Moyſes, & Aaron in tabernaculum teſtimonij, & deinteps egreſſi benedixerunt populum.*

Sed, vt obiectioni fiat ſatis, neceſſe eſt, eorũ verborum intelligentiam eruere è ſacro textũ, qui ait. *Et extendens Aaron manum ad populum benedixit ei. Sicque completis hoſtijs pro peccato, & holocauſtis, & pacificis deſcendit. Ingreſſi autem Moyſes, & Aaron in tabernaculum teſtimonij, & deinceps egreſſi benedixerunt populo. Apparuitque gloria Domini &c.*

Apud Hebræos Salomon Iarchi, priorem *Sal. Iarch.* c. 9. Leu. benedictionem Aaron interpretans, aſſerit, ſacerdotalem fuiſſe, eo modo, quem ſuperiùs diximus. Poſteriorem verò benedictionem, ob cauſas ab eo relatas, affirmat huiuſcemodi fuiſſe. יהי נועם יהוה אלהינו יהי רצון שתשרה שכינה במעשה ידיכם, *Complacet Domino Deo noſtro, complacet, vt diuinitas habitet in opere manuum veſtrarum.*

Apud Chriſtianos non ſecùs interpretatur Abulenſis priorem benedictionem, ſed de poſteriori ſcribit. *Abul.* in d. cap. 9. qu. 9. & qu. 13. *Dicitur, quòd benedixerunt populum in exitu ſuo. Poteſt autem accipi dupliciter iſta benedictio, vno modo, quo fit comprecatio quædam alicuius futuri boni, ſicut comprecantur homines inuicèm. Alio modo, quòd ſit benedictio, ideſt, prænunciatio de aliquo bono euenturo; & iſto modo pertinet benedictio ad Prophetas, quoniam bonum aliquod nobis ex Deo prænunciant. Bonum autem, quod iſti prænunciabant, eſt, quòd Deus citò demonſtraret eis gloriam ſuam. Apparu-*

paruitque gloria Domini omni multitudini, quæ autem ſit iſta gloria Domini, ſubiungitur immediatè, cum dicitur: Et ecce ignis &c.

Ex his igitur Scriptoribus habetur, quòd Moyſis benedictio, vnà cum Aaron præſtita, non fuerit ſacerdotalis, ſed quædam tantummodò futuri boni deprecatio: quam ſanè deprecationem cum quiſquis exhibere valeat, ideo ex ea non inferendum videtur ad comprobandam Diaconalem benedictionem.

Verumtamen apud Hebræos Abraham Sceuàh identificat poſteriorem benedictionem cum priori, vnicam in Moyſe & Aaron conſtituens benedictionem, & dicens. ויצאו ויברכו את העם לפי שעדיין לא ברכו אותם ואמר ויבא משה ואהרן אהל מועד ליטול רשות מהשם יתברך שיסכים על ידן וזהו שיצאו ברשות ויברכו את העם Et egreſſi benedixerũt populum, *nondum enim benedixerant eos, & ait*: Et ingreſſus eſt Moyſes, & Aaron in tabernaculum teſtimonij, *vt Deus aſſentiretur ſuper eorum manus, & ab eo facultatem acciperent, & hoc eſt illud*, Et egreſſi ſunt, *videlicet accepta facultate, & benedixerunt populum.*

Abr. in Tſerôr Ammôr pag. 95. col. 1.

Hæc ſanè interpretatio diſſona non videtur inſpecta Hebraicæ linguæ proprietate, in qua præteritum tempus iuxta exigentiam in alia reſoluitur tempora: hinc ea verba, *Ingreſſi Moyſes, & Aaron, & deinceps egreſſi benedixerunt populum*, Italicè ita tranſtulit Deodatus. *Hor Moyse, & Aaron erano entrati nel tabernacolo della conuenenza: poi, eſſendone vſciti, haueuano benedetto il popolo: e fuoco era vſcito dal coſpetto di Dio, & haueua conſumato l'holocauſto, & i graſſi in ſu l'altare.*

Huiuſ-

Huiuſce translationis intelligentia non renuitur à Catholicis, quare Vatablus etiam vertit: *Vatab. d. c.9. in Schol. n.23.* *Iam ingreſſi fuerant Moyſes, & Aaron tabernaculum fœderis, & egreſſi erant, & benedixerunt populum.* Tandem vtriuſque benedictionis identitatem *Caiet. in d. c. 9.* comprobat Caietanus inquiens. *Fuit data benedictio, quæ adſcribitur Moyſi, & Aaron, quoniam ab vtroque proceſſit, ſed Aaron tanquam nouus Pontifex, volente Moyſe, eleuauit manus ſuas, & protulit verba.*

Communior tamen apparet opinio pro bina benedictione: vnde apud Hebræos ait Iſaac Abrauanellus. הנה התבאר ששתי ברכות היו לישראל ביום *Abrau. in Pent. pag. 241. col. 1.* אחד אחת מפי אהרן בהיותו על המזבח מקריב קרבנותיו והשנית מפי משה ואהרן שניהם יחד אחר שירד אהרן מעל המזבח ונכנסו שניהם להתפלל באהל מועד ויצאו ויברכו את העם, *Ecce liquet quòd duæ fuerint in vnica die benedictiones Iſraëli: prior ex ore Aaron offerentis ſacrificia ſuper altare: & poſterior ex ore Moyſis, & Aaron amborum inſimul, poſtquam deſcenderat Aaron ex altari, & ingreſſi fuerant ambo ad orandum in tabernaculo teſtimonij, & exeuntes benedixerunt populum.* Hanc etiam expoſitionem alteri ſuperiùs relatæ prætulit Caietanus, inquiens. *Caiet. loc. cit.* *Poſſet tamen, & aliter intelligi littera &c. Et exierunt Moyſes, & Aaron, & populo iam proſtrato ſuper facies ſuas ambo benedixerunt ratione tantæ deuotionis; priùs enim ſolus Aaron benedixerat populo, & hic ſenſus iudicio meo eſt ſenſus litteralis &c.*

Admiſſa igitur bina benedictione quærendùm eſt, quo ritu poſterior benedictio fuerit impertita: illius enim ritus, vt notat Gretſerus, in ſacris paginis non exprimitur. *Gretſ. l. 1. de Bened. c. 4.* Superiùs

riùs

riùs vidimus, ſacerdotalem non extitiſſe benedictionem, ſed tantùm ſimplicem bonorum deprecationem. Sed inquit Abrauanellus. [*Abrau.* loc. cit.] והיו משה ואהרן מברכים שניהם ככהנים בעת נשיאות כפיהם, *Moyſes, & Aaron ambo benedicebant veluti ſacerdotes, cum manus eleuant*. Itidem Lorinus huic [*Lorin.* in d. c. 9.] adhæret ſententiæ, poſteriorem benedictionem exiſtimans ſolemnem, nec à priori per Aaronem dumtaxat præſtita diſſimilem, eiuſ- [*Rub.* l. 2. diu. offic. c. 29.] demque opinionis Rubeus apparet.

Attamen hac etiam admiſſa opinione, ex hoc Moyſis exemplo non videtur inferenda in Diacono poteſtas ſolemniter benedicen- [*Pſal.* 98. v. 6.] di: nam canente Pſalte, *Moyſes, & Aaron in ſacerdotibus eius*, diſcitur, quòd Moyſes, tanquam ſacerdos præſtiterit benedictionem.

[*Caſtr.* in Apolog.] Non eſt quidem aſſentiendum Caſtrio, quòd nunquam in ſacris paginis *Sacerdos* accipiatur pro *Principe*, quam fortè ſententiam hauſit [*Abenez.* in Pſ. 99.] ex Abenezra ſcribente: מלת כהן בכל מקרא משרת יהוה, *Dictio* Sacerdos *in tota ſcriptura ſignificat miniſtrum Domini*. Contrarium enim euidenter eli- [2. Reg. 8. verſ. 18.] citur ex ijs verbis, *Filij Dauid ſacerdotes erant*, dum neminem latet, Dauidis filios è tribu Iuda, non autem Leuitica prognatos eſſe: quamobrem eadem verba alibi explicantur, *Filij* [1. Par. 18. verſ. 17.] *Dauid primi erant ad manum Regis*, quia, exponit [*Lyran.* d. c. 18. & in Exod. c. 2. & cap. 19.] Lyranus, *erant primi in honoribus, & ideò vocantur ſacerdotes, ideſt, maiores inter illos, qui aſſiſtebant Regi Dauid*. Et ex ijs pariter verbis pro [2. Reg. 20. verſ. 26.] Iairite deſcriptis היה כהן לדוד; *Erat ſacerdos Dauid*, Chaldæus paraphraſtes tranſtulit הוה רב לדוד, *Erat princeps Dauid*. Cauſam ſiue analogiam affert

Forerius, quia videlicet ſacerdos ſit miniſter, & familiaris Dei: Rex autem ſit quaſi quidam Deus in terra, & familiares eius vocentur ſacerdotes. Hinc ait Pineda: *Rex eſt quidam Deus, qui ergò Regi familiares, ij quidam ſacerdotes eius ſunt*. Verumtamen in allegatis verbis, *Moyſes, & Aaron in ſacerdotibus eius* verbum *Sacerdos* preſsè, & propriè eſt accipiendum ex Septuaginta interpretatione ἐν τοῖς ἱερεῦσιν, qui pro filijs Dauid illud *Sacerdotes* trãsferũt αὐλάρχαι. Ergo, ſi Moyſes ſolemnem præſtitit benedictionem, eam præſtitit, non vti Leuita, ſed vti ſacerdos.

Forer. in Iſa. c. 61. verſ. 6

Pined. in Iob. c. 12. verſ. 19. num. 1.

Opponet quiſpiam, Moyſen non fuiſſe ſacerdotem ex inſtitutione, neque ex naturæ priuilegio. Non ex inſtitutione, quia in ſacris paginis ea tacetur, quòd ſecùs eſt pro ſacerdotio Aaron. Non ex naturæ priuilegio, quia iuxta DD. Hieronymum, & Thomam, alioſque communiter antè Aaronici ſacerdotij inſtitutionem primogeniti fuere ſacerdotes. Hinc veſtes Eſau, quas pro obtinenda paterna benedictione induit Iacob, & ex Hebraica voce החמדת vocat Vulgata *Valde bonas*, Pagninus *Concupiſcibiles*, Vatablus *Pretioſiores*, Onkelós דכיתא *Puras*, Septuaginta στολὴν καλὴν *Veſtem pulchram*; ac tandem Hebræi Hiſpani *Los pannos cobdiciados*, non quia iuxtà Rabbinorum expoſitionem veſtes fuerint Nembroth, quibus vſus fuerat Adam in horto Eden, ſed quia iuxta D. Clementem, Hieronymum, Thomam, alioſque veſtes Eſau ſacerdotales fuerint, eique vti primogenito debitæ. Item quod de Ruben Ia-

S. Hier. epiſt. 126. ad Euagr. *D. Thom.* 1. 2. q. 103. ar. 1. ad 3. & ad Hebr. c. 9. Vide *Tiraquell.* de Primog. in præfat. num. 18.

Gen. c. 27. verſ. 15. *Vatab.* d. c. 27. in Schol. verſ. 15.

Vide *Bereſcith Rabbà* ſec. 65

S. Clem. l. 8. Conſt. cap. 3. *S. Hier.* in QQ. Hebr. in Geneſ. c. 27. *D. Thom.* 2. 2. q. 100. ar. 4. *Abulen.* in Geneſ. c. 26. q. 6. & in Exod. c. 17. q. 7. *Alcuin.* in Geneſ. c. 27. *Archid.* & *Alex.* in cap. Quam periculoſum. 7. q. 1. *Io. Andr. Hoſt.* & *Panorm.* in cap. Licet de Vot.

cobi primogenito apud Vulgatam dicitur, *Prior in donis, maior in imperio*, translatum eſt in Chaldæa paraphraſi הוה חזי למיסב תלתא חולקין בכורתא כהונתא ומלכותא *Accepturus eras partes tres, primogenituram, ſacerdotium, & regnum*. Idemque elicitur ex ijs Exodi verbis, in quibus de Moyſe dicitur: *Miſitque iuuenes de filijs Iſraël, & obtulerunt holocauſta*, vbi Onkelòs paraphraſtes, communiter receptus, pro voce *Iuuenes* tranſtulit בכורי *Primogenitos*. Denique adnectitur pro coronide ratio ab Hebræis allata, ob quam Iacob expetierit primogenituram Eſau, & huiuſmodi redditur. תנינן עד שלא הוקם המשכן היו הבמות מותרות ועבודה בבכורות משהוקם המשכן נאסרה הבמה ועבודה בכהנים *Tradunt, quòd, priuſquam erigeretur tabernaculum, licita fuerint delubra, atque in primogenituris miniſterium: erecto autem tabernaculo interdicta fuere delubra, & miniſterium fuit in ſacerdotibus*. Hinc eſt, quòd Eſau *Propter vnam eſcam* ſacrum primogenituræ ius vendens *Prophanus* ab Apoſtolo appelletur. Ex ſupradictis igitur infertur, Moyſen non fuiſſe ſacerdotē naturæ priuilegio; is enim triennio minor fuit Aarone, aſſerente ſacra Scriptura: *Erat autem Moyſes octoginta annorum, & Aaron octoginta trium, quando locuti ſunt ad Pharaonem*.

Geneſ. c. 49. verſ. 3.
Exod. c. 24. verſ. 5.
Thalm. in tract. Zenachim. c. 14. & in Bereſcith Rabba ſec. 63. §. 16.
Ad Hebr. c. 12. verſ. 16.
Exod. c. 7. ver. 7.

Sed reſpondetur quoad primum, quòd licèt non recenſeatur in ſacris paginis ſacerdotalis inſtitutio Moyſis, nihilominùs ipſe ſacerdotio non caruit ex ſpeciali Dei priuilegio, vtpote ſacerdos vnctus oleo inuiſibili iuxta Abulenſem, alioſque inferiùs citandos: eo planè modo, & genere ſacerdotij, quod tempore

Abul. in Exod. c. 17. q. 7. & in Leuit. c. 8. qu. 6.

pore legis naturalis in vſu erat, non ſecùs ac Melchiſedech, qui aliqua viſibili cœremonia conſecratus non fuit, vt ex D. Ambroſio, & Chryſoſtomo docet Suarez. Hinc ait Hieronymus Garçias: *En a quel tiempos no era neceſſario eleccion, ni conſagracion*: quare Moyſes poſt victoriam ex Amalecitis relatam ædificauit altare Domino tanquam ſacerdos, teſte eodem Abulenſi. Item ædificato rursùs altari ad montem Sinai, & ex immolatis victimis *Accipiens*, ait Apoſtolus, *ſanguinem vitulorum*, *& hircorum cum aqua*, *& lana coccinea*, *& hyſopo ipſum quoque librum*, *& omnem populum aſperſit dicens*. Hic ſanguis teſtamenti, quod mandauit ad vos Deus: *Etiam tabernaculum*, *& omnia vaſa miniſterij ſanguine ſimiliter aſperſit*. Accedit Aaronica conſecratio per Moyſen patrata in ſummum ſacerdotem, quod ſanè miniſterium vnà cum alijs ſupradictis, iuxta communem interpretum ſententiam, abſque ſacerdotali dignitate fieri nequijt.

Suar. p. 3. to. 1. qu. 22. ar 6. diſp. 46. ſec. 4. Garç. in QQ. mor. tr. 1. dif. 2. dub. 2. pun. 1. num. 9.

Exod. c. 17. & ibid. Abul. qu. 7.

Exod. c. 24. verſ. 8. & ad Hebr. c. 9. verſ. 19.

Quoad ſecundum, videlicet de naturali lege antiquitùs impertiente ſacerdotium primogenitis, diſtinguendum eſt cum Abulenſi. Nam, aut loquimur de ſacerdotio priuatæ domus, & pietatis: aut de ſacerdotali munere in communitate, & reſpectu publici nominis. In priori caſu nemo ibit inficias, primogenitos functos fuiſſe ſacerdotali munere, non tamen ſemper alijs non primogenitis excluſis, vt obſeruat Salianus. Nam poſthabita apud Haruillæum incertitudine primogenituræ pro Sem filio Noë (qui Sem pro Melchiſedeco agno-

Abul. in Geneſ. c. 13. q. 3.

Salian. 2. m. 1123. num. 3.

Haruill. in Iſag. Chron. l. 1. §. 33.

ſcitur in Chaldæa translatione tum Ionathanis, tum Hieroſolymitana iuxta communem Hebræorum ſententiam à D. Hieronymo relatam, quam defendit Suarez, ſed nouiſſimè refellit Capizuccus) nemini dubium eſt ex S. Auguſtino, Torniello, Saliano, & alijs, Abrahamum non fuiſſe primogenitum, & nihilominùs cum affirmant ſacerdotem non ſolùm Thalmudici, ſed & S. Thomas, & ex Origene Caramuel.

Hier. in QQ. Hebr. in Geneſ.

Suar. 3. p. to. 1. qu. 22. ar. 6. d. 46. ſec. 4.

Capiz. de Melchiſ. §. 3.

S. Auguſt. in Geneſ. qu. 25. *Torn.* a. m. 1979. *Salian.* a. m. 1979.

Thalm. in Trac. Nedarim. cap 2. *D. Tho.* 3. p. qu. 22. ar 2. *Caram.* de Hier. Eccl. ſ. num. 151.

Quare dicendum videtur vnà cum Bonfrerio, & Babelio, cuique patrifamilias, ſeu capiti familiæ, hoc ſacerdotij ius competiſſe, eo tamen defuncto, ſicut primogenitus ſuccedebat in locum patris effectus familiæ caput, quamdiu ipſe cum fratribus vnam familiam conflabat, ita illi ſolùm, & non reliquis hoc ius ſacerdotij conueniſſet; ita tamen, vt quilibet ipſorum ſtatim hoc ipſo, quo in aliam familiam commigrabat factus familiæ caput, hoc ipſum ius illi competeret. Idem igitur aſſerendum eſt de Moyſe, quamuis non primogenito, quem patremfamiliæ, & caput ex ſacris paginis quiſque agnoſcit.

Bonfr. in Exod. c. 24. *Babel.* in Eccl. Noach. pag. 29.

Si verò loquimur de ſacerdotio reſpectu communitatis, & publici nominis, cũ nemo dici potuiſſet cõmunitatis primogenitus, quilibet etiã non primogenitus iuxtà Abulenſem ad ſacerdotale officium poterat deſtinari dummodò, is nõ extitiſſet vnus è plebecula, quod ſanè crimen obijcitur Ieroboamo, quia feciſſet *De nouiſſimis populi ſacerdotes.* Et poſthabita prophana eruditione qua clarè detegitur, antiquitùs in Regibus coniunctum

Abul. d. c. 13 qu. 9.

3. Reg. 13. verſ. 33.

iunctum fuiſſe regnum, & ſacerdotium, id liquidò percipitur ex ſacris literis, in quibus Melchiſedech non modò *Sacerdos*, ſed etiã *Rex* appellatur: quemadmodum ijſdem prærogatiuis inſignitum fuiſſe Iob aſſerunt Suarez, Coninck, Molina, & alij, quos refert, & ſequitur Hieronymus Garçias; quamuis regiam dignitatem in Iob perneget Spanhemius, & non exprimat ſacerdotalem.

Garſ. loc. cit. num. 9.

Span. in Hiſt. Iob. c. 4.

Porrò regiam in Moyſe dignitatem, licèt perneget Marcus Antonius de Dominis, vir damnatæ memoriæ, concedunt communiter Catholici, & præcipuè Mendoza, Barboſa, & Caramuel: eamque antiquitùs faſsi ſunt Onkelos paraphraſtes, & Philo, alijque recentiores Synagogæ magiſtri vltra Moyſen Ægyptium. Neque diſſentitur Eccleſia, vel Romana, vel Alexandrina, vti licet videre apud S. Clementem, & Eckellenſem. Itaque probabiliùs cenſendum eſt, Moyſen non poſt eius mortem iuxta D. Clementem Alexandrinum, neque in eius ortu, vt ait Cedrenus, ſed adhuc in vita degentem, & in Iſraelitico regimine nuncupatum fuiſſe *Melchi*, videlicet *Regem*. Sic etiam Imperatoris aſſeclæ pro defenſione Concilij Chalcedonenſis *Melchitæ* ſunt vocati, *Melchi enim Syris Rex eſt*, explicat Nicephorus. Itaque cùm naturæ tempore Reges fruerentur ſacerdotio, & Moyſes regia potitus ſit nomenclatura, vtique ſacerdotium ei non eſt denegandũ. Fallitur quidem Hoornbeeck, inquiens, neminem vnquam fuiſſe Prophetam, Regem, & Sacerdotem præter Chriſtum Dominum:

M. Ant. l. 1. de Rep. Eccleſ. c. 12. num. 37.

Mend. 1. Reg. 2. nu. 10. annot. 15. ſec. 3. nu. 25. & numer. 17. annot. 19. nu. 5. & nu. 32. nu. 9. *Barb.* l. 3. de Iur. Eccl. c. 3. num. 25. *Caram.* loc. cit. num. 164. *Onkel.* *Deut.* 33. v. 4. *Phil.* l. 3. de Vit. Moſ. & lib. de Præm. & pœnis. *Semoth Rabba* ſec. 48. fol. 156. col. 1. & ſec. 52. fol. 164. col. 1. *Moyſ. Aegypt.* in tr. Beth Abbechira. cap. 6. §. 11.

S. Clem. l. 2. Conſt. cap. 29. *Eckell.* de Orig. Eccl. Alex. pag. 178.

S. Clem. Alex. l. 1. ſtrom.

Cedr. in Comp. Hiſtor. pag. 42. Edit. Pariſ.

Niceph. l. 18. c. 52.

Hoorn. de Conuin. & conuerſ. Iud. l. 3. c. 1. pag. 135.

minum : eaſdem enim prærogatiuas habuit Moyſes, ipſius Chriſti figura.

Sed D. Magrus allegans Kimchium, affirmat, in ſeptem diebus Aaronicæ conſecrationis Moyſen ſacerdotale munus tantùm exercuiſſe:& cum ipſe vnà cum Aarone benexerit octaua die, ſcilicet altera die poſt ſeptimum diem conſecrationis elapſum, vt apertè teſtantur ſacræ paginæ, iam ſacerdotium Moyſis expiraſſe, & ab ipſo, tanquam Leuita ſolemnem benedictionem impertitam dicendum videtur.

Leuit. c. 9. v. 1.

Aduertendum tamen eſt, quòd duplex extet apud Hebræos opinio de duratione quoad ſacerdotium Moyſis, quare legitur רבנן אומרין כל שנה שהיו ישראל במדבר שמש משה בכהנה ויש אומרין לא אלא שבעת ימי המלואים ורבי ברכיה בשם רבי סימון כל ארבעים שנה שימש משה בכהנה, *Inquiunt magiſtri, cunctis annis ab Iſraële tranſactis in deſerto Moyſen inſeruiſſe ſacerdotio : alij verò concedunt in ſeptem diebus conſecrationis. R. Berachias nomine R. Simonis ait; per quadraginta annos pontificatus munere functum fuiſſe Moyſen.* Et pluribus quidem in locis apud Hebræos leguntur huiuſmodi opiniones. Sed quoad Kimchiū dicitur, quòd licèt ipſe agnoſcat ſacerdotalem Moyſis dignitatem in Aaronica conſecratione, non tamen proinde neget, ſacerdotem deinceps fuiſſe : imò refert antiquos Rabbinos aſſerentes perpetuum Moyſis ſacerdotium: ille enim ait. ומה שאמר בכהנים כי גם משה כהן היה והוא שמש בכהנה תחלה ששמש שבעת ימי המלואים ובדרש רבי יונתן בשם רבי יוסי בשם רבי ברכיה בשם רבי יהושע בן קרחה אומר כל ארבעים שנה שהיו ישראל במדבר לא נמנע משה מלשמש בכהנה גדולה דכתיב משה

Semoth Rabbà ſect. 37.

Semoth Rabbà ſec. 3. & 48. & 52. *Vaicra Rabbà* ſec. 11. *Jalcuth.* in Pſal. 99. & ibid. Midraſc Theillim. *Gloſ.* in Rabbòth pag. 113. à tergo.

ובני

ואהרן בכהניו אמר רבי ברכיה בשם רבי יהושע מקרא מלא הוא ובני
עמרם אהרן ומשה ויבדל אהרן וגו' ומשה איש האלהים בניו יקראו על
שבט הלוי משמע שהוא נקרא כהן אבל בניו יקראו על שבט הלוי

Et in eo, quod ait, In ſacerdotibus, *innuit, quòd etiam Moyſes fuerit ſacerdos, & primùm inſeruijt ſacerdotio in ſeptem diebus conſecrationis. Et in Deràſc* R. *Ionathan nomine R. Iosè, nomine R. Berachiæ, nomine R. Ioſue filij Corchæ ait. Cunctis quadraginta annis, quibus fuit Iſraël in deſerto non prohibitus fuit, quin pontificatu fungeretur, ſicut ſcriptum eſt*; Moyſes, & Aaron in ſacerdotibus eius. *Inquit R. Berachias nomine R. Ioſue; textus eſt perfectus*: Et filij Amram Aaron, & Moyſes, & ſeparatus eſt Aaron &c. Et Moyſes vir Dei, filij eius adnumerati ſunt in tribu Leui. 1. Par. 23. v. 14. *Patet, quòd ipſe adnumeratus ſit ſacerdos, ſed eius filij recenſiti fuerint in tribu Leui*. Conſtat igitur euidenter, quòd Kimchius non improbet opinionem Rabbinorum affirmantium in Moyſe ſacerdotium poſt ſeptem dies Aaronicæ conſecrationis. Si quis verò fuerit anceps pro fide Hebraici Textus ſuperiùs adducti, videat omnia Kimchij ſuper Pſalmos commentaria, tum typis edita, tum manuſcripta; & præſertim adeat idem cõmẽtarium Kimchij egregiè manuſcriptum charactere Rabbinico, & punctis pro vocalibus eleganter inſignitum (qua ſtudij diligentia reliqua carent commentaria) & aſſeruatum in præclariſſima Bibliotheca Eminentiſſimi Domini mei Cardinalis Brancatij, ac deſcriptum ab Alphonſo de Samora in prouincia Alcalæ de Enares cum Hiſpanicis difficiliorum vocum declarationibus, ad margi-

marginem poſitis, & abſolutum die 22. Martij 1541. ſcriptumque D. Franciſco de Bobalilia Epiſcopo Eccleſiæ Corienſis, & Toletanæ Eccleſiæ Archidiacono, cuius quidem Alphonſi aliud elucet Romæ teſtimonium apud Bibliothecā Angelicam in ædibus Monaſterij Eremitarum S. Auguſtini, nempe Dictionarium Hebraicum R. Ioſeph Ben Caſpì eodem planè modo ab ipſo ſcriptum anno ſalutis 1519 in Alcala de Enares. Et hæc ſanè leguntur in fine vtriuſque codicis ab eodem Alphonſo Hebraicè adnotata.

Genebr. in P. 98. *Caſtill.* de Ornam. Aaron. ſec. 1.

Petric. de Eccl. mil & triumph. l. 2. diſp. 6. *Abul.* in Leuit. c. 8. q. 6. in fin.

Lorin. in Pſal. 98.

Præfatos Rabbinos, relatos à Kimchio, citant etiam, & ſequuntur Genebrardus, & Dydacus de Caſtillo pro firmando ſacerdotio Moyſis toto tempore, quo vixit Iſraël in deſerto, eamdemque opinionem expreſsè fatetur Petricca. Et quamuis aſſerat Abulenſis, inſtituto Aarone in ſacerdotem, non licuiſſe Moyſi miniſtrare, reſpondet Lorinus. *Satiùs fuiſſet dicere, non quòd non licuerit, ſed quòd opus non fuerit: nunquam enim deſijt ſacerdos eſſe, quamuis alias eſſet, qui ſacerdotalia munera obire poſſet circa ſacrificia. Nec ſpeciale Dei priuilegium circa ſacerdotalem dignitatem Moyſi conceſſum aliter concedo, quàm quòd conſtituto Aarone in ſummum ſacerdotem, quod erat priùs Moyſes, voluit Deus, vt ea dignitas deſcenderet ad ſolos poſteros de Aaronis familia. Alioqui quoad vixit Moyſes, dici potuit, & debuit abſolutè ſacerdos, & ordinarius ratione functionis, tametſi non ratione ſucceſſionis, quia eam dignitatem ſimpliciter accepit, non ad tempus &c. Qua in re ſimilitudo quædam erat cum eo, quod poſtea in Apoſtolis contigit,*

ex

ex quibus Petrus ſolus fuit, cui ſuccederetur tanquam ordinario Paſtori totius Eccleſiæ; alij ratione iſtius ſucceſſionis erant Paſtores ordinarij ſecundùm illam amplam poteſtatem in totam Eccleſiam, quæ tamen etiam Petro ſubordinabatur. Diſcrimen adhuc eſt, quod Aaroni prælatus eſt Moyſes à Deo, Apoſtolis autem Petrus, ſed non præcisè propterea Moyſes maior Aarone extitit, quia ordinarium ſacerdotium ſecundùm dictam ſuorum ſucceſſionem habeat, ſed quia ita Deus voluit; alioqui Petro ſuperiores fuiſſent Apoſtoli, quia reſpectu ipſius erant extraordinarij ad eum ſcilicet modum, quem dixi. Denique quod extraordinariè Moyſi conceſſum eſt, propter ipſius mortem ordinarium fuit in ſummis ſacerdotibus ex familia Aaron, vt nimirùm etiam de religione, ac fide reſponderent, quod Moyſes, dum viueret, faciebat, non Aaron; quæ poteſtas ordinaria communicata ſoli Petro eſt, & ſucceſſoribus, nullis alijs etiam extraordinariè, nec viuente Petro, nec poſt illius mortem, quàm dictis ſucceſſoribus.

Præfatam ſimilitudinē pro ordinario ſacerdotio Aaronis quoad S. Petrum, & pro extraordinario ſacerdotio Moyſis quoad reliquos Apoſtolos afferunt etiam Bellarminus, Ambianates, Gretſerus, Raynaudus, alijque omnes communiter: at libeat audire Hieronymum Garçiam, qui Moyſen, & Aaronem faciens inſimul ſummos Sacerdotes addit. *Pero con eſta diferencia, que a Aaron ſe le dio el ſumo Pontificado para el; y ſus hijos, y aſſi fue ſumo Pontifice iure ordinario: como ſe dixeſſemos, cuyo beneficio, y dignidad le colò Moyſen por mandado de Dios con particular ritu, y ceremonia, come ſe dixe Eccleſ. 45. n. 8. pero Moyſen aunque fue ſumo Pontifice, empero non*

Bellarm. l. 3. de Verb. Dei cap. 4. *Ambian.* in *Tertull.* de Scorp. c. 13. obſeru. 10 *Gretſ.* in Defenſ. *Bellarm.* l. 3. c. 4. *Rayn.* in Coron. Aur. ſubnot. 2. verie. 3.

Garc. l. c. pun. 2.

rio exprimendum ſignum crucis, & impertiendam benedictionem docent Innocentius Tertius, Lucas Tudenſis, & Synodus Vdalrico tributa. Non tamen recedo à Craſſo ſcribente, elargiendam benedictionem tota aperta manu, quam Latinorum conſuetudinem improbè calumniatus eſt præfatus Ioannes inquiens: *Ex quibus porrò diduciſtis venerandam Crucem cum quinque digitis in fronte deſignare?* nam extenſis tribus prioribus digitis, & duobus poſterioribus paululùm incuruatis, incaſsùm Græci Latinos ſuccenſent apud Calecam: *Cum alicui benedictionem impertiunt, quinque digitos adhibere, cum in conſignationibus ita diſponi debeant digitos, vt per eos duæ in Chriſto naturæ, & tres perſonæ in diuinis ſignificentur.*

Inn. III. l. 2. de Miſſa. c. 45. Tuden l. 2. con. Albig. c. 12. Syn. Vdal. c. 19.

Craſſ. l. 2. c. 42.

Vide *Allat.* d. col. 1400.

Calec. adu. Græc. l. 4.

Cum igitur Hebraica benedictio Chriſtianę benedictionis fuerit figura, & vtraque in myſterijs inuicèm cohæreat, neceſſe quidem videtur, quòd hodie non interſit diſparitas ab officio eorum, qui benedictionem antiquitùs largiebantur, vt figuræ figuratum adamuſſim reſpondeat.

Eſt ſanè indubium, benedictionis munus ad ſacerdotes olim ſpectaſſe, vt clarè habetur ex ijs verbis ad Moyſen: *Loquere Aaron, & filijs eius, ſic benedicetis filijs Iſrael &c.* Ad quem igitur ſpectet in Eccleſia benedicendi munus elicitur ex S. Anacleto Pontifice, dum ait. *Contemplari oportet, Aaron ſummum ſacerdotem, ideſt Epiſcopum fuiſſe: porrò filios eius presbyterorum demonſtraſſe figuram.* Itidem educitur ex Sancto Hieronymo ſcribente: *Quod Aaron, & filios eius*

Num. c. 6. v. 23.

S. Anacl. epiſt. 2. de Ord. Epiſc.

S. Hier. epiſt. ad Nepot. & habetur in cap. Eſto. diſt. 95.

eius hoc Epiſcopum, & presbyteros eſſe nouerimus. Idemq.docuit Atto Epiſcopus apud Dacheriũ. *Atto* in Capitul. c. 2. *Dacher.* To. 8. Spicileg.

At D.Magrus, aſſerens Moyſen fuiſſe Leuitam, obijcit textum, in quo dicitur. *Ingreſſi autem Moyſes, & Aaron in tabernaculum teſtimonij, & deinteps egreſſi benedixerunt populum.* Leuit. c. 9. v. 23.

Sed, vt obiectioni fiat ſatis, neceſſe eſt, eorũ verborum intelligentiam eruere è ſacro textũ, qui ait. *Et extendens Aaron manum ad populum benedixit ei. Sicque completis hoſtijs pro peccato, & holocauſtis, & pacificis deſcendit. Ingreſſi autem Moyſes, & Aaron in tabernaculum teſtimonij, & deinceps egreſſi benedixerunt populo. Apparuitque gloria Domini &c.*

Apud Hebræos Salomon Iarchi, priorem benedictionem Aaron interpretans, aſſerit, ſacerdotalem fuiſſe, eo modo, quem ſuperiùs diximus. Poſteriorem verò benedictionem, ob cauſas ab eo relatas, affirmat huiuſcemodi fuiſſe. יהי נעם יהוה אלהינו יהי רצון שתשרה שכינה במעשה ידיכם. *Complacet Domino Deo noſtro, complacet, vt diuinitas habitet in opere manuum veſtrarum.* *Sal. Iarch.* c. 9. Leu.

Apud Chriſtianos non ſecùs interpretatur Abulenſis priorem benedictionem, ſed de poſteriori ſcribit. *Dicitur, quòd benedixerunt populum in exitu ſuo. Poteſt autem accipi dupliciter iſta benedictio, vno modo, quo fit comprecatio quædam alicuius futuri boni, ſicut comprecantur homines inuicèm. Alio modo, quòd ſit benedictio, ideſt, prænunciatio de aliquo bono euenturo, & iſto modo pertinet benedictio ad Prophetas, quoniam bonum aliquod nobis ex Deo prænunciant. Bonum autem, quod iſti prænunciabant, eſt, quòd Deus citò demonſtraret eis gloriam ſuam. Apparu-* *Abul.* in d. cap. 9. qu. 9. & qu. 13.

paruitque gloria Domini omni multitudini, quæ autem ſit iſta gloria Domini, ſubiungitur immediatè, cum dicitur: Et ecce ignis &c.

Ex his igitur Scriptoribus habetur, quòd Moyſis benedictio, vnà cum Aaron præſtita, non fuerit ſacerdotalis, ſed quædam tantummodò futuri boni deprecatio: quam ſanè deprecationem cum quiſquis exhibere valeat, ideo ex ea non inferendum videtur ad comprobandam Diaconalem benedictionem.

Verumtamen apud Hebræos Abraham Sceuàh identificat poſteriorem benedictionem cum priori, vnicam in Moyſe & Aaron conſtituens benedictionem, & dicens. ויצאו ויברכו
את העם לפי שעדיין לא ברכו אותם ואמר ויבא משה ואהרן אהל מועד
ליטול רשות מהשם יתברך שיסכים על ידן וזהו שיצאו ברשות ויברכו
את העם Et egreſſi benedixerũt populum, *nondum enim benedixerant eos, & ait*: Et ingreſſus eſt Moyſes, & Aaron in tabernaculum teſtimonij, *vt Deus aſſentiretur ſuper eorum manus, & ab eo facultatem acciperent, & hoc eſt illud*, Et egreſſi ſunt, *videlicet accepta facultate, & benedixerunt populum.*

Abr. in Tſeròr Ammòr pag. 95. col. 1.

Hæc ſanè interpretatio diſſona non videtur inſpecta Hebraicæ linguæ proprietate, in qua præteritum tempus iuxta exigentiam in alia reſoluitur tempora: hinc ea verba, *Ingreſſi Moyſes, & Aaron, & deinceps egreſſi benedixerunt populum*, Italicè ita tranſtulit Deodatus. *Hor Moyse, & Aaron erano entrati nel tabernacolo della conuenenza: poi, eſſendone vſciti, haueuano benedetto il popolo: e fuoco era vſcito dal coſpetto di Dio, & haueua conſumato l'holocauſto, & i graſſi in ſu l'altare.*

Huiuſ-

Huiuſce translationis intelligentia non renuitur à Catholicis, quare Vatablus etiam vertit: *Iam ingreſſi fuerant Moyſes, & Aaron tabernaculum fœderis, & egreſſi erant, & benedixerunt populum.* Tandem vtriuſque benedictionis identitatem comprobat Caietanus inquiens. *Fuit data benedictio, quæ adſcribitur Moyſi, & Aaron, quoniam ab vtroque proceſſit, ſed Aaron tanquam nouus Pontifex, volente Moyſe, eleuauit manus ſuas, & protulit verba.* Vatab. d. c. 9. in Schol. n. 21. Caiet. in d. c. 9.

Communior tamen apparet opinio pro bina benedictione: vnde apud Hebræos ait Iſaac Abrauanellus. הנה התבאר ששתי ברכות היו לישראל ביום אחד אחת מפי אהרן בהיותו על המזבח מקריב קרבנותיו והשנית מפי משה ואהרן שניהם יחד אחר שירד אהרן מעל המזבח ונכנסו שניהם להתפלל באהל מועד ויצאו ויברכו את העם, *Ecce liquet quòd duæ fuerint in vnica die benedictiones Iſraëli: prior ex ore Aaron offerentis ſacrificia ſuper altare: & poſterior ex ore Moyſis, & Aaron amborum inſimul, poſtquam deſcenderat Aaron ex altari, & ingreſſi fuerant ambo ad orandum in tabernaculo teſtimonij, & exeuntes benedixerunt populum.* Hanc etiam expoſitionem alteri ſuperiùs relatæ prætulit Caietanus, inquiens. *Poſſet tamen, & alter intelligi littera &c. Et exierunt Moyſes, & Aaron, & populo iam proſtrato ſuper facies ſuas ambo benedixerunt ratione tantæ deuotionis; priùs enim ſolus Aaron benedixerat populo, & hic ſenſus iudicio meo eſt ſenſus litteralis &c.* Abrau. in Pent. pag. 241. col. 1. Caiet. loc. cit.

Admiſſa igitur bina benedictione quærendùm eſt, quo ritu poſterior benedictio fuerit impertita: illius enim ritus, vt notat Gretſerus, in ſacris paginis non exprimitur. Superiùs Gretſ. l. 1. de Bened. c. 6.

riùs vidimus, ſacerdotalem non extitiſſe benedictionem,ſed tantùm ſimplicem bonorum deprecationem. Sed inquit Abrauanellus. *Abrau. loc. cit.* והיו משה ואהרן מברכים שניהם ככהנים בעת נשיאות כפיהם, *Moyſes, & Aaron ambo benedicebant veluti ſacerdotes, cum manus eleuant.* Itidem Lorinus huic *Lorin. in d. c. 9.* adhæret ſententiæ, poſteriorem benedictionem exiſtimans ſolemnem, nec à priori per Aaronem dumtaxat præſtita diſſimilem, eiuſ- *Rub. l. 2. diu. offic. c. 89.* demque opinionis Rubeus apparet.

Attamen hac etiam admiſſa opinione, ex hoc Moyſis exemplo non videtur inferenda in Diacono poteſtas ſolemniter benedicen- *Pſal. 98. v. 6.* di: nam canente Pſalte, *Moyſes, & Aaron in ſacerdotibus eius*, diſcitur, quòd Moyſes, tanquam ſacerdos præſtiterit benedictionem.

Caſtr. in Apolog. Non eſt quidem aſſentiendum Caſtrio, quòd nunquam in ſacris paginis *Sacerdos* accipiatur pro *Principe*, quam fortè ſententiam hauſit *Abenez. in Pſ. 99.* ex Abenezra ſcribente: מלת כהן בכל מקרא משרת יהוה, *Dictio* Sacerdos *in tota ſcriptura ſignificat miniſtrum Domini.* Contrarium enim euidenter eli- *2. Reg. 8. verſ. 18.* citur ex ijs verbis, *Filij Dauid ſacerdotes erant*, dum neminem latet, Dauidis filios è tribu Iuda, non autem Leuitica prognatos eſſe: quamobrem eadem verba alibi explicantur, *Filij* *1. Par. 18. verſ. 17.* *Dauid primi erant ad manum Regis, quia*, exponit *Lyran. d. c. 18. & in Exod. c. 2. & cap. 19.* Lyranus, *erant primi in honoribus, & ideò vocantur ſacerdotes, ideſt, maiores inter illos, qui aſſiſtebant Regi Dauid.* Et ex ijs pariter verbis pro *2. Reg. 20. verſ. 26.* Iairite deſcriptis היה כהן לדוד, *Erat ſacerdos Dauid*, Chaldæus paraphraſtes tranſtulit הוה רב לדוד, *Erat princeps Dauid.* Cauſam ſiue analogiam affert

Fo-

Forerius, quia videlicet ſacerdos ſit miniſter, & familiaris Dei: Rex autem ſit quaſi quidam Deus in terra, & familiares eius vocentur ſacerdotes. Hinc ait Pineda: *Rex eſt quidam Deus, qui ergò Regi familiares, ij quidam ſacerdotes eius ſunt*. Verumtamen in allegatis verbis, *Moyſes, & Aaron in ſacerdotibus eius* verbum *Sacerdos* preſsè, & propriè eſt accipiendum ex Septuaginta interpretatione ἐν τοῖς ἱερεῦσιν, qui pro filijs Dauid illud *Sacerdotes* trāsferūt αὐλάρχαι. Ergo, ſi Moyſes ſolemnem præſtitit benedictionem, eam præſtitit, non vti Leuita, ſed vti ſacerdos.

Forer. in Iſa. c. 61. verſ. 6.

Pined. in Iob. c. 12. verſ. 19. num. 1.

Opponet quiſpiam, Moyſen non fuiſſe ſacerdotem ex inſtitutione, neque ex naturæ priuilegio. Non ex inſtitutionè, quia in ſacris paginis ea tacetur, quód ſecùs eſt pro ſacerdotio Aaron. Non ex naturæ priuilegio, quia iuxta DD. Hieronymum, & Thomam, alioſque communiter antè Aaronici ſacerdotij inſtitutionem primogeniti fuere ſacerdotes. Hinc veſtes Eſau, quas pro obtinenda paterna benedictione induit Iacob, & ex Hebraica voce החמדות vocat Vulgata *Valde bonas*, Pagninus *Concupiſcibiles*, Vatablus *Pretioſiores*, Onkelós דכיתא *Puras*, Septuaginta στολὴν καλὴν *Veſtem pulchram*; ac tandem Hebręi Hiſpani *Los pannos cobdiciados*, non quia iuxtà Rabbinorum expoſitionem veſtes fuerint Nembroth, quibus vſus fuerat Adam in horto Eden, ſed quia iuxta D. Clementem, Hieronymum, Thomam, alioſque veſtes Eſau ſacerdotales fuerint, eique vti primogenito debitæ. Item quod de Ruben Ia-

S. Hier. epiſt. 126. ad Euagr. *D. Thom.* 1. 2. q. 103. ar. 1. ad 3. & ad Hebr. c. 9. Vide *Tiraquell.* de Primog. in præfat. num. 18.

Gen. c. 27. verſ. 15. *Vatab.* d. c. 27. in Schol. verſ. 15.

Vide *Bereſcith Rabbà* ſec. 65

S. Clem. l. 8. Conſt. cap. 3. *S. Hier.* in QQ. Hebr. in Geneſ. c. 27. *D. Thom.* 2. 2. q. 100. ar. 4. *Abulen.* in Geneſ. c. 26. q. 6. & in Exod. q. 17. q. 7. *Alcuin.* in Geneſ. c. 27. *Archid.* & *Alex.* in cap. Quam peri uloſum. 7. q. 1. *Io. Andr.* *Hoſt.* & *Panorm.* in cap. Licet de Vot.

cobi primogenito apud Vulgatam dicitur, *Prior in donis, maior in imperio*, translatum eſt in Chaldæa paraphraſi הוה חזי למיסב תלתא חולקין בכורתא כהונתא ומלכותא *Accepturus eras partes tres, primogenituram, ſacerdotium, & regnum*. Idemque elicitur ex ijs Exodi verbis, in quibus de Moyſe dicitur: *Miſitque iuuenes de filijs Iſraël, & obtulerunt holocauſta*, vbi Onkelòs paraphraſtes, communiter receptus, pro voce *Iuuenes* tranſtulit בכורי *Primogenitos*. Denique adnectitur pro coronide ratio ab Hebræis allata, ob quam Iacob expetierit primogenituram Eſau, & huiuſmodi redditur. תנינן עד שלא הוקם המשכן היו הבמות מותרות ועבודה בבכורות משהוקם המשכן נאסרה הבמה ועבודה בכהנים *Tradunt, quòd, priuſquam erigeretur tabernaculum, licita fuerint delubra, atque in primogenituris miniſterium: erecto autem tabernaculo interdicta fuere delubra, & miniſterium fuit in ſacerdotibus*. Hinc eſt, quòd Eſau *Propter vnam eſcam* ſacrum primogenituræ ius vendens *Prophanus* ab Apoſtolo appelletur. Ex ſupradictis igitur infertur, Moyſen non fuiſſe ſacerdotẽ naturæ priuilegio; is enim triennio minor fuit Aarone, aſſerente ſacra Scriptura: *Erat autem Moyſes octoginta annorum, & Aaron octoginta trium, quando locuti ſunt ad Pharaonem*.

Sed reſpondetur quoad primum, quòd licèt non recenſeatur in ſacris pàginis ſacerdotalis inſtitutio Moyſis, nihilominùs ipſe ſacerdotio non caruit ex ſpeciali Dei priuilegio, vtpote ſacerdos vnctus oleo inuiſibili iuxta Abulenſem, alioſque inferiùs citandos: eo planè modo, & genere ſacerdotij, quod tempore

Geneſ. c. 49. verſ. 3.

Exod. c. 24. verſ. 5.

Thalm. in tract. Zeuachim. c. 14. & in Beroſcith Rabba ſec. 63. §. 16.

Ad Hebr. c. 12. verſ. 16.

Exod. c. 7. ver. 7.

Abul: in Exod. c. 17. q. 7. & in Leuit. c. 8. qu. 6.

pore legis naturalis in vſu erat, non ſecùs ac Melchiſedech, qui aliqua viſibili cœremonia conſecratus non fuit, vt ex D. Ambroſio, & Chryſoſtomo docet Suarez. Hinc ait Hieronymus Garçias: *En a quel tiempos no era neceſſario eleccion, ni conſagracion*: quare Moyſes poſt victoriam ex Amalecitis relatam ædificauit altare Domino tanquam ſacerdos, teſte eodem Abulenſi. Item ædificato rursùs altari ad montem Sinai, & ex immolatis victimis *Accipiens*, ait Apoſtolus, *ſanguinem vitulorum, & hircorum cum aqua, & lana coccinea, & hyſopo ipſum quoque librum, & omnem populum aſperſit dicens*. Hic ſanguis teſtamenti, quod mandauit ad vos Deus: *Etiam tabernaculum, & omnia vaſa miniſterij ſanguine ſimiliter aſperſit*. Accedit Aaronica conſecratio per Moyſen patrata in ſummum ſacerdotem, quod ſanè miniſterium vnà cum alijs ſupradictis, iuxta communem interpretum ſententiam, abſque ſacerdotali dignitate fieri nequijt.

Suar. p. 3. to. 1. qu. 22. ar. 6. diſp. 46. ſec. 4. *Garç.* in QQ. mor. tr. 1. dif. 2. dub. 1. pun. 1. num. 9.

Exod. c. 17. & ibid. *Abul.* qu. 7.

Exod. c. 24. verſ. 8. & ad Hebr. c. 9. verſ. 19.

Quoad ſecundum, videlicet de naturali lege antiquitùs impertiente ſacerdotium primogenitis, diſtinguendum eſt cum Abulenſi. Nam, aut loquimur de ſacerdotio priuatæ domus, & pietatis: aut de ſacerdotali munere in communitate, & reſpectu publici nominis. In priori caſu nemo ibit inficias, primogenitos functos fuiſſe ſacerdotali munere, non tamen ſemper alijs non primogenitis excluſis, vt obſeruat Salianus. Nam poſthabita apud Haruillæum incertitudine primogenituræ pro Sem filio Noë (qui Sem pro Melchiſedeco agno-

Abul. in Geneſ. c. 13. q. 3.

Salian. 2. m. 2123. num. 3.

Haruill. in Iſag. Chron. l. 1. §. 35.

ſcitur in Chaldæa tranſlatione tum Ionathanis, tum Hieroſolymitana iuxta communem Hebræorum ſententiam à D. Hieronymo relatam, quam defendit Suarez, ſed nouiſſimè refellit Capizuccus) nemini dubium eſt ex S. Auguſtino, Torniello, Saliano, & alijs, Abrahamum non fuiſſe primogenitum, & nihilominus eum affirmant ſacerdotem non ſolùm Thalmudici, ſed & S. Thomas, & ex Origene Caramuel.

Hier. in QQ. Hebr. in Geneſ.
Suar. 3. p. to. 1. qu. 22. ar. 6. d. 46. ſec. 4.
Capiz. de Melchiſ. §. 3.
S. Auguſt. in Geneſ. qu. 25. *Torn.* a. m. 1979. *Salian.* a. m. 1979.
Thalm. in Trac. Nedarim. cap 3. *D. Tho.* 3. p. qu. 31. ar. 2. *Caram.* de Hier. Eccl. num. 151.

Quare dicendum videtur vnà cum Bonfrerio, & Babelio, cuique patrifamilias, ſeu capiti familiæ, hoc ſacerdotij ius competiiſſe, eo tamen defuncto, ſicut primogenitus ſuccedebat in locum patris effectus familiæ caput, quamdiu ipſe cum fratribus vnam familiam conflabat, ita illi ſolùm, & non reliquis hoc ius ſacerdotij conueniſſet; ita tamen, vt quilibet ipſorum ſtatim hoc ipſo, quò in aliam familiam commigrabat factus familiæ caput, hoc ipſum ius illi competeret. Idem igitur aſſerendum eſt de Moyſe, quamuis non primogenito, quem patremfamiliæ, & caput ex ſacris paginis quiſque agnoſcit.

Bonfr. in Exod. c. 24. *Babel.* in Eccl. Noach. pag. 29.

Si verò loquimur de ſacerdotio reſpectu communitatis, & publici nominis, cū nemo dici potuiſſet cõmunitatis primogenitus, quilibet etiā non primogenitus iuxtà Abulenſem ad ſacerdotale officium poterat deſtinari dummodò, ſi nõ extitiſſet vnus è plebecula, quod ſanè crimen obijcitur Ieroboamo, quia feciſſet *De nouiſſimis populi ſacerdotes.* Et poſthabita prophana eruditione qua clarè detegitur, antiquitùs in Regibus coniunctum

Abul. 4. c. 13 qu. 9.
3. Reg. 13. verſ. 33.

iunctum fuiſſe regnum, & ſacerdotium, id liquidò percipitur ex ſacris literis, in quibus Melchiſedech non modò *Sacerdos*, ſed etiã *Rex* appellatur: quemadmodum ijſdem prærogatiuis inſignitum fuiſſe Iob aſſerunt Suarez, Coninck, Molina, & alij, quos refert, & ſequitur Hieronymus Garçias; quamuis regiam dignitatem in Iob perneget Spanhemius, & non exprimat ſacerdotalem.

> *Garſ.* loc. cit. num. 9.
> *Span.* in Hiſt. Iob. c. 4.

Porrò regiam in Moyſe dignitatem, licèt perneget Marcus Antonius de Dominis, vir damnatæ memoriæ, concedunt communiter Catholici, & præcipuè Mendoza, Barboſa, & Caramuel: eamque antiquitùs faſſi ſunt Onkelos paraphraſtes, & Philo, alijque recentiores Synagogæ magiſtri vltra Moyſen Ægyptium. Neque diſſentitur Eccleſia, vel Romana, vel Alexandrina, vti licet videre apud S. Clementem, & Eckellenſem. Itaque probabiliùs cenſendum eſt, Moyſen non poſt eius mortem iuxta D. Clementem Alexandrinum, neque in eius ortu, vt ait Cedrenus, ſed adhuc in vita degentem, & in Iſraelitico regimine nuncupatum fuiſſe *Melchi*, videlicet *Regem*. Sic etiam Imperatoris aſſeclæ pro defenſione Concilij Chalcedonenſis *Melchitæ* ſunt vocati, *Melchi enim Syris Rex eſt*, explicat Nicephorus. Itaque cum naturæ tempore Reges fruerentur ſacerdotio, & Moyſes regia potitus ſit nomenclatura, vtique ſacerdotium ei non eſt denegandũ. Fallitur quidem Hoornbeeck, inquiens, neminem vnquam fuiſſe Prophetam, Regem, & Sacerdotem præter Chriſtum Dominum:

> *M. Ant.* l. 1. de Rep. Eccleſ. c. 12. num. 37.
> *Mend.* 1. Reg. 2. nu. 10. annot. 15. ſec. 3. nu. 25. & numer. 17. annot. 19. nu. 5. & nu. 92. nu. 9. *Barb.* l. 3. de Iur. Eccl. c. 3. num. 25. *Caram* loc. cit. num. 164. *Onkel:* *Deut.* 33. v. 4. *Phil.* l. 3. de Vit. Mot. & lib. de Præm. & pœnis. *Scemòth Rabba* ſec. 48. fol. 156. col. 1. & ſec. 52. fol. 164. col. 1. *Moyſ. Ægypt.* in tr. Beth Abbechirà. cap. 6. §. 11.
> *S. Clem* l. 2. Conſt. cap. 29. *Eckell.* de Orig. Eccl. Alex. pag. 178.
> *S. Clem.* Alex. l. 1. ſtrom.
> *Cedr.* in Comp. Hiſtor. pag. 42. Edit. Pariſ.
> *Niceph.* l. 18. c. 52.
> *Hoorn.* de Conuin. & conuerſ. Iud. l. 3. c. 1. pag. 135.

minum:

minum : eaſdem enim prærogatiuas habuit Moyſes, ipſius Chriſti figura.

Sed D. Magrus allegans Kimchium, affirmat, in ſeptem diebus Aaronicæ conſecrationis Moyſen ſacerdotale munus tantùm exercuiſſe: & cum ipſe vnà cum Aarone benexerit octaua die, ſcilicet altera die poſt ſeptimum diem conſecrationis elapſum, vt apertè teſtantur ſacræ paginæ, iam ſacerdotium Moyſis expiraſſe, & ab ipſo, tanquam Leuita ſolemnem benedictionem impertitam dicendum videtur.

Leuit. c. 9. v. 1.

Aduertendum tamen eſt, quòd duplex extet apud Hebræos opinio de duratione quoad ſacerdotium Moyſis, quare legitur רבנן אומרין כל שנה שהיו ישראל במדבר שמש משה בכהנה ויש אומרין לא אלא שבעת ימי המלואים ורבי ברכיה בשם רבי סימון כל ארבעים שנה שימש משה בכהנה, *Inquiunt magiſtri, cunctis annis ab Iſraële tranſactis in deſerto Moyſen inſeruiſſe ſacerdotio : alij verò concedunt in ſeptem diebus conſecrationis. R. Berachias nomine R. Simonis ait; per quadraginta annos pontificatus munere functum fuiſſe Moyſen.* Et pluribus quidem in locis apud Hebræos leguntur huiuſmodi opiniones. Sed quoad Kimchiũ dicitur, quòd licèt ipſe agnoſcat ſacerdotalem Moyſis dignitatem in Aaronica conſecratione, non tamen proinde neget, ſacerdotem deinceps fuiſſe : imò refert antiquos Rabbinos aſſerentes perpetuum Moyſis ſacerdotium: ille enim ait. ומה שאמר בכהנים כי גם משה כהן היה והוא שמש בכהנה תחלה ששמש שבעת ימי המלואים ובדרש רבי יונתן בשם רבי יוסי בשם רבי ברכיה בשם רבי יהושע בן קרחה אומר כל ארבעים שנה שהיו ישראל במדבר לא נמנע משה מלשמש בכהנה גדולה דכתיב משה

Semoth Rabbà ſect. 37.

Semoth Rabbà ſec. 1. & 48. & 52. Vaicra Rabbà ſec. 11. Ialcuth. in Pſal. 99. & ibid. Midraſc Thehillim. Gloſſ. in Rabbòth pag. 113. à tergo.

ואהרן בכהניו אמר רבי ברכיה בשם רבי יהושע מקרא מלא הוא ובני עמרם אהרן ומשה ויבדל אהרן וגו׳ ומשה איש האלהים בניו יקראו על שבט הלוי משמע שהוא נקרא כהן אבל בניו יקראו על שבט הלוי

Et in eo, quod ait, In ſacerdotibus, *innuit, quòd etiam Moyſes fuerit ſacerdos, & primùm inſeruijt ſacerdotio in ſeptem diebus conſecrationis. Et in Deràſc R. Ionathan nomine R. Iosè, nomine R. Berachiæ, nomine R. Ioſue filij Corchæ ait. Cunctis quadraginta annis, quibus fuit Iſraël in deſerto non prohibitus fuit, quin pontificatu fungeretur, ſicut ſcriptum eſt*; Moyſes, & Aaron in ſacerdotibus eius. *Inquit R. Berachias nomine R. Ioſue; textus eſt perfectus*: Et filij Amram Aaron, & Moyſes, & ſeparatus eſt Aaron &c. Et Moyſes vir Dei, filij eius adnumerati ſunt in tribu Leui. *Patet, quòd ipſe adnumeratus ſit ſacerdos, ſed eius filij recenſiti fuerint in tribu Leui*. Conſtat igitur euidenter, quòd Kimchius non improbet opinionem Rabbinorum affirmantium in Moyſe ſacerdotium poſt ſeptem dies Aaronicæ conſecrationis. Si quis verò fuerit anceps pro fide Hebraici Textus ſuperiùs adducti, videat omnia Kimchij ſuper Pſalmos commentaria, tum typis edita, tum manuſcripta, & præſertim adeat idem cōmētarium Kimchij egregiè manuſcriptum charactere Rabbinico, & punctis pro vocalibus eleganter inſignitum (qua ſtudij diligentia reliqua carent commentaria) & aſſeruatum in præclariſſima Bibliotheca Eminentiſſimi Domini mei Cardinalis Brancatij, ac deſcriptum ab Alphonſo de Samora in prouincia Alcalæ de Enares cum Hiſpanicis difficiliorum vocum declarationibus, ad margi-

1. Par. 23. v. 14.

marginem poſitis, & abſolutum die 22. Martij 1541. ſcriptumque D. Franciſco de Bobalilia Epiſcopo Eccleſiæ Corienſis, & Toletanæ Eccleſiæ Archidiacono, cuius quidem Alphonſi aliud elucet Romæ teſtimonium apud Bibliothecã Angelicam in ædibus Monaſterij Eremitarum S. Auguſtini, nempe Dictionarium Hebraicum R. Ioſeph Ben Caſpì eodem planè modo ab ipſo ſcriptum anno ſalutis 1519 in Alcala de Enares. Et hæc ſanè leguntur in fine vtriuſque codicis ab eodem Alphonſo Hebraicè adnotata.

Genebr. in P. 98. *Caſtill.* de Ornam. Aaron. ſec. 1.

Præfatos Rabbinos, relatos à Kimchio, citant etiam, & ſequuntur Genebrardus, & Dydacus de Caſtillo pro firmando ſacerdotio Moyſis toto tempore, quo vixit Iſraël in deſerto, eamdemque opinionem expreſsè fatetur Petricca. Et quamuis aſſerat Abulenſis, inſtituto Aarone in ſacerdotem, non licuiſſe Moyſi miniſtrare, reſpondet Lorinus. *Satiùs fuiſſet dicere, non quòd non licuerit, ſed quòd opus non fuerit: nunquam enim deſijt ſacerdos eſſe, quamuis alius eſſet, qui ſacerdotalia munera obire poſſet circa ſacrificia. Nec ſpeciale Dei priuilegium circa ſacerdotalem dignitatem Moyſi conceſſum aliter concedo, quàm quòd conſtituto Aarone in ſummum ſacerdotem, quod erat priùs Moyſes, voluit Deus, vt ea dignitas deſcenderet ad ſolos poſteros de Aaronis familia. Alioqui quoad vixit Moyſes, dici potuit, & debuit abſolutè ſacerdos, & ordinarius ratione functionis, tametſi non ratione ſucceſſionis, quia eam dignitatem ſimpliciter accepit, non ad tempus &c. Qua in re ſimilitudo quædam erat cum eo, quod poſtea in Apoſtolis contigit,* ex

Petric. de Eccl. mil & triumph. l. 2. diſp. 6. *Abul.* in Leuit. c. 8. q. 6. in fin.

Lorin. in Pſal. 98.

Digitized by Google

ex quibus Petrus ſolus fuit, cui ſuccederetur tanquam ordinario Paſtori totius Eccleſiæ; alij ratione iſtius ſucceſſionis erant Paſtores ordinarij ſecundùm illam amplam poteſtatem in totam Eccleſiam, quæ tamen etiam Petro ſubordinabatur. Diſcrimen adhuc eſt, quòd Aaroni prælatus eſt Moyſes à Deo, Apoſtolis autem Petrus, ſed non præcisè propterea Moyſes maior Aarone extitit, quia ordinarium ſacerdotium ſecundùm dictam ſuorum ſucceſſionem habeat, ſed quia ita Deus voluit; alioqui Petro ſuperiores fuiſſent Apoſtoli, quia reſpectu ipſius erant extraordinarij ad eum ſcilicet modum, quem dixi. Denique quod extraordinariè Moyſi conceſſum eſt, propter ipſius mortem ordinarium fuit in ſummis ſacerdotibus ex familia Aaron, vt nimirùm etiam de religione, ac fide reſponderent, quod Moyſes, dum viueret, faciebat, non Aaron; quæ poteſtas ordinaria communicata ſoli Petro eſt, & ſucceſſoribus, nullis alijs etiam extraordinariè, nec viuente Petro, nec poſt illius mortem, quàm dictis ſucceſſoribus.

Præfatam ſimilitudinē pro ordinario ſacerdotio Aaronis quoad S. Petrum, & pro extraordinario ſacerdotio Moyſis quoad reliquos Apoſtolos afferunt etiam Bellarminus, Ambianates, Gretſerus, Raynaudus, alijque omnes communiter: at libeat audire Hieronymum Garçiam, qui Moyſen, & Aaronem faciens inſimul ſummos Sacerdotes addit. *Pero con eſta diferencia, que a Aaron ſe le dio el ſumo Pontificado para el, y ſus hijos, y aſſi fue ſumo Pontifice iure ordinario: como ſe dixeſſemos, cuyo beneficio, y dignidad le colò Moyſen por mandado di Dios con particular ritu, y ceremonia, come ſe dixe Eccleſ. 45. n. 8. pero Moyſen aunque fue ſumo Pontifice, empero non*

Bellarm. l. 3. de Verb. Dei cap. 4. *Ambian.* in *Tertull.* de Scorp. c. 13. obſeru. 8. *Gretſ.* in Defenſ. *Bellarm* l. 3. c. 4. *Rayn.* in Coron. Aur. ſubnot. 2. verit. 3.

Garc. l. c. pun. 2.

ſue ordinario, ſino eſtraordinario, y ſus hijos non le ſuccedian en la dignidad, ſino ſolo en el orden leuitico: de ſuerte, que Moyſen fue Pontifice, Capitan y Principe &c. Quare dicendum videtur de Moyſe, quod de Melchiſedecho aſſerunt Thalmudici, qui pro eodem exponentes illud, *Ipſe erat ſacerdos Altiſſimi*, inquiunt . הוא כהן ואין זרעו כהן *Ipſe fuit ſacerdos; eius poſteri non fuerunt ſacerdotes.*

Genef. c. 14. v. 18. Thalm. d. c. 2.

Non igitur incongruè vtrumque gladium Moyſi concedunt Gloſſa, Ancharanus, Hoſtienſis, Vantius, Albinianus, Anſaldius, & alij. Neque concedendum eſt Abulenſi, Moyſe maiorem in ſpiritualibus fuiſſe Aaronem: nam ſicut reſpectu adminiſtrationis Moyſen Aarone maiorem facit, ſic quoad ſacerdotalem conſecrationem vtrumque æquiparat Gloſſa, licèt aſſerat, quòd Aaron obtulerit ſacrificia, Moyſes verò preces, & vota: eamque Gloſſam ſequuntur Felinus, Ioannes à Capiſtrano, Albinianus, Boerius, Iacobatius, Lauorius, Bagnus, & alij.

Gloſſ. 1 in Cap. Canſam quæ Qui fil. ſint leg. in [illegible] Anchar. conſ. 30 col. 1. Hoſt. in ſumm. d. tit. § qualiter & a quo col. 4. Vant. de Null. c. & 4 [illegible] Alb. d. Poteſt. Papæ numer. 103. Anſald. de [illegible] 10. § 1 c. 2. num. 82. Abul. in Leu. c. 9. qu. 10.

Gloſſ in cap. Sacroſancta. diſt. 22.

Felin. in Rubr. de Major. & Obed. col. 6. poſt princ. Capiſtr. de Aut. Pap. p. 1 numer. 10. Albin. de Pot. Pap. nu. 71. Boer. de Ord. grad. vir. ſor. n. 17 Iacob. l. 6. de Conc. nu. 125. Lauor. [illegible] c. 4. qu. 9. Bagn. de Præem. Eccl. [illegible] 15. [illegible] 145.

Ex prædictis igitur ſimul collatis non ſolùm habetur euidenter contra Ioſephum Arboreum, & Lyranum ab eo allegatum, quòd Moyſes fuerit verè ſacerdos, ſed etiam, quòd poſt elapſos ſeptem dies Aaronicæ conſecrationis adhuc ſacerdotale munus non amiſerit. Hanc autem poſtremam partem reijciunt Caluinus, Munſterus, VVitackerus, & reliqui Acatholici in odium Romani Pontificis, vt colligitur ex Rauanello ipſorum aſſecla, dum ait. *Negari non poteſt, Moyſen conſtitutum fuiſſe ſacer-*

Arbor. l. 11. Theoſop. c. 9.

Calu. l. 4. inſt. cap. 11. §. 8. Munſt. in Leuit. c. 8 VVitach. apud Gretſerum loc. cit.

Rauan. in Bibl. verb. Sacerdotes temporarij.

ſacerdotem (nam eum ſacerdotalem functionem obiuiſſe conſtat ex Exod. c. 29. & 40.) ſed extra ordinem, & ad tempus, vſque dum ſacerdotium leuiticum, ſeu ordinarium conſtitutum eſſet : nam hoc conſtito, Moyſes nunquam ſacerdotis partes obiuiſſe legitur. Itaque iſto exemplo Moyſis non probatur, Papam legitimè obire, & ſummi Pontificis, & ſummi Principis temporalis functionem.

Catholicum igitur eſt axioma, Moyſis perpetuum ſacerdotium, quod illimitatè, & indefinitè quoad tempus, & miniſterium, vltra allegatos Authores, docent SS. Clemẽs (1) Anacletus, Areopagita, Leo, Nazianzenus, Ephrem, Damaſus, Hieronymus, Auguſtinus, Ambroſius, Nilus, Damianus, & alij. Ita pariter firmãt (2) Concilium Hiſpalenſe II. Magiſter ſententiarũ, Bellarminus, Syluius, Becanus, Henriquez, Bozzius, Cellotius, Hallier, & alij. Ita etiam ſcribunt (3) Origenes, Lipomanus, Eſtius, Cornelius à Lapide, Bonfrerius, Ribera, Lorinus, & Lenfant : ita denique aſſerunt (4) Gloſſa, Innocentius, Felinus, Tuſchus, Barboſa, Anſaldius, Beyerlinck, & alij quàm plurimi.

Eſt etiam obſeruandum, quòd diuinum præceptum ſuperiùs relatum, & in hodierno Vulgatæ textu à Deo iniunctum ſacerdotibus, videlicet (5) *Sic benedicetis filijs Iſraël*, iuxta latinam translationem, quam referunt, & ſequuntur (6) Innocentius III. Iſidorus, Rabanus, Durantes, Rubeus, & alij; appareat, impoſitum fuiſſe ipſi Moyſi, iubente Deo: *Sic benedices populum meum, & benedicam eos*. Vnde elicitur, Moyſi

(1.) *SS. Clem.* l. 2. Conſt. c. 29. *Anaclet.* ep. 3. ad omnes Epiſcopos. q. 3. & habetur in cap. *Sacroſancta* diſt. 22. *Areopag.* de Eccleſ. Hier. c. 5. *Leo* epiſt. 88. *Nilus* l. 2. ep. 64. edit. Barber. *Ephrem* de Sacerd. *Damaſ.* epiſt. 5. *Hier.* ep. 1. in Iouin. & habetur in cap. Si quis vult. diſt. 26. *Aug.* in Leuit. qu. 23. & in Pſ. 98 *Ambr.* ep. 25. *Damian.* epiſt. 16. c. 9.

(2.) *Conc. Hiſp. II.* cap. 7. *Mag. Sent.* diſt. 19. *Bellarm* l. 5. de Rom. Pont. c. 9. & de Cler. c. 3. *Sylu.* in Suppl. 3. p. q. 36. ar. 4. ad 3. *Becan.* in Anal. nou. & vet. teſt. c. 7. q. 2. *Henriq.* in Sum. l. 10. c. 21. *Bozz.* de Eccl. Monar. to. 1. p. 1 l. 3. c. 12. & l. 5. c. 10. *Cellot.* l. 8. de Hier. c. 13. *Hallier.* de Ordin. ſec. 5. c. 1. ar. 1. §. 1. num. 2.

(3.) *Orig.* in Ioſ. hom. 15. *Lipom.* in Exod. c. 28. 29. 40. *Eſt.* in Leu. c. 8. *Corn. à Lap.* in proem. Sac. Script. nu. 71. *Bonfr* in Exod. c 9. *Riber.* l. 3. de Temp. c. 1. *Lorin.* in præf. in Leuit. c. 4. *Lenf.* in Bibl. Aug. Exod. 4. & Pſ. 98.

(4.) *Gloſſ.* diſt. 21. verb. *Et minores*, *Innoc.* in cap. Solitæ de Maior. & Obed. *Felin.* in cap. Ad audientiam nu. 2. de Homicid. volunt. *Tuſc.* To. 1. litt. A. concl. 2. *Barb.* l. 1. de Iur. Eccl. c. 3. *Anſald.* de Iuriſd. p. 5. tit. 4. c. 5. nu. 23. *Beyer.* to. 4. Theat. Vit. Hum. fol. 324. col. 1.

(5.) Num. c. 6. ver. 23.

(6.) *Innoc. III.* l. 6. de Myſt. Miſſ. c. 14. *Iſid.* l. 2. de Eccl. offic. c. 17. *Raban.* l. 2. de Inſt. Cler. c. 55. *Duran.* l. 2. de Rit. Eccl. c. 57. *Rub.* loc. cit.

iuſſam fuiſſe ſacerdotalem benedictionem: & habetur ex SS. Auguſtino, & Thoma, quòd benedicendi præceptum Moyſi, & Aaroni fuerit impoſitum: ideòque Moyſes, quatenùs non fuiſſet ſacerdos, ex ſpeciali tamen Dei priuilegio, ac diſpenſatione benedixit.

S. Aug. de QQ. Vet. Teſt. c. 11. D. Tho. in 4. ſent. diſt. 39. qu. 1.

Sed aliquis adhuc vrgere poterit, quòd ſi Moyſis exemplo non probatur in Leuitis benedicendi poteſtas, probetur ſaltem ex ijs verbis Sacræ Scripturæ. *Surrexerunt autem ſacerdotes, atque Leuitæ benedicentes populo, & exaudita eſt vox eorum, peruenitque oratio in tabernaculum ſanctum Dei.*

2. Par. 30. ver. 27.

At reſpondetur in Hebraico, & Græco textu deeſſe particulam *Atque* in ijs verbis *Sacerdotes, atque Leuitæ*: quæ ſanè verba, cum Hebraicè legantur כהנים הלוים, pluriès in Vulgata tranſlata fuere, *Sacerdotes Leuitici generis*, quemadmodum in præfato textu Deodatus Italicè tranſtulit, *Sacerdoti Leuitici*. Hinc Pagninus prætermiſit dictam particulam vertens, *Sacerdotes Leuitæ*; & nulla facta Leuitarum mentione, præfata Vulgatæ verba de ſacerdotibus tantùm explicat Eſtius inquiens. *Hic diſcimus duo: nempe ad ſacerdotum officium pertinere, vt populo benedicant, id eſt bene precentur, & Dei gratiam ſuper illos implorent; tum etiam illud, quòd benedicentes populo à Deo exaudiantur, idque iuxta diuinam promiſſionem factam Num. 6. vbi de ſacerdotibus dicitur: Inuocabuntque nomen meum.* Itidem præfatum textum, nulla facta Leuitarum mentione, de ſacerdotibus exponunt etiam Cornelius à Lapide, Carrier, & Rauanellus.

Deut. 17. v. 9. 18. cap. 24. v. 8. cap. 27. v. 9. Ioſ. 3. v. 11. cap. 21. v. 10. 20. Iud. 17. v. 13. 1. Par. 15. v. 12. cap. 24. v. 31. cap. 28. v. 13. 2. par. 31. v. 21. cap. 35. nu. 91. 2. Eſd. 23. v. 29. Eſ. 11. v. 1.

Eſtius d. c. 30.

Corn. à Lap. in Eccleſ. cap. 36. v. 19. *Carr.* in Leuit. c. 9. *Rauan.* to. 2. Bibl. verb. Sacerdotes num. 6.

Attamen obſeruatur, aliquando in Hebraica Scriptura ellipſim copulatiuæ fieri, quam *Aſyndeton* vocant, idque exemplis oſtendunt Pagninus, Buxtorphius, & Glaſſius. Ideòque pro tuenda latina verſione præfati textus dici poſſet, in Hebracio textu ſubintelligendam eſſe copulatiuam dictionem, prout tacitè intellexerunt non ſolùm Iudæi Hiſpani transferentes, *Y leuantaronſe los ſacerdotes (y) los Leuitas*, ſed etiam Vatablus vertens, *Sacerdotes (atque) Leuitæ*. Quamobrem dictionem copulatiuam ibidem expreſsè appoſuit translatio Syriaca, & Arabica: quin ea clarè reperitur in Hebraico textu Bibliæ Complutenſis.

Pagn. l. 1. Inſt. Hebr. c. 25. Buxt. l. 2. Gram. Hebr. c. 21. Glaſſ. to. 1. Phil. ſac. l. 4. tr. 1. pag. 8 9.

Sed, hac etiam admiſſa ratione, reſpondetur cum Lorino. *Fuit illa non benedictio propria ſacerdotum, ſed communis his, & Leuitis oratio, quia de oratione mentio expreſſa ſit, & de voce, quæ dicuntur* קול Kol, *&* תפלה Thephillàh; *non autem de benedictione, quas etiam exauditas hiſtoria eadem tradit*. Ab hac reſponſione nullatenùs diſcrepat interpretatio Menochij ſcribentis. *Non videtur ex loco Num. 6. ius fuiſſe Leuitis, vt populo benedicerent. Dicuntur ergo benedixiſſe, vel quia ſimul cum ſacerdotibus, populo benedicentibus, orarunt; vel quia muſico cantu, vt ſolet chorus, aliquid cecinerunt, quo & ipſi populo bene precati ſunt.*

Lorin. loc. cit.

Menoch. d. c. 30.

Ex hactenùs deductis patet, nullam in antiquis Leuitis extitiſſe poteſtatem ſolemniter benedicendi, eandemque non competere Diaconis Leuitarum ſucceſſoribus.

Dicet forſitan aliquis, quòd, ſi ſolemnis benedictio non competat ſimplicibus Diaconis,

nis, competàt ſaltem Eminentiſſimis Diaconis ratione dignitatis.

Pro reſponſione reuertamur ad antiquos Leuitas, in quibus obſeruandus eſt varius ſtatus, & gradus: cum ex illis aliqui fuerint infimi, & aliqui ſupremi, prout ſacerdotes erant inferiores, & ſummi. Hinc non ſolùm apud Ioſephum legimus *Leuitarum Primarios, & Præſules*, ſed etiam ex Toleti adnotatione inueniuntur apud Eſdram *Principes Leuitarum*: & S. Chryſoſtomus obſeruat, ſacerdotes, & Leuitas fuiſſe ex Hieroſolymis miſſos ad S. Ioannem Baptiſtam, ideòque non quoslibet eos credit, *ſed maioris authoritatis, & nominis*.

Ioſeph. l. 10. Ant. c. 3.

Tolet. to. 2. in Ioan. c. 18. pag. mihi 241. col. 2: 1: Eſd: 8:

S. Chryſ. in Io: homil. 14.

Nec eſt prætermittendum apud Hebræos maximum Hieroſolymis extitiſſe Synedrium, à D. Luca vocatum πρεσβυτέριον, quod Dei iuſſu Moyſes inſtituit, ad cuius exemplum (teſte Ioanne VIII. apud Baronium, & Xyſto V. apud Cherubinum) Romæ agnoſcitur Cardinalium Senatus non ſolùm in æquali Senatorum numero; ſed in coadiuuando Pontifice quoad ſacerdotalis officij executionem, vt poſt Innocentium III. docet Eugenius IV.

Act. 22. v. 5.

Deut. 17. v. 9.

Baron. to. 10. ann. 882. n. 8.

Cherub. to. 2. Bull pag. 556.

Cap. Per venerabilem Qui fil. ſint legit. *Cherub.* tom. 1. Bull. pag. 351. § 4.

Neque tacendum eſt, quòd ſicut quiſquis in Cardinalium Senatu cooptatus nobilitatis fulgore inſignitur à Garçia, Barboſa, alijſque communiter & ad eoſdem ſpectet Pontificis creatio: ita & de præfato Synedrio ſcripſit Moyſes Ægyptius אין מעמידין כהן גדול אלא בית דין של ע״א *Nemo præter Synedrium Pontificem conſtituit*: & à D. Marco Ioſeph ab Aramathia appellatur *Nobilis Decurio*, vel ex Græca voce βουλευτὴς

Garc. de Nobil. gloſ. 48. § 1. num. 10. *Barboſ.* l. 3. deciſ. 325. num. 27.

Moyſ. Ægyp. in Chelè Amnikdaſcap. 4.

S. Marc. 15. ver. 43.

Con-

Conſu, vel *Senator* (prout etiam tranſlatum legitur in Syra, & Perſica verſione, cui Græcæ voci alluditur in Thalmude aſſerente, dictum Synedrium vocatum fuiſſe לשכת בלווטי *Conclaue* βελευτήριον) eo quòd iuxta Sigonium, Cornelium à Lapide, Tyrinum, Marſilium, & alios eſſet vnus ex viris prædicti Synedrij, ſcribente D. Luca, *Hic non conſenſerat conſilio, & actibus eorum*.

Thalm. in tr. Ioma fol. 82.

Sigon. l. 6. de Rep. Hebr. c. 7. *Corn. a Lap.* d. c. 15.

Tyr. in Matth. c. 27. *Marſil.* in Vit. Chr. 10. 8. l. 2. c. 30.

S. Luc. 23. ver. 51.

His igitur præmiſſis, licèt aſſerat Ioſeph Hebraicam Rempublicam adminiſtratam fuiſſe à ſacerdotibus, & habeatur ex DD. Marco, & Luca, præfatum Synedrium conſtitiſſe ex ſacerdotibus, populi ſenioribus, & ſcribis, nihilominùs etiam Leuitæ inter eos adlegebantur, vti teſtantur Moyſes Ægyptius, Abraham Zacuthius, & Abrauanellus, & ex ijs, alijſque affirmant Cuneus, Seldenus, Lempereur, & Leuſden. Legitur etiam Leuitarum ſex millia à Dauid conſtituta fuiſſe in Præpoſitos, & Iudices: & pariter Ioſaphat *conſtituit in Hieruſalem Leuitas, & ſacerdotes, & Principes familiarum, vt iudicium, & cauſam Domini iudicarent*. Quare Menochius refert ſapientiam tum Leuitarum, tum Hebraici Synedrij, qua de re vltra Iudam Leuitam, Moyſen Aegyptium, Cuneum, Seldenum, & Leuſden videndi ſunt Caninius, Quinquarboreus, & Sigonius.

Ioſ. l. 2. con. App.

S. Marc. 15. v. 8.

S. Luc. 22. v. 66.

Moyſ. Aegyp. in tr. Sanedrin. c. 2.

Zacuth. in lib. Iuchas pag. mihi 246. *Abran.* in Pent. pag. 366. col. 2. *Cun.* li. de Rep. Hebr. c. 12. *Sold.* l. 2. de Syned. cap. 8. *Lemp.* ad Bertram. de Rep. Iud. c. 11. *Leuſd.* in Phil. Hebr. diſſ. 46. & in Spicil. Philol. c. 46. n. 8. 1. Par. 23. v. 4.

2. Par. 19. v. 5.

Menoch. l. 1. de Rep. Hebr. c. 6. num. 6 & lib. 2. c. 2. num. 18. *Iud.* in Cozri. p. 2. § 64.

Moyſ. Aegypt. l. c. cap. 1. *Cun.* l. c. *Sold.* l. c. cap. 9. *Leuſd.* d. diſſ. 46. *Canin.* in Collect. *Quinq.* In Not. ad Paraphr. Chald. *Sigon.* d. c. 7.

Attamen Leuitis, vel in præfectura conſtitutis, vel in Synedrio adlectis ſolemnem benedictionem ſacerdotali more competiiſſe quis dicet? profectò nemo. Hæc autem aſſeruntur, non vt Eminentiſſimi Diaconi antiquis Hebraici Synedrij Leuitis penitùs adæquentur,

ſed

ſed vt probetur, Leuitis quantumuis in maxima dignitate conſtitutis, ſacerdotalem benedicendi facultatem nunquam competijſſe.

Et hæc dicta ſint pro Eccleſiaſticis Diaconis inſpecta antiquæ legis diſpoſitione. Sed conſiderata Romani Pontificis poteſtate promanante ex Euangelica lege, non inficiamur in Eminentiſſimis Diaconis, ex Pontificia diſpenſatione, benedicendi facultatem. Concedimus quidem quidquid pro Hebraicis Leuitis dixit Moyſes Aegyptius, videlicet הלוים מוזהרים שלא לעבוד עבודת הכהנים *Admonentur Leuitæ, ne ſacerdotali munere fungantur*: attamen nonnulla, Epiſcoporum propria, à Romanis Pontificibus conceſſa videntur Eminentiſſimis Diaconis, quæ eiuſdem penè generis olim Leuitis, etiam nobilibus, ex priuilegio non competebant. Exemplum ſumamus à ſacris veſtibus. Habent enim Epiſcopi ornamenta, & præcipuè mitram, & Compagos: proprias item veſtes habebant Hebraici ſacerdotes, & Leuitæ: hi quidem laneas, illi verò lineas. Sed ex Pontificum conceſſione Eminentiſſimi Diaconi iurè geſtant mitram, & Compagos: Synedrium verò Leuitis, lineas veſtes, vtpote ſacerdotum proprias, concedere non poterat. Quarè legitur apud Ioſephum iuxta Gelenij interpretationem: *Leuitæ Tribus homines, quorum erat ſacros hymnos in templo canere, adito Rege* (Agrippa) *induxerunt eum precibus, vt, aduocato concilio, decerneret eis vſum ſtolæ lineæ, quæ tum ſolis erat conceſſa ſacerdotibus: hanc enim nouationem pertinere ad perpetuam ipſius regni memoriam. Neque fru-*

Moyſ. Aegypt. in Chelè Ammikdaſe. c. 5.

Ioſ. l. 20. Ant. c. 17.

fruſtra fuit eorum poſtulatio. Rex enim de concilij ſententia permiſit hymnorum cantoribus Vt depoſito priori habitu lineum, vt voluerunt, ſumerent. Aliam etiam eiuſdem Tribus partem addictam templi miniſterijs, ipſorum precibus motus, permiſit ſacros hymnos canendos ediſcere: quæ omnia fiebant contra inſtituta legis patriæ, nunquam violatæ abſque piaculo. Cum igitur Leuitæ ſacerdotum veſtes etiam ex Synedrij conceſſione geſtare nō potuerint: Eminentiſſimi verò Diaconi ex Pontificum diſpenſatione gerant Epiſcoporum inſignia, euidenterpatet, quòd ex Pontificio priuilegio Eminentiſſimi Diaconi aliquid poſſint, quod non poterant antiqui Leuitæ.

Hæc autem attuliſſe ſufficiat ex Hebraicis literis & ex veteri Teſtamento, vbi *quæcumque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, & in figura facta ſunt noſtri*; & Apoſtolus iuxta Vaſquez in his verbis *non intelligit per figuram eam, quæ continet myſticum ſenſum, ſed exemplum, quod per accommodationem plurimùm valet ad ſuadendum.* Et ſicuti ad vitandam prolixiorem diſſertationem nonnulla prætermittuntur, ita veritatis æmulatione, & ſtudio hæc à me deſcripta fuerunt.

Ad Rom. c. 15. & 1. Cor. cap. 10.

Vaſq. p. 1. q. 1. ar. 10. diſp. 14. cap. 6.

DE ALTARIVM CONSECRATIONE.

REuerendiſſimus Ioannes Chriſtophorus Epiſcopus Auguſtanus Sanctiſſimo Domino Noſtro inſtitit pro declaratione, an ſufficiat Sanctorum Reliquiarũ repoſitio in altaribus, è quibus ipſæ detractæ fuerant, ijs precibus, cæremonijſque ſolummodò ſeruatis, quæ in earum collocatione tantùm exiguntur, ceteriſque dimiſſis, quæ in Romano Pontificali, vt idonea, aptaque ſint pro ſacrificijs, præſcribuntur.

Cum enim poſtremis Suecorum bellis in eius Ciuitate, & Diœceſi Auguſtana ſupra duodecim millia Sanctarum Reliquiarum direptione denudata remanſiſſent altaria, ferè impoſsibile videbatur, ſi ſtatæ omnes cæremoniæ, adhibitis ex Ordine ipſo Epiſcopis, cuſtodirentur.

Re ad Sacram Rituum Congregationem à Sanctiſſimo Papa reiecta, mihi iniunctum fuit, vt inter varias Scriptorum opiniones tutiorem, & aliàs in praxi receptam ſeligerem DD. meis Collegis proponendam.

Hinc operæ pretium exiſtimaui, rem, quæ in controuerſiam, diſceptationemque vocabatur,

tur,

tur, ád trutinam iuris expenſam, EE. Veſtrarum iudicio ſiſtere ex inſtituto.

Primum igitur ſe obtulit examinandum; an, vt ritè in ara ſacrificium offeratur, neceſſariò condendæ ſint Sanctorum Reliquiæ.

Secundò, an, prætermiſſis ſuetis cæremonijs à Romano Pontificali præſcriptis, poſſit cōcedi, vt Lipſanorum ſola in altariū ſepulchra illatione rectè in ipſis offerri poſſit, cum tabulæ, neque fractæ, neque notabiliter læſæ dicantur.

Tertiò, an è conuerſo ſolæ preces, aqua lustrali, & Chriſmate adhibito, religioſam reddant aram, idoneamque, vt ſuper ea ſacris operari ſit permiſſum.

Quartò, an ſimplicibus ſacerdotibus delegari poſſit, vt altaria benedicant in caſu noſtro.

Et quidem in prima inſpectione duæ occurrunt Scribentium opiniones (prætermiſſa tertia, cum hìc non loquamur de aris, quæ vulgò *Portatiles* dicuntur) altera affirmantium; Reliquias eſſe de ſubſtantia, adeòque illicitum exiſtimantium abſque ipſis in ijs offerri; & altera negantium.

Primam ſententiam ſecuti ſunt Gloſſa, Abbas, Butrius, Io: Andreas, & aliqui alij ex Canoniſtis. Itē Sylueſter, Tabiena, Armilla, Summa Piſana, Miranda, Azorius, Bonacina, Fauſtus, Scortia, Lublin, Thomas Hurtadus, Syluius, qui tamen ſupponit, quòd ex indultu Pontificis poſſint abſque Reliquijs altaria conſecrari, Bordonus, Piaſecius, Fuſcus, Barboſa, Pax Iordanus, Gauantus, Ferrandus, & alij.

Gloſſ. in Can. De fabrica de Conſecr. diſt. 1. & in cap. Placuit. verb. *Reliquiæ* cont. *Abb. Butr. Io. Andr. & Canoniſtæ* in cap. 1. de Conſecr. Eccleſ. *Syl.* in Sum. verb. *Altare*. qu. 1. *Tabiens* in Sum. verb. *Altare* nu. 4. *Armil.* eod. verb. *Altare* num. 5. & 7. *Sum. Piſan.* verb. *Conſecratio* nu. 3. *Miran.* Manual. tom. 2. q. 39. ar. 3. conc. 1. *Azor.* par. 1. l. 10. c. 27. q. 8. *Bonac.* diſp. 4. de Sacram. q. vlt. pun. 9. n. 14. *Fauſt.* de Euchar. l. 2. de Sacrif. Miſſ. q. 209. *Scort.* de Sacrif Miſſ. l. 2. c. 14. n. 4. *Lublin* in Sum. verb. *Altare*. n. 5. *Tho. Hurtad.* p. 1. reſ. mor. tr. 2. c. 6. reſ. 23. nu. 254. *Sylu.* in 3. p. q. 83. ar. 3. q. 5. *Bord.* var. reſ. p. 2. reſol. 83. nu. 21. *Piaſec.* in Prax. Epiſc. p. 1. c. 2. ar. 4. num. 9. *Fuſc.* de Viſit. l. 1. c. 21. num. 2. *Barboſ.* de Vniu. Iur. Eccl. l. 2. c. 7. n. 7. & alibi. *Iord.* to. 1. Lucubr. l. 5. tit. 10. nu. 19. *Gauant.* in Rubr. Miſſ. p. 1. tit. 20. lit. O. *Ferran.* de Reliq. l. 1. c. 3. ar. 2. ſec. 2.

Horum opinio non ſolùm tot DD. innititur authoritati, ſed etiam ſacris Canonibus, & Pontificum Conſtitutionibus. Vigilius ſiquidem Papa in ſexto ſeculo, ſcribens ad Eutherium, innuere videtur ex mente Gloſſæ, quòd ſi ab altaribus Reliquiæ fuerint ablatæ, rurſùm aliæ reponantur, & ita ſanctificationem accipient cum Miſſarum ſolemnitate.

Habetur in Can. De fabrica de Conſecr. diſt. 1. *Gloſ.* ibide in ſecundo reſponſo.

Idem comprobatum antea fuerat ex Concilio Africano, ſeu potiùs Carthaginenſi quinto ſub Anaſtaſio Papa anno 390. æra 428. in quo ſtatuitur, altaria euertenda eſſe, in quibus Sanctorum Reliquiæ non habentur.

Conc. Afric. can. 50. habetur in cap. Placuit de Conſecr. diſt. 1.

Adde argumentum ab exemplo D. Gregorij Magni, qui, dum Arianorum olim eccleſiam dedicare voluit, illam introductis SS. Sebaſtiani, & Agathæ Reliquijs conſecrauit. Et priùs *in* tertio ſeculo S. Felix Papa, vt habetur in eius Actis apud Anaſtaſium Bibliothecarium, *Conſtituit ſupra ſepulchra Martyrum Miſſas celebrandas eſſe*, forſan ex eo, quod in Apocalypſi legitur. *Vidi ſubtùs altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter teſtimonium, quod habebant.*

S. Greg. l. 3. Dial. c. 30. & *Io. Diac.* in Vit. S. Greg. l. 2. c. 31. *Baron.* tom. 8. an. 591. Hinc corrigẽdus *Pancirolus* de Eccleſ. Rom. pag. 177. & alij aſſerentes pro conſecratione prædictæ Eccleſiæ adhibitas Reliquias SS. Stephani, & Marthæ: vel SS. Stephani, & Agnetis iuxta *Stephan. Duran.* lib. 1. de Rit. Eccl. c. 25. & alios.

Apoc. cap. 6. verſ. 9.

Pariter aſſertum habemus in ſeptima Synodo Generali, ſiue Nicæna ſecunda anno 787. ibi. *Quæcumque templa conſecrata ſunt abſque Reliquijs Martyrum, in eis fieri ſtatuimus Reliquiarum depoſitionem cum conſuetis precibus: qui autem templum conſecrauerit ſine ſanctis Reliquijs, deponatur.*

Syn. Nic. can. 7.

Et Gregorius Turonenſis, qui vixit circa annum Salutis ſexcenteſimum, id innuit, dum ait. *Erecto altari, loculumque in eo ad recipiendas Sanctorum Reliquias præparatum &c.*

Greg. Turon. in Vit. Patr. cap. 13.

Et

Et Alexander tertius valde ad caſum inquit. *Si altare motum fuerit, aut lapis ille ſolummodò ſuprapoſitus, qui ſigillum continet, confractus, aut etiam diminutus, debet denuò conſecrari.*

Cap. 1. de Conſecr. Eccleſ. vel altar.

Circumfertur tandem declaratio ſacræ Congregationis Concilij Tridentini Interpretum 10. Iunij 1585. vt apud Piaſecium, quæ hanc ſectata eſt ſententiam.

Piaſec. in Prax. Epiſc. p. 1. cap. 2. num. 9.

Ex quibus omnibus nixam validis fundamentis affirmatiuam conſpicimus opinionem.

Alteram tamen, & negatiuam, non eſſe ſcilicet de actionis ſubſtantia, vt Sanctorum Reliquiæ apponantur in ara, ideòque fas eſſe, ſacrum in ea myſterium expleri non exiſtentibus Lipſanis, neque inde aliquam peccati labem contrahi, magis communem, & probabiliorem exiſtimandam iudicarem.

Et huic etiam opinioni ſubſcribentes adnumerandi ſunt Authores, videlicet Abbas, Suarez, Sotus, Vaſquez, Leander, Cardinalis de Lugo, P. Franciſcus de Lugo, Auerſa, Conink, Caſtropalaus, Paſqualigus, Dicaſtillus, Fagundez, Reginaldus, Rodriquez, Angelus, Gaſpar Hurtadus, Trullus, Arriaga, Baſſæus, Valerus, Caſpenſis, Bonartius, Amicus, Hieronymus Garçias, Lezana, Granadus, Zerola, Tamburinus S. I. & alius Tamburinus, Pellizarius, Quartus, Filiuccius, Ricciullus, alij tres apud Paſqualigum, Frances, qui reſpondet latè contrarijs, & teſtatur de communi vſu, Maſcareñas, Diana,

Abb. in cap. 1. de Conſecr. Eccleſ. n. 1 *Suar.* in 3. p. qu. 83. ar. 3. diſp. 81. ſec. 3. *Sot.* in 4. diſt. 13. q. 2. n 17. *Vaſq.* diſp. 7. qu. 6. *Card. de Lugo* de Sacr. Euchar. diſput. 20. ſec. 3. n. 75. P. *Fran. de Lugo* de Sacram. to. 1. l. 5. c. 7. q. 1. n. 11. *Auerſ.* de Sacram. Euchar. q. 11. ſec. 13. *Conink* de Sacram. q. 83. ar. 3. dub. 1. n. 241. *Caſtr. Pal.* p. 3. tr. 22. diſp. Vnic. pun. 9. n. 5. *Paſqual.* de Sacrif. Miſſ. tr. 1. q. 678 n. 4 & q. 601. n. 4. *Dicaſt* de Sacram. tr. 5. diſp 4. dub. 8. n. 146. *Fagund.* præcep. 1. Eccleſ l. 3. c. 22. n. 8. *Reginal.* in Prax. for. Pœnit l. 29. c. 9. ſec. 6. n. 190. *Rodrig.* in Comp. QQ. Regul. ſel. 9. nu. 9 *Angel* in Sum. verb. *Altare.* num. 3. *Gaſp. Hurt.* de Sacram: c. 8. dub. 16. n. 3. *Arriag.* to. 7. in 3. p. D. Thomæ diſp. 55. ſec. 1. n. 14. verſ. *Tertio quæritur.* *Baſſ.* in Flor. Theol. p. 2. verb. *Altare* n. 2. *Valer.* in diff. vtr. fori verb. *Miſſa* diff. 2. in fin. *Caſpen.* p. 2. Curſ. Theol. tr. 23. diſp. 3. ſec 4 n. 76. in fin. *Bonart.* de Miſſ. l. 1. c. 18. n. 16. *Amic.* in Curſ. Theol. to. 6. diſp. 33. nu. 349. *Hier. Garc.* in QQ. moral. tr 5. diff. 8. dub. 3. p. 1. n. 7. *Lezan.* in Sum. verb. *Altare.* n 6. *Granad* in 3. p. controu. 6. tr. 14. diſp. 12. n. 2. *Zerol.* in Prax Epiſc. p. 1. verb. *Altare* *Tamb. S. I.* de Sacrif. Miſſ. l. 1. c. 5. §. 1. nu. 10. *Tambur* de jur. Abb. tom. 1. diſp. 23. q. 6. nu. 3. *Pelliz.* in Man. Regul. tom. 2. tr. 8. c. 5 ſec. 3. nu. 120 *Quart.* in Rubr. Miſſ p 1. tit. 20. dub. 3. diffic. 1. *Filiuc* in Sum tr. 5. c. 4. n. 121. *Ricciul.* l. 1. Lucubr. c. 40. nu. 7. *Paſqual.* loc. cit. n. 2. *Franc.* de Eccleſ. Cathed. c. 5. nu. 167. *Maſcaren.* de Sacram. tr. 5. de Sacrif. Miſſ. diſp. 5. cap. 7. num. 127.

Dian. to. 13. tr. 6. Miſcel. reſol.25.

Diana, & alij, quos ne faſtidium Lectori afferamus, referre prætermiſimus.

Neque huic ſententiæ deſunt præſidia rationum, & Eccleſiaſticæ hiſtoriæ fundamenta; Etenim vt certum agnoſcimus, quòd ab initio naſcentis Eccleſiæ ad quartum ſeculum vſque, & ſaltem in tertio ad ſanctum Felicem Papam, incruentum nouæ legis ſacrificium ſacerdotes obtulerint ſuper ligneas aras, vt plurimùm, & in priuatis plerumque domibus furtim rem diuinam facere coacti fuerint: & Sanctorum corpora Martyrum, aut in Arenarijs, aut in Fidelium prædijs, & Catecumbis delituerint. Vnde publicum non adhuc exceperant cultum, adeo vt ſub aris, vel in lapideis altarium menſis non inferrentur: & ſic ſuper ijs, vel cum ijs, vſque ad Eccleſiæ pacem à Conſtantino redditam, Chriſtianis ſacerdotibus licuerit operari. Cum autem poſtea ſacris Reliquijs publica acceſſerit veneratio Summorum Pontificum conſtitutionibus, & ſacrarum Synodorum decretis, nil mirum, ſi requiſita fuerint Sanctorum Lipſana in altaribus, templiſque præſertim conſecrandis.

Notat *Io. Stephanus Durantes* de Rit. Eccl. Cathol. l.1. c.25. nu.3. ex *Alex. de Aleſ.* p. 4. qu. 36. membr. 1. & *S. Tho.* 3. p. qu. 83. art. 3. *Bellarm.* to. 2. controu. l. 3. c.16. in fin. de Miſſa.

Et de S. Felice Pontifice refert Anaſtaſius in eius Vita, vt diximus. *Hic cõſtituit ſuper memorias, ſeu ſepulchra Martyrum Miſſas celebrari.* Vnde Baronius, Bzouius, & Spõdanus aſſeruerunt, ante S. Felicem, Martyrum ſepulchra ſubſtinuiſſe altarium vices, & ſuper illa offerri conſueuiſſe ſacrificia, adeo vt Pontifex, quod traditione ſeruabatur, ſcripto canone ſanxerit. Non deſunt tamen, qui affirmauerint, S. Felicis conſti-

Baron. Tom. 2. Annal. pag. 636. in edit Rom. *Bzou* To. 1. Hiſt. Eccl. *Spond.* in Epit. Annal. to. 1. ann. 275.

conſtitutionem intelligi debere de memoria; & (vt hodie dicimus) commemoratione in Miſſis facienda de Sancto. Quare de eodem Pontifice inquit Stella. *Martyrum deuotioni conſulens mandauit, vt ſingulis annis ſacrificia Martyrum à Chriſti ſacerdotibus de cetero celebrarentur.*

Stell. in Vit. Pontif.

Idem affirmat Ioannettus, neque diſſentire videtur Platina, dum ait. *Felix Martyrum gloriæ conſulens ſtatuit, vt quotannis ſacrificia eorum nomine celebrarentur.*

Ioan. in lib. Pontif. c.16.

Plat. in Vit. Pont.

Eiſdem concinit Illeſcas inquiens. *Fue Felix el que inſtituyo, que celebraſſen cada vn año las fieſtas, y martirios de los Santos, y que ſe dixeſſen Miſſas en ſu honor, y memoria. De donde ſe debe notàr, quan ſanta, y loable, y quan antigua coſa es honorar los Santos, poniendolos por interceſſores entre Dios, y nos otros: y dezir Miſſa en memoria ſuya, y para nueſtro remedio, y quam fuera de razon reprehende eſtos hereges, lo que tan ſantos, y tan antiguos Padres ordenaron, y hizieron.*

Illeſ. in Hiſt. Pontif. To. 1. c.29.

Idque erui poſſe non abs re videtur ex epiſtola eiuſdem Felicis ad Galliæ Epiſcopos, ibi. *Tales autem perturbatores Eccleſiæ non ſolùm prædicta agunt mala, ſed & memorias Martyrum execrantur. Quapropter in præfata conſtituimus Synodo, vobiſque, & omnibus Eccleſiis tenendum, & agendum mandamus, vt ſuper memorias Martyrum Miſſæ celebrentur, ne memoriæ eorum à talibus extingui, aut veneratio poſſit prohiberi.* Plerique namque Martyres, quorum Reliquiæ ſub aris conditæ fuere, nobis ignoti non permanerent, ſi eorumdem memoriæ ſacrificijs cultæ nobis tranſmiſſæ conſiſterent.

To. 1. Concil. pag. 198. edit. Binianæ.

Hinc argui certè poterit non eſſe neceſſarium, vt ſuper Martyrum Reliquias, vel cum

ijs

iis apta reddantur altaria ad incruentam illam myſticam oblationem.

Imò ex multis aſtrui fas erit, quòd rarò in ipſorum conſecratione Reliquiis vterentur, & ſaltem in Oratoriis, quæ Concilium Epaonenſe *Villaria* appellat: ibi enim hæc habentur. *Sanctorum Reliquiæ in Oratorijs Villaribus non ponantur, niſi forſitan clericos cuiuſcunque parochiæ vicinos eſſe contingat &c.* Et tamen, vt optimè aduertit Dominus Le Maiſtre, Miſſæ in iis habebantur; & coniici poteſt ex canone eiuſdem Concilii, in quo ſtatuitur, altaria, niſi lapidea, infuſione Chriſmatis non ſacranda. Et rationem ſuſpicor fuiſſe, quòd indecorum videri potuerit, Sanctorum Reliquias poſſe celebriori carere cultu ex clericorum, & celebrantium infrequentia.

Can. Epaon. can. 25.

D. Le Maiſtr. de Bon. & poſſ Eccleſ. l. 2. c. 5. pag. 180.

Conc. Epaon. can. 26.

Indeque forſan, vt noſtram confirmemus aſſertionem, D. Auguſtinus nullam de Reliquijs mentionem facit, dum ait. *Conſecrationem altaris hodie celebramus, & iuſtè, ac meritò gaudentes celebramus feſtiuitatem, in qua benedictus, vel vnctus eſt lapis, in quo nobis diuina ſacrificia conſecrantur.* Vbi tantùm de benedictione, & vnctione, non autem de Reliquijs mentio habetur, vt neceſſarium exiſtimari poſſet. Et Rabanus, innuens modum conſecrationis aræ, *Poſt aſperſionem aquæ*, inquit, *Chriſmate perungitur ad imitationem Patriarchæ Iacob &c.* addens rationem, quæ excludit Reliquiarum neceſſitatem, ibi: *Benè decet, vt res ſacrificandæ ſacro Chriſmatis liniantur vnguento, vt demonſtretur, quòd omnis ſanctificatio conſtat in Spiritu Sancto, cuius virtus*

D. Aug. ſerm. 255. de Tempore.

Rab. lib. 2. de Inſtit. Cler. cap. 45.

tus inuiſibilis ſancto chriſmate ad ſanctificationem præbendam permixta eſt. Cui conſonat Concilium Agathenſe.

Conc. Agath. can. 14. & habetur in can. Altaria 2. de Conſecr. diſt. 1.

Hincque in antiquis Miſſalibus Rubrica celebrantes admonebat, quòd ſi Reliquiæ in ara ſaltem portatili non adeſſent, omittenda erant illa verba in Introitu: *Quorum reliquiæ hic ſunt*; ſed tantùm oſcularentur altare ad verba, *Vt indulgere digneris*, addit Gauantus; quidquid perperàm dicat Bordonus argumento ducto à Miſſali, edito cura Ioannis Burcardi magiſtri Cæremoniarum anno 1533. in quo deſideratur huiuſmodi admonitio, perinde ac ſi Burcardus errare nequiuiſſet hoc prætermittens.

Gauan. in Rubr. Miſſ. de Introitu c. 4. ex *Cantone* in Ord. diu. off. & *Frances* de Eccl. Cathed. c. 5. nu. 166. *Bordon.* to. 5. reſ. 83. nu. 21.

Sed rationem à priori affert Paſqualigus. Aduertit ſiquidem, quòd ſacræ Reliquiæ ex natura ſua vim non habeant ſanctificandi, nec ſunt aliquid ſacramentale ab Eccleſia ad ſanctificandum inſtitutum, ſicut eſt chriſma, aqua benedicta &c. ergo non ſunt de ſubſtantia conſecrationis, aut ad liturgicum opus omninò prærequiſitæ.

Paſqual. l. c. num. 51

Accedat denique numerus, (ſecundùm ea, quę proponuntur à Reuerendiſſimo Epiſcopo) altarium euerſorum ferè duodecim millium; vnde moralis excluditur potentia, iterùm illa ſacris Reliquijs ad ſacrificium concinnandi, ſi ex cæremonijs Romani Pontificalis Lipſana omninò reponenda denuò forent.

Adde, quòd tam exceſſiuus ipſorum numerus non ſuppeteret, aut ita facilè conquireretur. Nam ſi D. Ambroſio iuſtam præſtitit

excuſationem ſacrarum Reliquiarum difficultas ad vnicam conſecrandam Baſilicam, ne manus admoueret operi, vt ibi: *Cum ego Baſilicam dedicare vellem, multi tanquam vno ore interpellare cœperunt dicentes; ſicut in Romana, ſic Baſilicam dedices. Reſpondi; faciam, ſi Martyrum Reliquias inuenero*: quomodò hoc tentare potuiſſet Reuerendiſſimus Epiſcopus Auguſtanus pro tot millium altarium numero? Vnde conſultiſſimè ad diſpenſationem obtinendam Sanctiſſimo Domino Noſtro recurrit.

S. Ambr. ep. 54. ad Marcell. ſoror. lib. 7.

Supereſſet nunc contrarijs reſpondere, & rationibus, & exemplis, niſi hoc nobis onus præripuiſſent Paſqualigus, & Frances. Aliquibus tamen, quæ remanſerunt, faciendum ſatis apertiùs, ſolidiùſque conabor, vt inoffenſo pede noſtra poſſit ſententia procedere.

Paſqual. l. 1. num 7. & ſeqq. *Franc.* l. 1. & cap. 16. eius tractatus num. 105. & ſeqq.

Itaque non officiunt ea, quæ ex diuerſis S. Gregorij Magni epiſtolis pro contraria afferuntur ſententia. Non enim abnuimus, id conſuetum, & magis conueniens, decorumque eſſe, & præſertim id exigendum in Eccleſiarum conſecrationibus, vt eorum, quibus dicabantur, Lipſana conderentur: idque oſtendunt epiſtolæ eiuſdem S. Pontificis ſcriptæ Leontio Epiſcopo Ariminenſi, Paſſiuo Epiſcopo Firmano, & Paſchaſio Epiſcopo Neapolitano. Ex his autem, & ſimilibus nullam prorsùs legem, aut præceptum, vel ſaltem neceſſitatem argui mihi poſſe videtur, ſed maiorem operis dignitatem, & decentiam, cum id fieri facilè poteſt

S. Greg. l. 5. Ind. 14. ep. 50. ad *Palladium Epiſcopum*, & lib. 5. ep. 45. *Leontio Epiſcopo Ariminenſi*, & lib. 7. Ind. 2. ep. 73. *Paſſiuo Epiſcopo Firmano*, & l. 10. ep. 86. *Benenato Epiſcopo Fundaritano*: & lib. 9. ep. 26. *Paſchaſio Epiſcopo Neapolitano*.

teſt. At in caſu noſtro omnem penitùs difficultatem abeſſe, non eſt qui non agnoſcat.

Vrgere magis videtur Vigilij epiſtola ad Eutherium, ibi. *Si verò ſanctuaria* (videlicet, *Reliquiæ*, vt explicat Gloſſa) *quæ habebat, ablata ſunt* (prout contingit in caſu noſtro) *rurſùm eorum repoſitione, & Miſſarum ſolemnitate reuerentiam ſanctificationis accipiet*. Sed facilè explicatur: id enim oſtendit, quod conuenienter, & congruè fieri debebat, non autem vt præceptum formaliter induxit; idque neq; eiuſdem epiſtolæ inſitio in corpus Canonicum operatur, vt communiter de huiuſmodi appoſitione aſſerunt Doctores. Ita etiam canon Concilij Africani nullum pariter negotium nobis faceſſit; reſpicit ſiquidem apertè abuſum tollendum, ne altaria paſſim, tanquam Martyrum memoriæ conſtruantur, ſi legitimè de Reliquiarum veritate, aut certitudine priùs non conſtiterit, quod etiam Sacrum Tridentinum Concilium poſtremò decreuit.

Habetur in can. De fabrica diſt. 1. de Conſecr. *Gloſſ.* ibidem.

Habetur in can. Placuit de Conſecr. diſt. 1.

Conc. Trident. ſeſſ. 25. in Decr. de Inuocat. & Reliq. Sanct.

Hinc ſecundo, & tertio quæſito ex dictis ſatisfactum videtur, quibus addi poterunt ea, quæ Frances abundè collegit. Suppoſito enim, quod congruentius, non autem neceſſarium ſit Reliquias in altaribus reponi, in quibus incruentum offertur ſacrificium, nulla apparet inde repugnantia, quin committi poſſit ſacerdotibus non epiſcopis, vt rectè firmauit Auerſa poſt ceteros, quos retulimus.

Franc. l. c. c. 16. præſertim à num. 106.

Auerſ. in Tract. de Euchar. q. 11. ſec. 13.

Et hinc ad quartum etiam reſponſio manifeſtè deſumitur. Vnde Sacra Rituum Congrega-

gregatio die xxı. Aprilis 1668. me referente, cenſuit, concedi poſſe Reuerendiſſimo Epiſcopo Auguſtano, quod petierat, ſi Sanctiſſimo Domino Noſtro placuerit. Et facta per D. Secretarium eidem Sanctiſſimo relatione, Sanctitas Sua annuit die prima Maij eiuſdem anni.

FINIS.

IN-

Digitized by Google

INDEX RERVM NOTABILIVM.

A.

ABbas quoad ordinem eſt præſtantior Cardinali non preſbytero. p.293.
Abbates antiquitùs non erant presbyteri. pag. 261.
Hodie debent eſſe presbyteri. pag. 288.
Quando incæperint ſolemniter benedicere. p. 289.
Nequeunt ſolemniter benedicere, niſi ſint presbyteri. pag. 292.
Abbatiæ vrbis Romæ quot erant, & quales. pag. 60.
Abraham non fuit primogenitus. pag. 320.
Fuit ſacerdos. ibid.
Abſolutio à cenſuris eſt actus iuriſdictionis delegabilis. 281.
Poteſt delegari etiam clerico in minoribus. pag. 297.
Aegyptij ſumebant Euchariſtiam poſt epulas, & ſub veſperum. pag. 147.
Aequiuocatione vti licet ad vitandum præiudicium, & ex iuſta cauſa tacendi veritatem, & quando agitur de bono publico. pag. 142.
Vti non licet, quando orietur ſcandalum ex violatione iuramenti. p. 143.
Africani in die Cœnæ Domini poſt prandium ſumebant Euchariſtiam. pag. 147.
Altaria ſine Reliquijs erant olim euertenda. pag. 336.
S. Ambroſius miſſam celebrans in priuato oratorio mulierem paralyticam ſanauit. pag. 4.
S. Anthimus vbi martyrium ſit paſſus. pag. 79.
S. Antiochus Anachoreta veſpere celebrabat. pag. 6.
Apocriſarij erant Diaconi. pagina. 40. 252.
Eorum origo. pag. 40.
Aqua calida antiquitùs erat in delicijs. pag. 202.
Arabes Chriſtiani in ieiunio abſtinent à vino, & piſcibus ſangui-

guine præditis. pag. 176.

Archidiaconi *eliguntur ex ordine presbyterorum. pag. 299.*

Archidiaconus *olim benedicebat cereos-agnos. pag. 252.*

Armeni *vnico digito formabant ſignum crucis. pag. 311.*

Auroræ *initium quando ſit pro celebratione Miſſæ. pag. 9.*

B.

BAculus *Epiſcopalis eſt ſignum iuriſdictionis. p. 294.*

Baptiſmus *dictus fuit Viaticum. pag. 149.*

Benedictio *quid ſignificet. pagina 244.*

Alia eſt conſtitutiua, & alia inuocatiua, ibid. & pagina 257.

Benedictio *ſolemnis an ſit iuriſdictionis, vel ordinis. pag. 247. 258. 268.*

Non poteſt dari ab Epiſcopo tantùm electo, & confirmato. pag. 267.

Delet peccata venialia. pagina 270.

Prohibetur ſimplici ſacerdoti. ibid.

Poteſt à Papa committi presbytero. pag. 266.

Benedictionis *Hebraicæ formula, & modus. p. 307. & ſeq.*

Effundebatur ſub myſterio SS. Trinitatis. pag. 309. & ſeq.

A quibus conferebatur. pagina 312.

An referret formam crucis. ib.

Benedictio *Catholica orta eſt ab Hebraica benedictione. pagina 308.*

Benedictionis *vſus tribus digitis eam impertiendi. pagina 311.*

Benedictio *præſtita à Moyſe, & Aaron an fuerit ſolemnis. pagina 313.*

S. Benedictus *an fuerit Diaconus. pag. 260.*

Bernardus *de Roſacio compoſuit librum de Cardinalibus, qui tribuitur Manfredo. p. 300.*

Bonifacius VIII. *conceſſit Catherinæ Imp. Conſtant. vt ante lucem coram ſe Miſſam celebrari faceret. pag. 7.*

S. Bonifacij Moguntini *iuſiurandum in ſuſceptione Epiſcopatus. pag. 223.*

C.

CAcai *qualitates. pag. 180. 185. 205.*

Se-

Semen eſt difficilis digeſtionis. pag. 203.

Cacaus *Iamaicus oleum, & pinguedinem parit. pag. 198.*

Calixtus II. *vniuit Eccleſiam S. Rufinæ Eccleſiæ Portuenſi. pag. 117.*

Canonici *non dicuntur Patres. pag. 235.*

Canonum *ſpecies quatuor. pagina 227.*

Capitula *pacta in Conclaui pro futuro Pontifice ſunt licita, & ſæpe facta. pag. 120. 122.*

Vocantur leges. pag. 128.

Quæ reſpiciunt proprium commodum Cardinalium non obſeruantur. p. 122.

Sunt conficienda in Nouemdialibus. pag. 123.

Quæ impediunt Pontificis electionem non obſeruantur. pag. 121.

An, & quomodo obligent. pagina 123. & ſeq.

Capitulum *Sede vacante poteſt concedere licentiam alteri Epiſcopo exercendi ea, quæ ſunt ordinis. pag. 298.*

Cappellani *Cardinalium an ſint liberi à reſidentia habentes beneficium Curatum. pag. 19.*

Illis permittitur in Cappellis Cardinalium, quod eſt permiſſum Cardinalibus pro celebratione Miſſæ. pag. 8. 19.

Poſſunt ſuis Dominis vniformari in officio. pag. 19.

An abſentibus Cardinalibus poſſint celebrare in eorum Cappellis. pag. 33.

An iiſdem abſentibus poſſint celebrare ante auroram, & poſt meridiem. p. 34.

Cappellæ *Cardinalium habent indulgentias Stationales in Quadrageſima. pag. 28.*

Cardinales *olim Primates Eccleſiæ dicebantur. pag. 36.*

Sunt nobiles. pag. 330.

Sunt cæli Senatores. p. 262.

Sunt Collaterales, & Coadiutores Papæ. pag. 293.

Sunt maiores Epiſcopis in adminiſtratione. pag. 1.

Sede vacante repræſentant caput totius Religionis. pagina 140.

Funguntur officio Paſtorum reſpectu propriæ familiæ. pag. 26.

Fruuntur iiſdem priuilegiis, quibus gaudent Epiſcopi. pag. 1.

An poſſint in propria Cappel-

pel-

pella Epiſcopum conſecrare. pag. 32.
Poſſunt celebrare ſuper altari portatili. pag. 2. *& ſeq.*
Poſſunt celebrare ante auroram. pag. 3.
Poſſunt celebrare per tres horas ante Solis ortum. pagina 11.
Habent ſollicitudinem omnium Eccleſiarum. pag. 293.
Non abſentes ab Vrbe per ſex menſes lucrantur diſtributiones. pag. 34.
Cardinales *Epiſcopi Collaterales, & Hebdomadarij erant in Eccleſia Lateranenſi. pag.* 59.
Cardinales *Lateranenſes Epiſcopis antelati. pag.* 38.
Cardinales *quando incœperint Epiſcopatum mutare. p.* 41.
Antiquitùs non coniungebant Titulum, & Epiſcopatum. ibid.
Cardinales *Titulares non aberant ab Vrbe. pag.* 40.
Habent iuriſdictionem Epiſcopalem in ſuis Titulis. pagina 290.
In ſuis Titulis aſſimilantur Epiſcopis electis, & non conſecratis. pag. 294.
Plura facere nequeunt in ſuis Titulis. pag. 293.
Cardinales, *ſi ſunt Epiſcopi, habent ea, quæ ſunt ordinis. pag.* 294.
Cardinales Epiſcopi *ſuburbicarij antiquitùs non reſidebant. pag.* 41.
Cur non reſideant. pag. 45. 50. *& ſeqq.*
Tenentur viſitare Diœceſim. pag. 53.
Non poterant antiquitùs Epiſcopatum mutare. pag. 41.
Cardinales Diaconi *portabant menſam Lateranenſis altaris. pag.* 307.
Quando incœperint mitram geſtare. pag. 295.
An poſſint indulgentias dare. pag. 296.
Non vocantur Titulares. pagina 291.
Regionarij erant duodecim. pag. 60.
Cardinalis Diaconus *ſolemniter baptizans fit irregularis. pag.* 292.
Inſeruiens Pontifici celebranti vnà cum Cardinali Presbytero à dextris Pontificis ſedebis. pag. 311.
Cardinalis *nõ presbyter, etiamſi fit*

ſit Legatus à latere, non poteſt conferre ordines minores, conſecrare virgines & eccleſiam reconciliare. pag. 262.

S. Carolus Borromæus *optione abſtinuit pag.* 58. 67.
Quomodo ſe intitulabat. pag. 236.

Carolus Quintus Imp. *ſumebat ex diſpenſatione Euchariſtiam non ieiunus. pag.* 147.

Cathartici *qui dicti fuere. pag.* 281.

Cauſa *ſemper præſumitur iuſta in Pontifice. pag.* 137.
Fallit, quando orirettur ſcandalum. ibid.
Item fallit, quando ius eſt tertio quæſitum. ibid.
Item fallit, quando Pontifex tenetur ex lege naturali ad aliquid faciendum. ibid.

Cereus Paſchalis *an conſecretur, vel benedicatur. pag.* 252. 281. *& ſeqq.*

Ceruiſia *ſignificatur nomine Siceræ iuxta aliquos. pag.* 174.
Eius materia. pag. 169.
Inebriat. pag. 174.
Non frangit ieiunium. pag. 189. 194.

Chocolates *an ſit potus, vel cibus. pag.* 171. 179.
Illius cognomina pag. 165.
Eius præſtantia. pag. 174.
An frangat ieiunium. p. 178.
Sitim lenit. p. 184. 202.
Eſt vino inferior viribus. 166.
Illius examen in diſtillatione. pag. 187.
Poteſt inſeruire pro aqua baptiſmatis. pag. 190.
Eius beneficia. p. 193.
Quoto tempore nutriat. p. 198.
Quo tempore ſit ſumendus. p. 207.
Sumitur calidus. p. 202.
Illius coquendi modus. p. 206.

Chriſtiani *Orientales ſoluunt ieiunium veſpere. p.* 175.

Chorepiſcopi *non poterant benedicere. p.* 269.

Cibi *ab hæreticis benedicti non ſumendi. p.* 245.

Communio *aliquando ſignificat pœnitẽtiam. p.* 149. *& ſeq.*

Concilia *duo ſingulis annis olim celebrata. p.* 237.

Concilium *Sabinenſe ex Scriptorum errore. p.* 71.

Confirmatio *poteſt committi ſimplici Sacerdoti à Papa etiã non conſecrato. p.* 298.

Conſecratio *ſignificat aliquando perfectionem ſacrificij.* 255.

Conſecratio *altaris an requirat* San-

Sanctorum Reliquias neceſſariò. p. 335. 337.
Committi poteſt Sacerdoti non Epiſcopo. p. 343.
Conſenſus *Cardinalis requiritur in prouiſione beneficij vacantis per obitum eius familiaris, ſi hic per modicum tempus abſuit à Curia. p. 34.*
Copulatiua *dictio aliquando prætermittitur in Hebraica Scriptura. p. 329.*
Crucis *ſignum formabatur antiquitùs vno digito. p. 311.*
Cures *Sabinorum Ciuitas. p. 71.*
Vbi fuerit. p. 73. & ſeq.
Curulis *ſedes maximi honoris inſigne. p. 72.*

D.

Derogatio *conciliaris conſtitutionis inducitur per contrariam Pontificis diſpoſitionem ſine ſpeciali concilij mentione. pag. 19.*
Diaconatus *an ſit ordo hierarchicus. p. 247.*
Eiuſdem antiqua auctoritas. pag. 254.
Diaconi *Cardinales portabant menſam altaris Lateranenſis. pag. 307.*
Diaconi *Conſtantinopolitani æquiparabantur Cardinalibus. pag. 256.*
Palatini quot erat, & quibus præſidebant eccleſijs. p. 60.
Diaconi *ſucceſſerũt Leuitis. 306*
Publicas imponobant pœnitentias. p. 28.
Regionarij cantabant Euangelium in Stationibus. p. 60.
Diaconiæ *quæ fuerint antiquitùs. p. 290.*
Diaconorum *tituli. p. 281.*
Aetas olim erat 25. annorum. pag. 306.
Diaconus *poteſt Euchariſtiam diſtribuere, prædicare, baptizare. p. 248. 260. 267.*
Vrgente neceſſitate, & ex commiſſione poteſt publicè baptizare. p. 279.
Nequit ſolemni ritu baptizare. ibid.
Baptizans ſolemniter fit irregularis. ibid.
Habet habilitatem ad prædicandum. p. 280.
Antiquitùs miniſtrabat Euchariſtiam præſente presbytero. p. 255.
Diaconus *Cardinalis an poſſit ſolemniter benedicere. pag. 256 261.*

Po-

Poteſt benedicere mēſam etiam præſente presbytero. p. 259.
Poteſt in ſua Diaconia conferre minores ordines, ſi ſit ordine ſacerdos. p. 251.
Dictio *copulatiua aliquãdo prætermittitur in Hebraica Scriptura. p. 329.*
Dies *naturalis quale tempus exigat. p. 23.*
Eccleſiaſticus unde incipiat. ib.
Dionyſius Exiguus *quãdo collegerit canones. p. 216. 222.*
Diſpenſatio *eſt actus voluntariæ iuriſdictionis. p. 133.*
Requirit cauſam, & authoritatem, aliàs peccat diſpenſans. ibid.
Domeſtici *Cardinalium ſatiſfaciunt diſpoſitioni Capituli Omnibus vtriuſque ſexus in eorum Cappellis. p. 26.*
Dominus *vobiſcum eſt ſalutatio. p. 258. 277.*
Non poteſt dici ab excommunicato. p. 258. 278.
Domus *liberata fuit ab infeſtationibus ſpirituum ob Miſſam ibi peractam. p. 4.*

E.

ECcleſia *Romana creuit euerſis Græcis Imperatoribus. pag. 36.*
SS. Rufinæ, & Secundæ vnita fuit à Calixto II. Eccleſiæ Portuenſi. p. 38. 117.
S. Bartholomæi Romæ in Inſula Licaonia antiquitùs dicebatur S. Adelberti. 116.
S. Paulini olim Romæ in Inſula Licaonia. p. 115.
S. Benedicti fuit olim in dicta Inſula. ibid.
S. Anthimi commendata fuit Epiſcopo Numentano. 80.
Eccleſiæ *publicæ noſtris temporibus conuertuntur in priuata Oratoria. p. 5.*
Patriarchales vrbis Romæ. 5.
Electuaria *pro tuenda ſalute non ſolùm curatiua infirmitatis, ſed ſanitatis cõſeruatiua ſumi poſſunt abſque violatione ieiunij. pag. 194.*
Epiſcopi *poterant olim celebrare ſuper altari portatili, cum iter agerent. pag. 2.*
Antiquitùs aliquando erant nomine, ſed non munere Epiſcopali. p. 43.
Aliquando denominati fuere à prouincia, & non à ciuitate. pag. 69. 85.
Vocantur Patres. p. 232. 238.
Epiſcopus *Sabinenſis dicebatur*

olim Sauinenſis. p. 74.
Coronabat Imperatorem. p. 82.
Dicebatur antiquitùs Epiſcopus S. Anthimi. p. 79.
Anno Salutis 500. non erat Cardinalis. p. 74.

Epiſcopi *Aſſiſtentes Pontifici vocabantur Cardinales Eccleſiæ Lateranenſis. p. 37.*
Cardinales Lateranenſes quot, & quales. pag. 38.
Titulares qui. p. 44.

Epiſcopi *olim ſuffraganei Romani Pontificis. p. 61.*

Epiſcoporum *Lateranenſium origo. p. 38.*
Cardinalium origo. p. 39.

Epiſcopus *quando dicitur præſens ſuæ Diœceſi. p. 48.*
Nequit duos habere Epiſcopatus. p. 54. & 84.
Limitatur, quando Epiſcopatus ſunt contigui. p. 57. 85.
Eſt præſtantior Cardinali non Epiſcopo quoad ordinem. p. 293.
Electus, & confirmatus, ſed non presbyter conſecratus, minor eſt presbytero. ibid.
Non conſecratus poteſt concedere licentiam alteri Epiſcopo exercendi, quæ ſunt ordinis. p. 298.

Epiſcopus *Syluæ Candidæ exercebat olim Romæ iuriſdictionem in ciuitate Leonina. pagina 114. & ſeq.*
Suſcipiebat Pontificem ex equo deſcendentem. pag. 117.
Bibliothecarius Apoſtolicus perpetuò inſtituitur. ibid.

Eſau *habuit veſtes Sacerdotales. pag. 317.*

Eſſeni *abſtinebant à vino. p. 177.*
An fuerint Nazaræi. ibid.
Agnoſcuntur in primos Alexandriæ Fideles. ibid.
Non ſunt dicendi Ieſſei. ibid.

Euchariſtia *tenebatur antiquitùs in domibus priuatis. p. 5.*
Dabatur in baptiſmo tam adultis, quàm infantibus. p. 146
Eſt præſtanda aſtantibus Miſſæ poſt communionem Sacerdotis. p. 157.
Quando à non ieiunis poteſt ſumi. p. 147.
Illius multiplex ſignificatio. pàg. 149.
Sumpta eſt antiquitùs ſummo mane, & ſerò oblata. p. 6.
Aliquando ſumitur pro Eulogia. p. 151.
Suſcipitur hodie à ieiunis: ſecùs fuit in primitiua Eccleſia. p. 145. & ſeq.

Quam-

Digitized by Google

Quamdiu duret in ſtomacho. pag. 200.
Eulogia *dicta eſt Sacramentum. pag.* 284.
Venit aliquando ſub nomine Euchariſtiæ. pag. 151.

F.

FAmes *vnde oriatur. pagina* 199.
Familiares *Cardinalium ſatiſfaciunt Eccleſiaſticis præceptis in Cappellis eorumdem. p.* 29.
S. Felix *Pontifex cõſtituit Martyrum commemorationem fieri in Miſſis. pag.* 338.
Ferrandus *quando canones collegerit. pag.* 217.
Forum nouum *in Sabinis vbi fuerit. pag.* 73.

G.

S. Gordianus, *pater Sancti Gregorij Magni, inſignitus habitu Diaconali. pag.* 249.
Fuit Diaconus Regionarius. pag. 304.
S. Gorgonia *ſeruabat Euchariſtiam in propria domo. p.* 5.
Græci *in Quadrageſima, & Vigilijs produxerunt Miſſæ celebrationem vſque ad horam vigeſimam primam. pag.* 12.

H.

HIppocraſſum *frangit ieiunium. pag.* 186.
Hiſpani *antiquitùs ſumebãt Euchariſtiam non ieiuni. p.* 147.

I.

IAcobitæ *vnico digito formant ſignum crucis, & quare. pag.* 311.
Iaponij *calida vtuntur potione. pag.* 202.
Ieiuni *plurimi vixere ſine cibo, & potu. pag.* 189.
Ieiunia *nonnulla inducta ſunt ab vſu. pag.* 184.
Ieiunium *quartæ, & ſextæ feriæ vocatum eſt ſemi-ieiunium. pag.* 175.
In Quadrageſima occidente Sole ſoluebatur. pag. 175.
Non poteſt ex conſuetudine carnes admittere. p. 183.
Eccleſiaſticum admittit paruitatem materiæ. pag. 191.
Non frangitur ex ijs, quæ vti medicamenta ſumuntur. pag. 193. *& ſeq.*
Limitatur, niſi malitioſè ſumantur. pag. 193.
Vt frangatur, requiritur, vt res per ſe ſit alimentum, non autem per accidens. p. 203.
Ieiunus *quiſque requiritur ex antiqua conſuetudine pro ſuſcipienda Euchariſtia. pag.* 145.
Secùs autem erat in primitiua Eccleſia. pag. 146.

Digitized by Google

Immunitate *gaudet palatium Epiſcopi, & Cardinalis. p.33.*
Indulgentias *propriè concedit Pontifex. pag. 296.*
Indulgentias *conferre non eſt actus ordinis, ſed iuriſdictionis. pag. 297.*
Infirmus *non ieiunus an poſſit pluriès in eadem infirmitate Euchariſtiam ſumere. p. 152.*
Et quod tempus requiratur pro reiteratione communionis. pag. 153.
Ieiunus an poſſit plurièſ ſumere. pag. 154.
Innocentius VI. *irritauit capitula pacta in Conclaui, & quare. pag. 121. & ſeq.*
Iſidorus Peccator *quãdo ediderit canonum collectionẽ. p. 222*
Quando vixerit. pag. 223.
Ioannes XIX. *conceſſit quinque monaſteria Eccleſiæ S. Rufinæ. pag. 114.*
Ioannes XXII. *permiſit, vt coram Philippo Franciæ Rege ante diem miſſa celebraretur. p. 8.*
Iob *fuit Rex, & Sacerdos. 321.*
Ioſeph *ab Arimathia fuit Senator. pag. 330.*
Iulius II. *non obſeruauit capitula in Conclaui confecta. p. 124.*
Iulius III. *permiſit Carolo V. vt non ieiunus ſumeret Euchariſtiam. pag. 147.*
Iuramenta *ſunt ſeruanda, niſi vergant ad interitum ſalutis æternæ. pag. 125.*
Iurans *an poſſit vti æquiuocatione. pag. 139. 142.*
Iuſiurandum *Epiſcoporum pro ſeruandis Regulis SS. Patrum quando incœperit. pag. 219.*
Illius formula. pag. 219. 241.
Iuſtinianus *prohibuit Miſsã celebrari in priuatis domibus. 5.*

L.

Laicus *in caſu neceſſitatis poteſt Euchariſtiam diſpenſare. pag. 275.*
Poteſt ex commiſſione concedere indulgentias, & abſoluere à cenſuris. pag. 297.
Legatus *à latere, non presbyter, nequit conferre ordines minores, conſecrare virgines, eccleſiam reconciliare. pag. 292.*
Poteſt ſolemniter, & per vias benedicere, dummodo ſit Epiſcopus. pag. 292.
Leo III. *plurièſ eadem die celebrauit. pag. 27.*
Leo IV. *Miſſam diluculò celebrabat. pag. 7.*
Leuitæ *incipiebant ſeruire anno 25. pag. 306.*
Habebant varios gradus, & ſtatus. pag. 330.

Adnu-

Adnumerabantur in Synedrio. pag. 331.
Non poterant geſtare veſtes ſacerdotales. pag. 332.
Lex *alia eſt coactiua, & alia directiua. pag. 127.*
Humana, ſi iuſta eſt, pendet à lege æterna, & naturali. pag. 128.
Literæ *Collegij Cardinalium, ſcriptæ Sede vacante, dicuntur Apoſtolicæ. pag. 140.*
Ludouicus Pius *in extrema infirmitate per quadraginta dies continuos ſuſcepit Euchariſtiam. pag. 155.*

M.

S. *Martinus vocatus eſt Epiſcopus Franciæ. pag. 71.*
S. Maurus fuit Abbas, & Leuita. pag. 261.
S. Maximus dicebatur Epiſcopus Siciliæ. pag. 71.
Melchiſedec an fuerit Sem filius Noë. pag. 319.
Ipſe fuit ſacerdos, ſed non eius poſteri. pag. 326.
Meſſanenſes *vtuntur Compagis. pag. 255.*
Miſſa *audienda olim erat in parochijs. pag. 31.*
Ante Felicem IV. celebrabatur in domibus priuatis. p. 2.
Prohibita eſt poſtmodum celebrari in domibus priuatis ab eodem Felice. ibid.
Celebrari conſueuit in domibus priuatis poſt tempora Conſtantini. pag. 4. & ſeq.
Poterat celebrari antiquitus in itinere ſuper altari portatili à quolibet ſacerdote, ſi deerat Eccleſia. pag. 2.
Non eſt celebranda ante auroram. pag. 9.
Ex decreto Theleſphori noctu incæpit celebrari in Natali Dominico. pag. 7.
Non poterat dici ante Solis ortum, niſi in Natali ex decreto Leonis IV. ibid.
A non priuilegiatis incohari poteſt per duas horas ante Solis ortum. pag. 10.
In quibus regionibus id fieri poſſit. pag. 20. & ſeq.
In Gallia, & Germania tribus, aut quatuor horis celebratur ante Solis ortum. 24.
In regionibus Septemtrionis qua hora ſit celebranda. 21.
Antiquitus celebrabatur veſpere. pag. 12.
Hodie nequit veſpere celebrari. ibid.
Quota hora poſt meridiem celebrari poſſit. p. 12. & ſeqq.
A priuilegiatis celebrari poteſt poſt

poſt meridiem elapſa hora cum dimidia. p. 15.
Pro defunctis non debet omitti, niſi obſtent Rubricæ. 156.
Celebrabatur antiquitùs ſuper aras ligneas. pag. 338.
Pro defunctis non adimpletur ex alia Miſſa. ibid.
Eſt præcipua pars diuini officij. pag. 19.
Miſſas *duas in eodem altari prohibitum erat celebrari. p. 28.*
Plures in die celebrare nequit vnicus ſacerdos preterquam in Natiuitate. pag. 27.
Plures celebrari poſſunt in cappellis Cardinalium. ibid.
Moyſes *habuit vtrumque gladium. pag. 326.*
An fuerit ſacerdos. 287. 317.
Fuit Rex. pag. 321.
An fuerit ſacerdos tantùm in ſeptem diebus Aaronicæ cōſecrationis. pag. 322.
Fuit Aarone maior pro adminiſtratione, & eidem par quoad conſecrationē. p. 326.
Dictus fuit Melchi. p. 321.
Mulieres *Hieroſolymis propinabant vinum morte plectendis. pag. 173.*
Muſtum *feruens admixtū aquæ maioris quātitatis adhiberi poteſt pro ſacrificio. p. 190.*

O.

Obtinens *beneficium Curati cum canonicatu debet reſidere in Curato. p. 53.*
Oppoſita *deſumunt appellationē à parte rei præualentis. 190*
Oratoria *priuata conſecrabantur abſque publicis Miſſis, ſecùs autem oratoria Regia. pag. 4.*
Priuata liberant tantùm domeſticos à præcepto Eccleſiaſtico. pag. 30.
Ampliatur in Oratorijs Cardinaliū quoad exteros. ibid.
Villaria Reliquias non habebant. pag. 340.
Ordines *ſacri poterant antiquitùs conferri eadem die. p. 17.*

P.

Palatium *Epiſcopi, & Cardinalis gaudet immunitate. pag. 33.*
Limitatur, ſi palatium ſit alteri locatum. ibid.
Papa *debet vti potiùs ratione, quā ſuprema authoritate. p. 127.*
Tenetur ex contractu. p. 125.
Tenetur ad obſeruantiam eorum, quæ iurat. p. 134.
Non tenetur ad obſeruanda, quæ iurauit, cum eſſet Cardinalis. pag. 138.
Non poteſt renunciare priuilegio, ne ab alio iudicetur. 129

Ne-

Nequit in foro externo ſponte alicui ſe ſubmittere. ibid.
Non tenetur ſeruare iuramentum vergens in diſpendium Eccleſiæ vniuerſalis. 129.
Cum ſit homo, poteſt peccare, & tenetur conſtitutione Cap. Vtriuſque ſexus. p. 130.
Nequit ſibi remittere pœnitentiã à Confeſſario inflictã. ib.
Illius poteſtas eſt coarctata ad dictamen rationis naturalis. ibid.
Debet requirere in re graui Cardinalium conſiliũ, aliàs peccat. pag. 132.
Et hoc iurabant antiquitùs Põtifices in profeſſione. p. 132.
Accepit poteſtatem in ædificationem, & non in deſtructionem. pag. 131.
An diſpenſari poſſit ab obſeruatione capitulorũ, quæ in Cõclaui cõfecta fuerũt. 133
An peccet ſibi diſpenſans ab huiuſmodi obligatione. 134
Habet facultatem ſibi diſpenſandi, pag. 133.
Nequit abſque magna cauſa diſpenſare in ijs, quæ iurauit. pag. 134.
Peccat diſpenſando ſine cauſa. ibid.
Peccat mortaliter, cum diſpenſat ſine cauſa, & ſcandalum orirctur. pag. 135.
Illi terribilius iudicium imminet à Deo. pag. 137.
In eo præſumitur iuſta cauſa. ibidem.
Limitatur, quando orirctur ſcandalum. ibid.
Item limitatur, quando ius eſt tertio quæſitum. ibid.
Item, quando Papa tenetur ex lege naturali. ibid.
Eligendus profitebatur olim, ſe Concilia ſeruaturum. 240.
Electus profitebatur, ſe ſeruaturum conſuetudines Romanæ Eccleſiæ, & decreta Prædeceſſorum. ibid.
Parochi *non vocantur Patres. pag.* 235.
Paruitas *materiæ admittitur in ieiunio Eccleſiaſtico. p.* 191.
Quæ dicatur paruitas materiæ. ibidem.
Quæ dicatur paruitas materiæ pro Chocolate. p. 193. 196.
Patris *nomen quibus communicatur. pag.* 231. *& ſeq.*
S. Paulus *poſt cœnam baptizauit. pag.* 146.
Philippi IV. *Regis Hiſpaniarũ deſiderium in extrema infirmitate pro ſuſcipienda Euchariſtia. pag.* 151.

Pœ-

Pœnitẽtia *dicitur Viaticũ.* 150.
Potionum *genera. pag.* 170.
Potus *nutrit. pag.* 166.
Eſt triplex. pag. 168.
Non frangit ieiunium. 179.
Calidus expellit ſitim. p. 202.
Prædicatio *non eſt actus ordinis, ſed iuriſdictionis. pag.* 280.
Prælatus *depoſitus non tenetur ad obſeruationem eorum, quæ iurauit, cũ eſſet Prælatus.* 138.
Præſentia *dupliciter conſideratur. pag.* 48.
Primogeniti *antiquitùs erant ſacerdotes. pag.* 317.
Non tamen erant ſemper. 319
Princeps *à ſemetipſo cogitur ad obſeruationem legis. pag.* 127.
Priſcillianiſtæ *ſumebant Euchariſtiam non ieiuni. p.* 147.
Priuilegia *à Pontificibus conceſſa pro celebranda Miſſa ante auroram. pag.* 7. *& ſeq.*
Profeſſio *fidei ab Epiſcopo emiſſa continebat antiquitùs mentionem Synodorum, & Decretalium. pag.* 220. *& ſeq.*

Q.

Qualitates *rerum diſtillatarum apertiùs cognoſcuntur per ignem, & chymica inſtrumenta. pag.* 187.

R.

Sanctus Ragimprandus *fuit Abbas, & Leuita.* 261.
Regulares *quota hora poſt meridiem celebrare poſſint. pag.* 15. 18. *& ſeq.*
Poſſunt ſacros ordines ſuſcipere extra tempora. p. 17.
SS. Franciſci, & Dominici per tres horas ante Solis ortum poſſunt celebrare. 11.
Regulæ SS. Patrum *quid ſint.* 214. 226. 239.
Dicuntur ſtatuta. pag. 220. *&* 218. *in margine.*
Vocantur ſententiæ. ibid.
Reliquiæ *an ſint de eſſentia conſecrationis altarium.* 335. 337.
Si non adſunt in altari, omittenda ſunt ea verba: Quorum reliquiæ hic ſunt. 341.
Non habent vim cõſecrandi. ib.
Reſidentia *dupliciter conſideranda. pag.* 47.
Illius præceptum quando obliget. pag. 48.
Quid requiratur pro non reſidentia. pag. 49.
Eius materia agitata in Concilio Tridentino. pag. 51.
Exigitur à beneficio Curati, licèt ſit cũ Canonicatu. 53.
Roma *eſt ciuitas linguata.* 136.
Rubrica *quando ſit præceptiua,*

vel directiua. pag. 158.

S.

SAbinenſe *Concilium ex errore Scriptorum. pag.* 71.
Sabinenſis *Epiſcopi antiquus honor. pag.* 82.
Sabinenſium *ſignum. pag.* 72.
Sacerdos *impeditus in itinere poteſt celebrare per horam poſt meridiem. pag.* 14.
Poteſt celebrare per tres horas poſt meridiem pro dando Viatico. ibid.
Poteſt benedictionem largiri. pag. 271.
Simplex, ſi benedicet ſolemniter, fiet irregularis. p. 268.
Sacerdotes *exteri poſſunt celebrare in cappellis Cardinalium. pag.* 32.
Sacerdotis *nomẽ ſignificat etiam Principem. pag.* 316.
Sanctus *quid ſignificet. pag.* 233.
Sandalia *ſpectant ad decorem. pag.* 296.
Scholæ *publicæ pro ſacris litteris Romæ quando inſtitutæ. pagina* 221.
Sedes *Curulis fuit inſigne maximi honoris. pag.* 72.
Sergius III. *plurima bona contulit Eccleſiæ S. Rufinæ. p.* 113.
Seruandus *Monachus Caſſinenſis fuit Abbas, & Leuita.* 261.
Sicera *quid ſit, & ſignificet. pagina* 171. *& ſeq.*
Eius etymon. pag. 172.
Illius materia. pag. 174.
Propinabatur morte plectendis. pag. 172.
Recenſenda eſt inter vina factitia. pag. 173.
Significat apud aliquos Ceruiſiam. pag. 174.
Sinenſes *calida vtuntur potione. pag.* 202.
Stillatio *addit robur ſimplicibus. pag.* 187.
Synedrium *Hebræorum fuit exemplar Collegij Cardinalium. pag.* 330.
Creabat ſummum Sacerdotẽ. ib.
Quibus cõſtabat perſonis. 331.

T.

TEmpla *abſque Reliquijs nequeunt conſecrari.* 336.
More Romano non abſque Reliquijs conſecrabantur. 342.
S. Timotheus *non fuit aſſecla Eſſenorum. pag.* 177.
Fuit abſtemius nõ propter Nazaræatum, ſed propter ieiunium. pag. 178.
Titulorum *origo in eccleſijs Romæ. pag.* 36.
Eorumdẽ antiqua natura. 40.
Illorum mutatio in eccleſijs quando incœperit. pag. 41.

SS. Tri-

SS. Trinitatis *myſterium in nomine Tetragrammaton incluſum. pag. 309.*

V.

Vaginularum *qualitates. pag. 206.*

Veſtis *lanea fuit Leuitarum, & linea Sacerdotum. pag. 332.*

S. Vdalricus *pluriès in die celebrauit. pag. 27.*

Via Salaria *vnde appellata. 79.*

Dicta fuit Via Iunia. ibid.

Viatici *multiplex ſignificatio. pag. 149.*

Viaticum *an ſæpiùs dari poſſit in eadem infirmitate. pag. 148.*

Vicarius *Capitularis poteſt concedere licentiam alteri Epiſcopo exercendi, quæ sũt ordinis. 298.*

Vinorum *genera, & vetuſtas. pag. 166. & ſeq.*

Vinum *nutrit. pag. 168.*

Non admittebatur antiquitùs in ieiunio. pag. 175.

Thure conditum propinabatur morte plectendis. p. 173.

Myrrha conditum præparatum Chriſto fuit à deuotis mulieribus iuxta Hebræorum conſuetudinem. ibid.

Pucinum produxit ætatem, & valetudinem Iuliæ Auguſtæ. pag. 186.

Polyſerum quantùm nutriat. pag. 198.

Eo abſtinere non eſt de eſſentia ieiunij. pag. 177.

In abſtinentia ab illo non comprehenduntur aquæ naturaliter inebriatiuæ. p. 189.

Votum *eſt quædam lex humana particularis. pag. 128.*

Pro abſtinentia a vino non comprehendit Ceruiſiam, neque Chocolatem. pag. 189.

Vrbanus IV. *conceſſit Marchioni Miſnenſi, vt ex neceſſitate poſſet coram ſe Miſſam celebrari facere circa vltimam noctis horam. pag. 7.*

CORRIGENDA.

Pag. 3.	lin 18.	rememorandum erit
	lin. vlt.	tirannorum
Pag. 8.	lin. 14.	Et hæ
Pag. 10.	lin. 24.	poterunt
Pag. 20.	lin. 10.	ad aliquod
Pag. 27.	lin. 20.	Loaiſam
Pag. 57.	lin. 1?.	apud nos
Pag. 72.	lin. 6.	marginem alio luteo ambiente
Pag. 75.	lin 11.	extitiſſe
Pag. 112	lin. vlt.	qualibet
Pag. 125.	lin. 21.	omne etenim
Pag. 167.	lin. 13.	Nazianzenus
Pag. 213.	lin. 15.	reſpondendum
Pag. 229.	lin. 23.	fieri ad conſeruationem
Pag. 253.	lin. 25.	torſit ſimul
Pag. 273.	lin. 3.	ſingulos ordines
	lin. 5.	Sacramento
	lin. 6.	inſtituto
Pag. 306.	lin. 8.	teſtamento
Pag. 307.	lin. 28.	proſeuchis
Pag 324.	lin. 3.	Caurienſis
Pag 325	lin. 24.	Ambianas
Pag. 329	lin. 14.	Bibliorum Complutenſium
Pag. 338.	lin. 8.	ſacrificium
Pag. 341.	lin. 7.	Hic

Reliqua fortè corrigenda Lectoris iudicio relinquuntur.

Digitized by Google

Digitized by Google